EMANUELIS KÖNIG
PHILOS. & MEDIC. DOCT. BASIL.
S.R.I. Acad. Nat. Curios. AVICENNÆ

REGNUM VEGETABILE,

Physicè, Medicè, Anatomicè, Chymicè, Theoreticè, Practicè enucleatum,

VEGETABILIUM nimirum NATURAM, ORTUM, Propagandi modum, Differentias, Partes varias, Collectionis & Præparationis modum, Saporem, Odorem, Colorem, Figuram, Signaturam, Usus multiplices aliaque curiosa proponens.

Accessit


SELECTUS REMEDIORUM E TRIPLICI REGNO

Juxta normam & ductum

PHARMACIÆ LUDOVICIANÆ

CUM

Appendice COMPOSITIONIS ARTIFICIOSÆ eorundem secundùm Celeberr. D. GEORG. WOLFG. WEDELIUM.



BASILEAE RAURACORUM,

Prostat apud EMANUELEM & JOH. GEORGIUM KÖNIG,

Anno M. DC. LXXXVIII.

REVERENDISSIMO

PATRI

AMPLISSIMO

PRAESULI

DOMINO, DOMINO

PLACIDO

EXEMPTI MONASTERII

MURENSIS

Ordinis S. Benedicti

in Helvetiâ

ABBATI

GRAVISSIMO

DOMINO

SUO

GRATIOSISSIMO

Salutem & Felicitatem.

Ut &

REVERENDISSIMO

PATRI

AMPLISSIMO

PRÆSULI

DOMINO, DOMINO

UDALRICO

EXEMPTI MONASTERII

B. MARIÆ

DE MARIS-STELLA

vulgò

VVETTINGEN

Ordinis Cisterciensis

in Helvetiâ

ABBATI

DIGNISSIMO

DOMINO SUO ITIDEM GRATIOSISSIMO

Salutem & omnigenam Prosperitatem.

REVERENDISSIMI PATRES, AMPLISSIMI PRÆSULES!

NOn indignè, ut reor, ferent Virtutes Vestræ, AMPLISSIMI REVERENDISSIMI PRÆSULES, quòd Medicus talia illustri & gratioso Nomini Vestro inscribere audeam, quæ extra sacram Sphæram cui decenter rotandæ indefessi incumbitis primo obtutu constituta esse adparent: Quòd si enim Theologis non nisi sacra, Jureconsultis forensia, Medicis medica debenter, absonum quis judicare posset Vobis Philosophico-Medicum Opusculum præsens offerre; Verùm si quis attentiùs rimari velit, etiam illa quæ Vobis dedicata volo sacra esse sacrisq; addictos qui Triplicis Regni mysteria sapientissimamque sanctissimi Creatoris in eo elucescentem ordinationem rimati sunt, facilè comperiet;

periet; Non enim dicam de Hermete inde trismegisto antiquis illis seculis sancto vocato, sufficiat referre recentiores magis Sacrorum Cultores sedulam in his operam navasse, inter quos nominare liceat Johannem Damascenum, Albertum Episcopum Ratisbonensem cognomento Magnum, D. Thomam Aquinatem, Rogerium Baconem, Cremerum Abbatem Westmonasteriensem & hujus Præceptorem Raymundum Lullium, Basilium Valentinum, Vincentium Koffsky, Albertum Bayrs qui in naturalium cognitione, Vegetabilium, Animalium, Mineralium penetralibus recludendis, artis prȩsertim Chemicæ omnium nobilissimæ augmento indefessi incubuère: Quibus superaccedit testimonium Philippi Ducis Burgundiæ Comitis Flandriæ Johannis Franciæ Regis filii, qui in suo Monte artis transmutatoriæ vidisse se testatur multos Prælatos Philosophos, qui in arte istâ & physicarum rerum scrutinio impigrè se exercuerint: Tam verum enim quàm verissimum illud D. MorhoffI in Epistolâ ad Joëlem Langellottum Serenissimi Principis Cimbrici Archiatrum, quòd floruerint intra cœnobiorum parietes præclara ingenia quæ extra ritus sacros cùm tempus ipsis suppeteret, sibi relicta, nec adeò rerum domesticarum curis angerentur, in multa arcana meditatione ac experimentis assiduis

 pene-

penetrare potuerunt, à quibus aliis negotiis diſtenti ſubmoventur. Regnum autem Vegetabile ſi præ reliquis conſideremus, patebit primariò etiam adhucdum Conventuum Religioſorum inſigne delicium eſſe, dum Plantas mirâ florum picturâ amœniſſimaque ſuavitate oculos exhilarantes horis ſubciſivis non ſine delectamento & piis quoque manibus colunt, nimirum & in hiſce Deus veneratur, dum admirabiles earum fabricæ & virtutes abditæ ſtupendæ ſufficienter ab iis animadvertuntur, velut inprimis ſtructura Granadillæ ex Mexico tranſportatæ plantæ, quæ ab Eminentiſſimo Cardinale Farneſio exculta & Floris paſſionis nomine inſignita eſt, piis meditationibus anſam exhibet, eò quòd in mentem revocet Dominicæ paſſionis hiſtoriam, dum proportionaliter nonnihil exhibet clavos qui ſanctas Salvatoris manus & pedes perforarunt, Lanceam quæ innocenti ejus lateri affixa aquam pericardii & ſanguinem elicuit, Coronam ſpineam ex rhamno quæ tremendam Angelis frontem ſauciavit & ſpongiam cum hyſſopo quæ ſitienti ejus ori admota fuit. Cur autem, REVERENDISSIMI PRÆSULES, auſus ſim Vobis præſens de Regno Vegetabili Opuſculum cum Selectu Remediorum ex hoc & aliis duobus à me in lucem editis & ut publica, abſit jactantia verbo, hujus rei extant teſtimonia

non

non ſine adplauſu ab Eruditis exceptis, ſacrum facere, eſt ut aliquam grati animi notam Vobis præberem pro præſtito favore, honore, beneficiis inſignique hoſpitalitate, quâ me ante binos circiter annos iter Helveticum complentem affeciſtis, certè ſi admodum Reverendus P. MABILLON Vir egregiis ſcriptis, præſertim de Re diplomaticâ, celeberrimus in Analectis ſuis Reverendiſſimi ABBATIS HIERONYMI PRÆSULIS MURENSIS b.m. (proh quanti Noſtrorum quoque Fautoris!) inſignem hoſpitalitatem & beneficum animum nunquam ſatis deprædicare potuit, id certè non minus Ego, REVERENDISSIMI DOMINI PRÆSULES, de humanitate & benevolentiâ veſtrâ inſigni verbis nunquam ſatis exprimere potero, ut taceam reliquas virtutes quarum compendium in Vobis REVERENDI DN. P. CONVENTUALES veſtri meritò ſuſpiciunt & venerantur; ut & Ego hinc ingratiſſimus forem, ſi non omni niſu in id incumberem quò minus animi grati notam Vobis exhiberem. Accipitote igitur benignè, AMPLISSIMI PRÆSULES, hoc quicquid eſt laboris Philoſophico-Medici, qui ad Regni Vegetabilis notitiam & arcana recludenda facit, ut & nucleum ex eo & reliquis duobus deguſtandum ulterius præbet, perſuadens mihi hanc oblationem ingratam Vobis minimè fore, cùm mihi probè notum ſit, quanto ardore ſtudia & labo-

res

res literarios foveatis, æſtimetis, Vosque non minus ac Prædeceſſores Veſtri in Curioſis Naturalibus exhilaretis. Interea Providentiam veneror cœleſtem, ut Vobis proſperitatem concatenatam, ſanitatis firmitudinem, vitæque longævitatem clementer & abundè largiatur, Vosque inſimul enixè rogo, ut proporrò ſuavi benevolentiæ Veſtræ aurâ Me & Familiam noſtram afficere dignemini, quo datâ ubicunque occaſione reipsâ demonſtrare poſſim, qualiter per omnem ætatem Veſtris obſequiis ſim devotus. Datum Nonis Martiis M. DC. LXXXVIII.

REVER. AMPLIT. VESTRÆ

Cultor Deditiſſimus

EMANUEL KÖNIG, Phil. & Med. D.
S. R. I. Acad. Nat. Cur. AVICENNA.

PRÆ-

PRÆLOQUIUM.

POstquam gloriosus rerum omnium Conditor Jehova Zebaoth, benedictus in secula, infinitâ suâ potentiâ & sapientiâ, Cœlum & Terram & quæ in iis sunt Verbo suo præpotenti *FIAT* creâsset, creataque per motum inditum, spiritumque omnia pervadentem disposuisset,

Sanctius his animal mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. Ovid.

ideò velut coronidem, compendium & epilogum imò completissimam totius universi imaginem in se ipsâ omnem cœlestem continentem harmoniam, Regem omnium creatorum Hominem constituit, ut esset unicus qui ex contemplatione tam mirandorum corporum Sapientissimum Artificem laudaret. Perstitit autem parùm temporis in tantâ felicitate, postquam enim invidiâ & fraude Diaboli seduci se pateretur, præceptoq; Creatoris sui neglecto, de fructu Arboris vetitæ comederet, statim totam Humani generis massam velut fermento venenato corrupit, myrias quippe morborum ejus corpus & animam velut malignus ventus afflavit, ut non immeritò hinc exclamare licuerit *Hippocrati ad Damagetum Operum Tom. II. pag. m. 925.* ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐστί. *Totus homo ex nativitate morbus est:* quam infinitam morborum multitudinem maximè agnovit *Juvenalis Satyr. X. v. 218. & seq.*

- - - - - circumsilit agmine facto
Morborum omne genus quorum si nomina quæras
Promptius expediam quot amaverit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit uno,
Quot Basilus socios quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, &c.

ceu quotidiè videmus ipsum sævissimis ac gravissimis calamitatibus premi, infirmitatum jam tyrannidi objici, ac morborum agmina in ejus arcem irruere, ut tandem victus, fiat

Victima nil miserantis Orci. Horat. Od. l. 3.

Hoc verò onus grave & premens ut levaret nonnihil, ejusmodi insultus amoliretur, ac hominem foveret radiis suæ misericordiæ, tempestatem hanc Homini imminentem jam prævidens Deus misericors, omnem hanc rerum Universitatem, totúm terrarum orbem vario Auxiliorum genere instruxit,

Herbarum vires animos irasq́, ferarum
Omne genus fruticum, Lapidum quoque reptiliumq́. Virgil.

varia homini indulsit præsidia, ut non tantùm se nudum factum tegere, vestitum & amictum habere posset, sed & lectulo affixus, miser, morbidus medicamenta saluberrima haurire valeret, iisque tanquam armis morbos ut hostes à se propellere ac obterere, quali modo sub misericordiam Medici subditos meritò vocat (vel juxta illud *Plinii, Medicina sola Regibus etiam imperat*) universos homines *Paracelsus de Caduc.* §. *1.* unde Regius Propheta David *Psal. XLI. 3.*

Artus cubili quùm dolor prostraverit
Opemq́, feret, & lectulum
Versabit, omnem prorsus ægritudinem
In dulce vertet gaudium.

Ejusmodi autem Auxilia undiquaque nos illustrant: *E Cœlo* nos illuminant Radii Solares ac reliquorum astrorum multùm pro diverso situ ac illuminatione nos immutantes, ac sublunaria hæcce alterantes, haud neglectâ tacitâ illâ, quæ menti obrepit, jucunditate, quâ, sicuti in Terra Plantarum Flores Stellarum Colores, ita sydera in Cœlo terræ velut prata repræsentant. *Ex Igne* quæ habeantur commoda patet vel ex Ægypti incolis, qui, *Prospero Alpino* teste, inustionem ad multos morbos aliis remediis non cedentes pro secreto habent auxilio. *Ex Aëre,* in quo occultum vitæ cibum residere haud absurdè referunt Hermetici, suos itidem in nos confluentes utilitatis rivulos percipimus, præsertim dum Chymicorum nonnulli, quæ

de ejus

de ejus imprægnatione ex ſpiritu univerſali (*Sol ejus pater & Luna mater, quem in aëre tanquam ventre portat*, habet Tabula Smaragdina Hermetis) referunt, promittunt aliquam certitudinem, dum ex eo medicamentum univerſale parare annituntur, ac unicâ liquoris illius Medicinalis guttulâ homines ita recreare, ut planè ſe in alios homines verſos eſſe crederent, prout & refert non ſaltem *Beccherus* artis ſubſidio Lactucam ante accubitum menſæ ſatam poſt cœnam finitam comedi potuiſſe & Vir utraque Minervâ Clariſſimus, *Kenelmus Digbæus* in ſuo de *Plantarum Vegetatione* Diſcurſu *p.m. 72.* quòd Albertus Magnus Epiſcopus Ratisbonenſis in ipſâ frigidiſſima bruma omnis generis fructus, ope hujus ætherei balſami ad plenam & perfectam maturitatem perducere potuerit, qualem quoque dubio procul obtinuit *Cornel. Drebbelius Alcmarianus* de *Nat. Elem. Cap. X. & XI.* quo aliquando denſatum in naviculâ, quam ſtupendo Mechanices artificio ſubter aquam agebat, aërem, non ſine injucundâ fermentativâ præcipitatione, dictum factum, denuo rarèfecit, ſimulque ibidem commorantes amicos jam leipothymiâ correptos, reſtituit. Nil nunc dicam de ſummis *Nivis, Pluviæ, Ventorum* utilitatibus, ſaltem de *Rore Majali* id referre liceat, quòd iidem Medicamenti univerſalis Patroni ex eo liquorem penetrantiſſimum in confortandis viribus, ope artis Chymiæ nunquam ſatis laudibus evehendæ, parent, ſi enim Ros putredini committatur in vaſe ligneo, quod intra 40. dies abſolvitur, tum in vaſis fundo apparet terra nigra, (vid. *Oldenburgii Acta Philoſoph.* Societ. Regiæ in Angliâ p.m. 25.) ob partes tenuiſſimas diviſas & ſibi invicem incumbentes *Terra foliata* dicta, quæ per digeſtionem moderatiſſimam migrat in ſal nitidiſſimum, ſubdulce, penetrans, magnæ virtutis, quod poſtea abit in ſubtiliſſimam aquam, cujus mira vis eſt in confortandis viribus & penetrandis rebus omnibus, &, ut quosdam vidiſſe novi, eâ perlæ redigi poſſunt in Lac in Phthiſi ſummè proficuum. *Ex Aquâ* quæ in uſum noſtrum trahi poſſunt? pro mille mali ſpeciebus mille ſalutis fontes aperuit inde Divina bonitas, ſic enim ſtatim dum utero materno egreditur ſoboles in eo ſuum reperit ſolatium; Exhibet ea non tantùm omnis

generis tum parvæ tum ingentis molis Pisces, sed & Margaritas, Corallia, & innumera alia nobis elargitur: *In Terris* & *supra Terram*, quæ obtineamus, vitæ nostræ sustendandæ ac eò melius transigendæ adminicula, ac variorum morborum everricula, agnovit maximè *Hippocrates Epist. ad Cratevam Oper. T. II. p. m. 929: sacerrimum terræ fundamentum* admirans, *ceu ex quâ animalia & plantæ & medicamenta & fortuna & ipsæ divitiæ exoriuntur*, adeò ut in nos velut unicum Universi centrum dotes suas largissimè effundat? Quem enim non in admirationem traheret ingens Auri, Argenti, Gemmarum Thesaurus, solis usibus humanis destinatus? Animalium numerus ferè innumerabilis ac Varietas indicibilis? Plantarum, quas benignissima mater Tellus, adjutâ Cœli patris indulgentiâ, è divite suo penu & copiæ quasi cornu annuatim depromit & parturit, ingens cumulus? nimirum Deus beneficentissimus Auri velut Oceano homines perfundit, quotidie panum montes præbet, Animalium maria exhibet expiscanda, Vegetabilium magnificum hortum offert lustrandum, unde non tantùm flores suavissimos possimus decerpere, sed simul Numinis Majestatem sic in hisce Creaturis, polydædalis hortensium deliciarum dotibus admirari & conspicere, est enim verè Mundus παιδευτήριον τῆς Θεογνωσίας & ψυχῶν λογικῶν διδασκαλεῖον. Hinc eleganter ac piè Poëta:

Aut mihi planta suis Numen demonstrat in hortis,
Præsentemq; refert qualibet herba Deum:
Aut operum series Autorem tota recenset:
Qui facit & læto cuncta vigore fovet.
Emicat ex ipsis Divina potentia campis,
Et levis est cespes, qui probat esse Deum.

Horum verò omnium *Rex* ac *Princeps* tum à profanis tum sacris Scriptoribus non immeritò statuitur Homo, solaris hinc naturæ, ob gloriæ & veritatis studium, juxta Astrologos particeps: unde & *Aristoteles Lib. II. Phys. 4. 24. Utimur tanquam propter nos omnibus quæ sunt, sumus enim quodammodo & nos fines*; illustriùs verò de hocce Rex David *Psal. VIII. v. 7.*

Tuæ dextræ super universa
Opera creâsti Principem

Cuncta

Cuncta vitalis quibus haustus auræ est,
Illi dedisti sub pedes,
Huic boves parent & oves, pecusq;
Quodcunque campis pascitur:
Quique pennarum celeri volatu
Metitur ales aëra,
Quique pinnarum celeri natatu
Piscis pererrat æquora.

Unde etiam in *tria Regna* solent Naturæ Consulti dispescere, getabile, *Animale*, *Minerale*, maximè dum *Galenus de simpl.* dic. Fac. Lib. VI. in principio scribit: Medicamenta omnia rtim esse partes animalium, aut plantarum aut fructuum t horum liquores aut succos, partim verò ex metallis sumi; am pulcherrimam Triadem haud ineleganter *Excell. D. Hannannus Prof. Kil. & Acad. Curios. Clarissimus* Tricorporeæ arri in aëre radicatæ comparat, idque ideò quia cuncta, ex sentiâ nostrâ in Regno quoque Minerali & Animali allatâ, inarboris viridis & perpetuò florentis crescunt & nihil in illis rit, imò quod maximè interire videtur, ex spiritûs nimirum ndani omnia pervadentis hypothesi illud novam vitam asit, quâ de causâ egregiè *Auctor Via veritatis* in *Musæo Hermet.* 187. Etiamsi verò in tria peculiaria Regna res omnes distrie sint, nihilominus tamen omnia unum duntaxat habent cipium à quo animantur vel nascuntur: per diversam silem coctionem prima ista materia tres in vias transmutatur xta coctionis qualitatem unica ista & vulgaris substantia diis naturas largitur. Ex his verò lubuit in præsens denuò tabilium cornucopiæ recludere, *Generalia* ejus exhibenllecti non tantùm mirâ Plantarum, quam in nobis creant, *ditate*, admirandâ formâ & speciosâ Colorum varietate; illic resplendente *Fulgore* in Calendula, Ranunculo in ıtis; *Argenti* splendore in Liliis, quæ etiam, edicto Servanostri *Matth. VI. v. 29.* cum omni gloriâ Salomonis amio decertant; *Cupri* rubedine in Rosa; *Smaragdi* virore in ; *Sapphiri* nitore in Hyacintho: Non tantùm earum *Διαφορ*icâ odoris suavitate quæ afflatur è floribus, sensum olfa-

 ctûs

ctûs egregiè pascens, ac ceu fonte gaudii liquidissimæque voluptatis uberius perfundens, sed & præter summam *Utilitatem*, quam, dum in Alimentum nobis cedunt, ac Medicamenta varia ad morbos expugnandos exhibent, præstant, nobisque solatio sunt maximo, etiam *Honestate* laudabili, hinc enim non solùm vitæ humanæ fragilitatem, in medio fortunæ ac gloriæ cursu interdum contingentem, in floribus nunc splendentibus, nunc marcescentibus præ oculis habemus, quo pacto facilè immitior aura iis acceleret interitum, aureus florum fulgor in lanugines, ventorum ludibria facessat; cujus tristissimum exemplum magno meo cordolio in fratre charissimo unico *Ludovico* Typographo & Bibliopolâ adolescente optimæ spei, honesto, pio, probo, modesto hoc ipso die quo folium hocce prelo adornatur, experior, quem Genevæ piè & placidè in Domino occubuisse tristis nuntius advenit, unde

Floribus atque apio crineis ornatus amaro.
Spargo & humum foliis manibus do Lilia plenis.

Imò ulterius modestiam singularem in hac vitæ palæstrâ nobis innuunt Vegetabilia, ne præsertim Juventutis virescentis Corona florentissima insolentiæ cristas erigat, quod præ aliis in *Coronâ Imperiali*, quæ vere flores demittit, æstate verò omnia sursum erigit, observari potest, unde egregium ac elegans symbolum habet *Camerarius Symbol. & Emblem. Cent. I. LXX. pag. 142. Modesta Juventus: Honesta Senectus.* Hisce verò maximè nitorem conciliat, quòd ipsi Reges ac Potentes hujus Mundi circa Vegetabilia sedulò fuerint occupati; sic enim Sapientissimus Regum *Salomon*, qui scripsit Historiam naturalem à Cedro in Libano ad muscum in valle crescentem, de se *Eccles. II. v. 3. 5. Cogitavi in corde meo abstrahere à Vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, Plantavi vineas, feci hortos & pomæria & consevi ea cuncti generis arboribus.* Sic & *Cicero*, numen illud Eloquentiæ in *Caton. Maj. p. m. 176.* refert de *Cyro Persarum Rege*, quòd, cùm *Lysander Lacedamonius* venisset ad eum Sardis, præter cætera comitatis & humanitatis officia ipsi delata, ac cætera regiæ gazæ ornamenta ostentata, non minimo duxerit honori, quòd ei conseptum

ptum quendam agrum diligenter consitum, proceritates arborum suâ manu satarum, & directos in quincuncem ordines, potuerit ostendere. Imò, ut idem paulò superiùs refert, aranti *L. Quinctio Cincinnato* nuntiatum est, eum Dictatorem esse dictum, haud aliter ac *Abdalonymus* zizaniam ex horto suo extirpans Rex declaratus est apud *Curtium Lib. IV.* unde & nil frequentius apud Botanicarum rerum scriptores, quàm studium hoc exinde etiam extulisse, quòd plantæ plurimæ Regum nominibus insignitæ fuerint, ut Gentiana à Gentio Illyriorum Rege, Teucrium à Teucro, Centaurium à Chirone Centauro, Artemisia à Cariæ Reginâ Mausoli conjuge aliæque ab aliis, ut præcipuè apud *Tabernæmont. in Præfat.* videre est. Nec in Regibus ac summis Magistratibus mos hic desiit, quin adhuc hodie inter eos vigeat, dum hortos magnificè extruunt, variis plantis exoticis exornant, prout superbè splendet adhuc *Hortus Parisinus* ac *Monspessulanus*, item *Lugduno-Batavus, Londinensis, Patavinus, Pisanus, Romanus, Bononiensis, Jenensis, Lipsiensis, Altorfinus* & alii, laudabili sanè instituto. Dum verò ego Naturæ Vegetabilium hortum intro ac lustro, tu benignissime Deus, Naturæ Domine & Autor, præsens benignâ Favonii aurâ cœptis adspira, luce veritatis me irradia, caliginem mentis discute,

Fac tua bonitatis ut nos
Splendor illustret, bone Rector orbis,
Gratia adspirans favor actiones
Prosperet omnes. Psal. XCI. v. 17.

Dirige me ne cespitem in veritatis viâ, facem præfer in amœnos exspatianti campos, certo, quòd is, qui te quærit in o Creaturarum tuarum fragrantiam flosculorum jucundum inveniat, & qui cognitioni Majestatis tuæ & Operum stupendorum adaptat omnia studia, in tuis deliciis pascatur, ac vivat *mediis tranquillus in undis.*

EPI-

EPIGRAMMA.

HORTUM ſi libet ingredi viator
Securus potes: aſpice, ut recluſi
Cunctis ſint aditus, patensque limen.
Non eſt qui vetet huc iter, Priapus
Turpis, falce minax, & impudicus:
Non latrans Canis, aut Puella cuſtos,
Iratus neque Villicus, neque Agger
Obſtat ſæpibus, horridisque ſpinis.
Miraris, loca quid vides aperta:
Non ullæ timor imminet rapinæ;
Totum nam licèt hunc vores ocellis
Intactus tamen uſquequaque fiet:
Qui tot muneribus ſcatet frequenter,
Ut ipſi Aonidum queant ſororum
Formoſi merito invidere colles,
Nec non quicquid habet ſuavioris
Agri dives Arabs odore multo.
Quod ſi tu ſemel hic vaces parumper,
Sive poma legens virentis horti,
Seu herbas, ſeu bene floſculos olentes,
Nil eſt, quod cupias minus, quàm abire.

DESCRI-

DESCRIPTIONIS PHYSICO-MEDICÆ REGNI VEGETABILIS

CAPUT I.

De Nomine Regni Vegetabilis.

ANtequam verò in ipſa Regni Vegetabilis penetralia nos demittamus, præoccupandum (vel monito Oratorum Principis *de Offic. L. I. In omnibus negotiis priusquam adgrediâre, adhibenda eſt præparatio diligens*) ex *Theophraſto Ereſio*, Magni Ariſtotelis Diſcipulo *Hiſtor. Plant. L. I. C. 5. p.m. 5.* quòd χαλεπὸν εἰπεῖν καθόλου περὶ τῶν φυτῶν, difficile nimirum ſit in univerſum de ſtirpium naturâ referre, id quod etiam agnovit Celeberr. l. Jenenſis olim Profeſſor Medicus *Guern. Rolfincius* in ſuo *de Vegeta-s* tractatu referens: *Grave omninò onus & magni moliminis nec modicæ aut parvæ ſolertiæ negotium eſt, variarum Plantarum apparatum ſub uno ali conceptu conſiderare & ex ſingularibus ſcientiæ hujus condere univer-uod ſit principium*; Atque hinc in tam incertâ variaque ſtirpium apeà naturâ, quod pluribus commune eſt cum *Coſtæo de Univerſ. Stirp. ·. 45.* eſſe obſervandum, fundamenti loco ponimus, unde & ne Vegeum hortum ingreſſi nobis fiat labyrinthus, & per flexuoſos ejus ıdros hinc inde erremus, certam nobis conſtituemus Methodum lum Ariadnes, quod premendo ſequemur, omnia in ſuas velut areas ıſes & pulvinos, prout in horto ordinatè conſtructo conſpicitur, ituri, dicturi quàm nervosè fieri poteſt de Regni Vegetabilis *Genera-*, ordine, quantum poſſibile, haud indecenti, & quidem ante omnia ıs Ὀνομαστολογία. Quam ideò maximè conſideramus, quia ſapienter n ille magiſter Epictetus, *Tom. I. Diſſert. Arrian. cap. XVII.* Ἀρχὴ παι-ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις: Dicitur autem Regnum Vegetabile

I. *Regnum*, analogicè ad regnum alicujus Regis, ficut enim in hoc est & regio regenda, & Rex regens, ita in Regno Vegetabili sunt tum ipsa Vegetabilia homini subjecta, tum Homo, qui præter Deum summum Regum Regem, Dominum Dominantium, illorum Rex est ac Dominus, utpote in cujus gratiam, utilitatem, necessitatem, jucunditatem illa sunt fabrefacta, & à Terrâ parturiente statis temporum circuitibus, obstetricante naturâ vel potius hujus parente ac conservatore Deo, in apricum largiter effusa; magna nimirum Clementissimi Conditoris erga hominem est benignitas, quamvis primâ inobedientiâ multùm se corruperit, ut *Boileau dans ses Satyres* Bruta sapientiora Homine liberè dicat, sapientiæ enim, ut habet *Satyr. VIII.* quæ animi est æqualis sibi & ubique similis constitutio, vestigia magis in brutorum actionibus elucent, dum hic inconstantiâ, diversitate cogitationum indies vexatur, propriis chimæris volutatur, vaporibus levibus hinc inde ventilatur subjectusque sic magis est dominationi passionum, quæ ejus sunt reges, prout ambitio, amor, avaritia, odium ipsius spiritum catenis instar captivum vinciunt, adde quòd animalia unius speciei sibi invicem haud insultent & se dilacerent, ut Homo legibus fastidiosis obstrictus, pulvere pyrio & ferro se dilanians; insuper, quòd Bestiæ viderint hominem circa idolum auro fusum idolatram, prostratum in genua & trementem coràm simiâ super altari, thura fundentem Crocodilis, quare si asinus loqui posset instar asini illius Æsopici, videndo homines diversicolores in vestitu, Scholasticos Rabulas aliosque in processionibus, nil nisi pro bestiis sumeret; imò citatus *Boileau* Alexandrum Magnum ob tot tantasque expeditiones fatuum declarare haud veretur, ceu dignum qui in parvulâ domo (quales sunt Parisiis) Macedoniæ enutriatur: Verùm non moraliter sed physicè hominem considerando, facilè patebit Hominem ceu cui creaturarum universa inexistunt, Vegetabilium Regem esse salutandum. Hinc etiam velut in Regno bene constituto varii dantur gradus Dignitatum, Honorum, Virtutum, unde quidam regunt, quidam reguntur ac parent, quò sua sceleribus supplicia & virtutibus præmia decernantur, justitiâ ac pace omnes gaudeant, hocque modo laudabilis concentus ac harmonia emergat: sic etiam in Regno Vegetabili, (vel ad exemplum sulphurum metallicorum, quæ, ut sidera in cœlo variè splendent, ita diverso gradu archæum nostrum illuminant, de quo *Polemannus*) quædam altiùs se erigunt, per angusta ad augusta cœlum versùs, nobis non sine exemplo, tendentia, quædam se demittunt circa terram socco velut repentia, uti ex consideratione Arborum, Fruticum, suffruticum ac Herbarum apparet, quædam tandem efficacioribus, nobilioribus, vel minus præstantioribus viribus pollent, ceu eleganter jubet *Paracelsus de Podagr. L. I. p. m.* 652. ut rosæ urticis præferantur, & suus locus his, suus

etiam

etiam locus carduis relinquatur. Et quia *Hippocrates Lib. I. de Diat. Oper. Tom. I. p. m.* 187. *Trium concentuum* ſeu *ſymphoniarum comprehenſim penetrantium per omnia* ingenioſiſſimè mentionem facit, meritò æſtimamus cum *Schrœdero Pharmacop. Lib. III. Cap. I. p. m.* 305. Regnum Vegetabile etiam concentûs nomine includi illudque referre Tertiam in Muſicis dictam, ſummam horum trium Regnorum cognationem indigitantes, de quo *cit. l. Schröderus: Sunt inſtar trium ſonorum perfectam & abſolutam Univerſitatis harmoniam conſtituentium. Regnum minerale eſt velut baſis, Vegetabile, ut Animale ut. Notatur hæc latitudo, quia à macrocoſmo minus vel magis diſtant, & ab invicem,* de quibus pulcherrimis harmonicis videatur Græcorum Philoſophorum Princeps *Pythagoras* apud *Macrobium in Somn. Scipion. L. II. Cap. I. & II. Keplerus* item *in Harmonicis* & *Heinlin. in Synopſ. Mathem. Megerlinus Syſt. Mund. Copernic. Avian. in Genethliac.*

II. *Vegetabile*, quia Plantæ animæ Vegetantis ope vegetantur, vigent, ad actiones obeundas ritè diſponuntur, non tantùm foliis ſeveſtiunt, floribus exornant, ſed & plurimæ illarum fructibus ſe onerant & hoc modo jucundum ſui ſpectaculum exhibent. Vegetantur verò non ſaltem in, ſed & extra terræ uterum exemplo *bulborum, rad. rhodiæ, Aloës* (quæ laqueari appenſa non ſaltem diu durat, ſed & progerminat) *Ocymi, Fabariæ &c.* quæ in aquâ ut in terra vegetantur; Etſi autem continuata quædam germinatio ſeſe monſtret in ejusmodi Vegetabilibus ex ſpiritûs incluſi fortitudine elaſticâ, vox tamen *Plantæ* (Græcis φυτὸν à naſcendo dicta) non incongruè deducitur ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι *errando*, quia per terram radicibus ſuis ac fibris plurimùm errat, eſtque *vox homonyma* ſeu *æquivoca*, ſumitur enim vel pro totâ pedis parte inferiore cui inſiſtimus, quamque Calceariis tegendam, ne nudipedes incedamus, concredimus: vel pro *ſtirpe adhuc tenera*, quæ cum radice in alium locum transferri poteſt: vel pro *ſurculo* inſitionis causâ ab Arbore abſciſſo: vel denique pro *totâ Phytologiâ*, univerſo Regno Vegetabili, quod noſtrum nunc eſt ſubjectum Anatomicum acuto ingenii cultro eviſcerandum, & quàm fieri poteſt exactiſſimè è libro Naturæ eruendum.

CAPUT II.

De Definitione & Vegetatione Plantarum in genere.

EXhibitâ Nominis tractatione, Περιγραφολογία ſe offert ac inprimis *Definitio*, ut & *Plantarum Vegetatio* in medium eſt producenda. *Regnum Vegetabile* eſt quod plantarum finibus includitur. *Planta* verò eſt corpus animatum vegetans. Conſtat hæc *definitio*, *genere* & *differentia*: *Genus*

Plantæ est corpus animatum; *Differentia specifica* est Vegetans, forma nimirum specifica, seu Anima Plantarum est Vegetativa, quamvis Plantæ inter se non nisi modaliter differant, dum partes sensiles & insensiles vario modo in unaquâque disponuntur, ac spiritus volatilis regiè residens variè se habet.

Dum verò dicitur *Corpus*, intelligitur *Corpus naturale & perfectè mistum*. *Corpus naturale* ad differentiam plantarum artificialium, quales verb. gr. *Rosas, Caryophyllos, Tulipas, Narcissos*, &c. sexus muliebris, Moniales in Cœnobiis elaborare sciunt, ac Praxiteles, Phidias, Apelles (taceo de nostro Holbeinio, cujus egregias concinno & subtili ductas penicillo picturas totus miratur orbis) olim dubio procul efformarunt & pinxerunt, & adhuc à Pictoribus modernis pinguntur, ut visus in eo habeat, quo delectetur, ubi tamen maxima differentia naturæ & artis in Coloribus, ad florum quippe elegantiam Zeuxis & Apellis penicilli toti obrigescunt, neque quot in Plantis spectantur Colorum species, puncta & tenuissimæ lineæ versicolores, tot etiam pictoribus cognitæ, arte nunquam minimos naturæ ductus, recessus lineamentaque insequente; Cùm enim *Spigelius*, uti refert *Isag. in Rem Herbar. Lib. I. Cap. 12. p. m. 57.* omnes species colligere ex floribus vellet, pictoresque optimos adiret, qui cunctas exprimerent, nullum unquam qui id præstaret, invenire potuit. Ita Natura etiam in hisce superavit humanum ingenium; etsi enim sæpius gemmæ artificiales naturales ad primum adspectum fere æquantes parari possint, tamen difficillimè ad exquisitissimam perfectionem ars ut natura hæc perducet, pariter namque florum colores, *Cæsalpino de Plant. I. I. Cap. VII. p. 14.* aptè comparante, spirituum sublimatorum sunt opus ut in subterraneis, nam tingente exhalatione & lapides & pulveres omni colorum varietate spectantur.

Perfectè mistum, quia elementa ac principia in unaquaque Plantâ debitè ac decenter à Naturâ, ex particularum coordinatione perpetuâ sunt mista ac sibi invicem proportionata, Juxque insita (particula nimirum Lucis illius primigeniæ) illas pro idearum suarum evolutione variè & variè compingit, figurisque variis regularibus & irregularibus volvit, situat, disponit, conglutinat, unde & meritò ex Physicâ Christianâ docet adeptus ille acutissimusque Philosophus *Faber Panchym. Lib. I. Cap. I. pag. m. 2.* Naturam esse spiritum luminis in principio à Deo creatum, primis aquis incubantem & confusa in his tanquam in chaos rerum omnium semina de potentiâ in actum educentem, & educta per constantem alterationis ortum versantem, componendo & resolvendo hæc inferiora *Geometricè* tractantem; de quo egimus in *Miscell. Cur. Dec. II. Ann. III.*

Animatum, vitâ enim fruuntur, vitalesque exercent operationes ab animâ ceu certâ dispositione partium & spiritibus agilibus profluentes, dum

earum partes ita temperatæ ſunt & conformatæ, ut earum ſubſtantia, quæ perpetuo, non ſecus ac in Animalibus, diſſipatur, per alimentum conſervetur, nutriantur ſcilicet, augeantur, ac tandem ſibi ſimile producant, quare dura loquitio eſt *Digbæi de Plant. Veget. pag. m.* 82. qui. *non poſſum concedere,* inquit, *plantas vitâ præditas eſſe*, hanc enim ſententiam inprimis Anatome Plantarum eludit, dum naturæ non tantùm artificium in diſponendis, connectendis, collocandis, coagmentandis minimis Plantarum moleculis ſeu particulis oculo armato inquirit & celebrat, ſed & organa pro nutritione, alimenti & humorum aſcenſu, ſuperfluorum excluſione, ut & Generatione, Uterum nimirum cum involucris ſeminum ceu fœtuum, artificiosè explorat, ac emanantes inde actiones, non niſi vitæ alicui adſcribendas, deprædicat; unde & minimè abſurdum Plantas *Animalia infimæ claſſis* nominare, de quo præter *Entium* Anglum in *Oper. Phyſ. Med.* egimus *Regni Animal. Sect. II. Art. IV.* quamque gradualem ſaltem rerum harum differentiam; ſeu ordinem & nexum admirabilem innuunt Platonis annuli & Homeri catena, quibus Jupiter totum colligabat mundum, aurea.

Vegetans, ita dicitur ab Animâ Vegetante, quæ *effectu* ſuo corpus plantæ vegetat ſeu vegetum facit, partes plantæ craſſiores actuat, totum informat, in eoque operationes ſuas edit. Hinc non incongruum erit, hîc loci de *Plantarum Vegetatione* ſeu *Germinatione* diſſerere, vel monito *Theophraſti Parac. Op. Chir. p.* 176. dicentis: *Reprehenſionum merito incurrunt ii, qui herbarum virtutibus deſcribendis occupati, non etiam unà earundem generationis modum declarant*, præſertim quia Plantarum ſeminum vegetatio exactè cognita non parùm lucis fœneratur ad genuinam Animalium maximè Hominis productionis modum cognoſcendum; rerum enim Natura tenebris obvoluta, ut veriſſimè inſignis ejus Myſta *Marcellus Malpighius*, quem Boloniæ ſalutaſſe non parvo duco honori, loquitur, cùm ſolo analogiſmo pateat, tota percurrenda venit, ut mediantibus ſimplicioribus machinis in ſenſum faciliùs occurrentibus, implicatiores retegamus. Venerandus artis noſtræ parens Tr. de *Naturâ Pueri* §. XXIII. *Oper. Tom. I. p. m.* 149. eam ingeniosè ſic contingere judicat — Τὸ τι γὰρ σπέρμα &c. *Semen ubi dejectum fuerit in terram, humiditate quadam ab ipsâ impletur. Habet enim in ſe terra omnigenum humorem ut naſcentia nutrire poſſit. Impletum autem humore ſemen, inflatur & intumeſcit: & vis quæ in ſemine leviſſima eſt, ab humore condenſari cogitur: condenſata autem à ſpiritu vis, & humore folia producente ſemen rumpit, & primùm foras emergunt. Ubi verò emerſerint, quùm non amplius ab humore in ſemine exiſtente folia nutriri poſſint, rumpitur infernè ſemen itemque folia: & ſemen à foliis coactum, vim ſuam ad inferna demittit. quæ videlicet in ipſo reſtat propter gravitatem & fiunt radices ex foliis diſtentæ. Poſtquam autem planta jam firmiter radices infernè egerit, & alimentum è terrâ ſumit, tunc ſanè*

totum evanescit & in planta consumitur, propter corticem qui solidissimus existit. Rursus autem cortex in terrâ putrefactus progressu temporis evanidus fit, & quædam folia ramos producunt. Ex semine itaque tanquam ex humido nata planta, donec quidem tenera & aquosa fuerit, in augmentum supernè & infernè procedens, fructum excludere non potest, non enim habet vim fortem & pinguem ex quâ semen condensari queat. Ubi verò solidior facta est & progressu temporis radices egerit, tum jam & venas habet amplas, tum ad supernam tum ad infernam partem, (quibus sanè verbis Circulationem succi in Plantis sibi cognitam innuit) *& tunc sanè non amplius aquosum ex terrâ trahit alimentum, sed crassius & pinguius ac copiosius quod calfactum à sole effervescit in extremitates & fit fructus juxta cognationem ex quali etiam generatus est.* Hippocratem Chymicum si adeamus modernum, illum ad alcali & acidum (ceu ex quorum mutuâ pugnâ, judice & *Malpighio*, principium motûs excitatur & perpetuatur in Plantarum vegetatione) confugere ex *Tachenio Cap. XVIII.* discemus: In „ semine, ait, ut ovo vel stomacho dormit acidum cum pusillo alkali pro „ sui sustentatione duæ scilicet facultates Ignis & Aqua. Cùm verò in Ter„ ram projicitur, tunc humido solvitur & calido excitatur à somno, acidum „ ut igneum, incipit agere in alkali seu aquam, illud rector caloris ope infor„ mat & invisibiliter acidum assumit alkali & alkali vicissim sorbet aci„ dum, in utramq; partem tendunt, fermenti modo. Hæc verò, cùm agens & patiens in hoc opere indigitent, ansam exhibent statuendi, duce ratione & experientiâ, ex *Digbei & Rolfincii* scrutinio, quòd Sol Pater & Terra Mater Vegetabilium meritò sint salutandi, nempe quòd à Calore solis & terræ humore geniali excitatum semen incipiat turgescere, & inprimis ejus partis principalis innatus spiritus de potentia in actum traducatur & in germen fatiscat, quod infernâ parte Radiculam, supernâ Caulem, Folia promit, dum reliquum corpus seminis cum cortice, quæ munimenti & ventriculi vel mammæ instar erant & in lateralia folia absumebantur, decidit & perit, suo jam quasi functum officio; pars verò illa principalis *Grando* dicta (de quâ infra pluribus) hoc modo ex centro suo evoluta, ut aër plenus mille se intersecantium figurarum radiis, aliud sibi statuit evolutionis centrum, in quo totius speciei plantæ rursus in minimis consistit, inde post, rami, folia, flores, fructus, semen, totque nova evolutionum oriuntur centra; & ut indivisum dum erat semen, unam ex centro faciebat evolutionem, ita nunc in plures distractum partes unaquæque sibi sufficit ad novam evolutionem. Illustrabunt hæc maximè, si tum *universalem Aëris pressionem*, tum maximè verissimam illam *Empedoclis Harveiá,* hypothesin, *Omnia ex ovo*, huc trahamus, unde in hac re summè alioquin abstrusâ, dicendum est, quòd, postquàm totâ hyeme Terræ magnæ matris (ceu quæ deficientia fœcundo ovo supplet) velut uterus esset obsignatus, adventante Vere, (quo

pondus

dus aëris nec nimium nec minimum eſt, ut Barometrum monſtrat, isque à Solis fortiori influxu contagio fermenti ſpirituoſi de novo impraegnatur) Semina ſolo humido halituoſisque ſalinis evaporationibus tumido commiſſa, SOL lucidiſſimis ſubtiliſſimisque ſuis ſed minus jam obliquis indeque fortioribus radiis ſuis feriat, ſpiritum volatilem ceu animam vegetantem in ſeminis illâ maximè particulâ, τὴν χαλάζην *Grandinem* vel potiùs *Cicatriculam in Ovo* (*Semen plantarum ovum* veriſſimè eſt, inquit Curioſiſſimus *Marc. Malpighius Anat. Plant. edit. Londin. pag.* 82. *fœtum principalioribus compaginatum partibus continens, quod per annos etiam fœcundum conſervari poteſt, donec turgente ſubingreſſo exteriori humore ipſius partes explicatiores reddantur, & ita vegetans oriri dicatur Plantula*) repræſentante reſidentem compunctione ſuâ exuſcitet, in materiâ compactâ, pingui, acri ſpirituoſâ ſalinâ volatili ceu viſcatum & incarceratum, emollitis involucris, calidioribus & ſpirituoſis particulis, liberet, mixti compagem laxet, fermentet, ut hic ſpiritus ceu compedibus ſolutus avolare nitatur, qui tamen à craſſioribus reſiduis particulis in fugâ detentus, vi ignis inſiti in ſeminis ſale potiſſimùm volatili nitroſo & ſulphure ſeu pingui ſubtiliore (ut dictum) locati, ad operandum inſurgit, ſe ſe latiùs diffundit, & cum reliquis quibus ſtipatur principiis in longum, latum & profundum diffunditur, non ſecus ac ſi contracta fili bombycini faſciola, in plicas & aperturas huc illuc diducerentur, uti eleganter comparat Ingenioſ. *Willis de Ferment. Cap.* 4. *p. m.* 15. Dum verò hæc certo motu debitâque calidi & humidi attemperatione fiunt, à dilatatione & intumeſcentia ſeminis neceſſariò ſpatiola excavantur, quæ ut repleantur, ſuccus copioſior juxta cognationem è terrâ congruâ capitur, qui ſeminalem plantulam pelliculis velut amnio contentam, ut loquitur *Malpighius Anat. Plant. p.* 81. & percolato à chorio humore, ſenſim auget, pelliculas ſcilicet ſeminis debitè recluſas, maximè (ut dictum) ab aëris incumbentis pondere preſſus intrat, penetrat, poris illarum appropriatur, per eas filtratur, fermentationeque mitigatus tandem parenchyma ingreditur, unde ſolutis concretis ſuccis germen ſe prodit, pelliculis nimirum perruptis, carcere velut effracto, hilus tumeſcens terræ propiùs ſe accommodat, hinc *Radix* deorſum figitur poris ceu canaliculis ac fibrillis, ad liquorem in totam plantam dehinc diſpergendum, inſtructa, in reliquo ſeminis corpore, aëris intra poros liberiori acceſſu procurato, ſuccus magis magisque ad exaltationem excoquitur, fermentatur, foliola maximè bina rotunda Germ. Hertzblätter dicta (in Palmâ tamen unicum, obſervatore *Bodæo*, in aliis plura, ceu hæc delineata extant apud *Laurembergium in Horticult.*) quæ naturaliter in minimis complicata vel convoluta erant, velut placentulæ geminæ, quæ alimentum incubatione ſubminiſtratum alterent & plantulæ reddant, emergunt, ſurſum ſic emittitur *caulis*, medullâ molli

ex vi-

ex viſcoſo & ramoſo ſucco in medio conſtans, & dum ſuccus ad latera pellitur, ab hoc *ramuſculi*, à quibus novi erumpunt ſurculi, quorum anticipatum inchoamentum, quaſi peculiaris fœtus, vocatur *gemma* ſeu oculus, tenello & minimo ſurculo, à quo hinc inde folia ſquammatim locata erumpunt, conſtans temporeque hyemali vel citius etiam, in arboribus jam obſervari ſolitus: urgente verò magis magisque vegetantis ſpermatici ſpiritûs impetu, multumque intus luxuriante ſucco, ulterius ſtatis temporibus, pro ſucci particularum diverſitate, modificationeque variâ ac filtratione diverſa protruduntur *folia*, *flores*, *pediculi*, *thecula*, *ſeminum repoſitoria*, *ſemen tandem ipſum*, nova quædam quaſi planta, in quibus omnibus varii generis *fila*, *ſtamina*, *fibra*, *ſubtegmina*, ac quæ horum interſtitia implent, *pulpæ*, *nuclei*, *integumenta*, *poruli*, *fiſtulæ*, *utriculi*, *meatus & ductuli*, omnia mirâ Naturæ ſolertiâ, ſine Doctore, Syllogiſmis aut Cynoſurâ, prout ab initio Creationis Deus ſapientiſſimus Mundi Conditor unicuique injunxit ac juſſu ſuo imperavit, parantur, uſque dum hic ſpiritus Architectus ſpecificè determinatus & non niſi in hac vel illâ materiâ ad motum diſpoſitus, perque tales aut tales fermentativi poros tranſire valens, ope cœterorum, quibus ſtipatur, principiorum, quouſque adhuc vegetus eſt, aër decenter premit, nec ſuccus deficit, Plantam ad debitam magnitudinem & Figuram à Naturâ & ſummo rerum Opifice deſtinatam perducat, id quod tamen per ſe nunquam poſſet niſi in unaquaque plantâ ſpecificè determinaretur, & ad hanc vel illam ideam ex ſubtiliſſimâ partium modificatione evolvendam diſponeretur, in ſemine enim ut ovo ejusque cicatrice ineſt jam non ſaltem viventis carina ſed cum minimo trunco aſſurgentes partes, gemma nimirum & inſignis radicis conus, quin & in appenſis foliis fermentativus ſuccus, ut modificatum alimentum ab extra adveniens plantulæ exhibeatur, illaque ritè adoleſcat, quare & *Helmontius Cauſ. & Init. Nat.* §. 19. p. m. 35. *Etenim dum è cauſis mineralium reſultat lapis aut metallum aut è ſemine planta dum fit planta, non fit aliquod ens novum, quod poteſtativè non eſſet præſens in ſemine, ſed acquirit tantùm maturitatis deſtinatæ complementum.*

CAPUT III.

De Diviſione Vegetabilium eſſentiali.

HÆc de Plantarum Definitione, ejusque occaſione de earum Vegetatione, ceu Regni Vegetabilis exortu ac legibus fundamentalibus, ſequitur ut, ſi non more Aſtrologorum, qui terrarum orbem planetis & ſignis

fignis diftribuunt, (qualiter fi cum regentium intelligentiarum minifteriis ac Ifraëliticarum tribuum benedictionibus, Apoftolorum fortitionibus & facrarum literarum typicis fignaculis conferantur, *Agrippâ* judice, grandia quin & prophetica fuper unamquamque regionem elici poffunt futurorum oracula, prout expreffiffimis verbis Comes *de Flifco de Fat. p.* 185. *&* 187. tum Turcici Imperii interitûs principium, tum reformatæ religionis perfecutionem, quin imò Regni Angliæ immutationem ex conjunctione magnâ Saturni & Jovis in trigono igneo anno 1683. innuit) faltem Geodæfiæ peritorum illud in fuas partes ceu Regiones fecem. *Dividitur* autem prout confideratur vel ut *Totum effentiale* vel *Univerfale*, & in *partes* & in *fpecies*. *In partes* dividuntur Plantæ refpectu Totius Effentialis, *Logicè* nimirum in *Formam* & *Materiam* : *Phyficè* in *Animam Vegetantem* & *Corpus Organicum* : *Chymicè* in *fpiritum*, *Oleum*, *Sal*, *Aquam & Terram* feu Mercurium, Sulphur, Sal, Phlegma & Caput mortuum, ut probarunt inprimis Parifienfes, tefte *Dodart Hift. des Plantes*, præter fal volatile è plantis ferè quibusvis elicientes ⁀um acrem. oleum fubtile effentiale, ⁀tum 🜍reum, ▽m fimplicem, ▽ acidum continentem occultum: ▽m 🜍 habentem occultum, ⁀us acidos mixtos, ⊡fos, ⊡fos acido permixtos, olea nigra, ⊖ fixa, Terram ☿ Atque hæ trinæ acceptiones nominibus quidem difcrepare, re tamen convenire videntur, aptéque fibi invicem conciliari poffunt, (prout alias in plurimis Neoterici cum Veteribus amicè confpirant) forma enim, Anima Vegetativa & fpiritus volatilis in certa partium fenfibilium & infenfibilium in Plantis difpofitione confiftens, unum idemque reapfe funt, maximè quia hic virtutis & virium plenus actionum in plantis confpicuarum præcipuus fons ac fcaturigo effe poteft, ut & cum materiâ e usque partium difpofitione ac modificatione variâ (ut dictum) unamquamque Plantam conftituere & à reliquis plantis & animatis diftinguere. Vid. infra *Cap. XIV.* Sed in effentiam & naturam Animæ & Corporis Plantarum intimiùs penetrandum.

CAPUT IV.
De Anima Vegetante.

ANima *Vegetativa* definitur, quòd fit forma plantarum, quâ illæ nutriuntur, augentur & fibi fimile generant. Hæc forma vulgò vocari folet forma *materialis corporis plantæ, dependens ab eo in effe, fieri & operari*, fed nil nocebit eam non tantùm *materialem*, fed & ex parte *corpoream fpiritualem*, ex parte *modalem* vocare, (prout ait *Ariftoteles Metaph. Lib. VI. Cap. III.*

cit. Heerebord. Melet. Phil. p. m. 130. *Materiam ut æs, formam ut figuram speciei esse, quod autem ex his constat totum, ut statuam*) esse nimirum spiritus volatiles, maximè subtiles, mobiles, solaris naturæ, in certa corporis plantæ dispositione residentes, qui semper expandi & avolare nitentes vel ab aëre commoti à crassioribus subjecti sui, in quo hospitantur, particulis detenti, illas subigunt, subtiliant ac variè explicant, se se dilatando illos dilatant, & quaquaversum mirâ lasciviâ luxuriant, & in commotionis choream quasi abducuntur, unde & *Faber Myrothec. Spagyr, Lib. II. Cap. I. p. 537.* In omnibus herbis, plantis & arboribus & quæ ex familia vegetantium ortum habent, latitat substantia quædam ætherea, subtilissimæ substantiæ, vitæ fomes & fulcrum, caloris naturalis pabulum, facultatum omnium stabilimentum, quæ *Helmontio* in Tract. *Archeus Faber*, director & excitator internus substantialis dicitur, constans ex connexione vitalis auræ velut materiæ cum imagine seminali quæ est interior nucleus spiritualis fœcunditatem seminis continens. Quâ nimirum substantiâ turgente vegetantur arbores, pullulant, germinant, flores & fructus pariunt, illâ verò arescente sterilescunt, arescunt & moriuntur. Idem agnovit *Amplissimus Societatis Leopoldinæ Præses Excell. D. D. Volckamerus Senior* in literis ad *Excell. Pythagoram* datis: Et verè calor ille primigenius seu nativus (nimirum non solùm Animalium sed & Vegetabilium) annon ex astris igneus est ille calor & cœlestis ejus origo à primo astrorum fonte seu duce Sole oriens, per rapidissimum sui motum (ex hypothesi Copernicana ob conversionem telluris versùs Solem vel ejus motum super proprium axem) ad centrum terræ devolutus, qui centris viventium se insinuat, plantarum radicibus, animalium cordibus insidet, omnia vivificat, omnia calefacit, omnia movet & illuminat? Quid enim vivificat, nisi quod ipsum vitale sit aut vita ipsa? quid calidum tantum per se est, nisi quod sit vivum, quid se movet, quid splendet, nisi peculiaribus hisce solis virtutibus præditum? Si alicui assertio hæc dubia videtur, ait *Excell. D. D. Michaël Pauli Practicus Vratislaviensis*, Amicus dum hîc degeret integerrimus, in sua *Differt. de Spiritu corporis vitali*, is contempletur mundi palingenesiam quæ tempore vernali incipit, utique ob communicatam noviter de sole & aliis astris per aërem germinandi & reviviscendi virtutem; Spiritu, inquit jam olim *Hermes Trismeg.* in *Asclepio pag. m. 61.* ministrantur omnia & vegetantur in mundo, & quasi organum vel machina summi Dei voluntati subjectus est.

Assignantur autem huic Animæ (quamvis Plantæ non nisi machinæ sint eleganter à Deo, qui ἀεὶ γεωμετρεῖ, & Naturâ quæ ordinaria Dei est potentia, extructæ) *Facultates*, quibus mediantibus operationes vitales Plantæ edunt, eæque tum *Principes* tum *Ministræ*.

Principes

Principes ſtatuuntur tres, quia totidem ejus Operationes, Nutrire, ;ere, ſibi ſimile progignere, *Facultas Nutrix, Auctrix* & *Procreatrix.* Nulſiquidem eſt actus ſecundus ſine actu primo, nullus effectus ſine cauſa, juod vulgo etiam notum, nulla operatio ſine potentia, Facultate ac vir- aliquid agendi & producendi.

Nutrix facultas dicitur potentia naturalis Animæ Vegetativæ, qua adum alimentum in corporis plantæ ſubſtantiam convertitur eique adlatur, ut deperditum reſarciatur, manente eodem individuo. *Au-* verò, quâ corpus plantæ animatum in omnes dimenſiones proionaliter extenditur, donec magnitudinem juſtam & edendis actiois convenientem conſequatur. *Generatrix* tandem ſeu *Procreatrix fa-* eſt potentia animæ Vegetativæ ex ſemine ſimilem priori plantæ, quæ itur ſubſtantiam producens, ad ſpeciei conſervationem. *Miniſtræ* iniunt facultati vel *Nutrici* vel *Procreatrici. Nutrici* manu officiosâ ad. : (ut Veterum terminos huc adducamus) *Attractrix, Retentrix, Conco-* & *Expultrix*, quatenus nimirum ex Philoſophiâ *Democriti, Lucretii* hoc lo maximè reſuſcitatâ adeſt talis ſtructura ac textura particularum tum bilium tum inſenſibilium, illæ ita diſpoſitæ ſunt quoad ſitum, figuram, nitudinem, motum, ut hæc vel illa actio, mediante ſpiritu volatili in juaque variè attemperato, edatur; non ſecus in corpore humano, quod m machina eſt eleganter fabrefacta, ob talem & talem particularum dionem, variam fibrarum texturam, pororum & vaſorum configuram, partes illius nunc has nunc illas operationes perficiunt, nunc hoc illud excrementum è maſſa ſanguinea expediunt: Unde eleganter quiſitè *Galenus de Uſu Part. Lib. XI. Cap. 10. p. m. 638. Adeò menſurata certa ipſius connexionis ſymmetria, ut ſi vel tantillum adjeceris aut ademetius inſtrumenti actionem vitiaveris: eſtque inprimis admiranda natura, deò parvus ſemper rectè effecit, rarò autem labitur.* Videatur & *Hippocr. de Hom. §.* 3. ubi itidem artificioſiſſimam corporis partium harmoniam . *Procreatrici* inſerviunt *Facultas Alteratrix* & *Formatrix*, quatenus ſerræ commiſſum aut bulbus, ſurculus à Calore & humido alteratur, us inteſtinus particularum ſeu principiorum ſeminis propter muta- in plantam, dum ejus particulæ explicantur, commoventur, ſpiri- Germinationem incitantur, ſicque Planta in debitum vigorem exalc formatio partium ſingularum ex tali & tali compoſitione, diſpo-, miſcibilium particularum & fibrarum plexu emergit & reſultat, lo Naturæ artificio, unde *Digbæus de Plant. Veget. p. m.* 48. *Qui ſolumos extremos reſpicit terminos,* inquit, *principium ſcilicet & completionem ctionem, ſibi facilè perſuadere poteſt, perpetuum productioni Vegetabiraculum ineſſe & aliquâ ratione excuſari poſſe, ſi ad Vim Formatricem*

 alioſque

aliosque nihil significantes terminos tanquam ad asylum refugeret, quæ tamen, ut dictum, nil aliud erit quàm spiritus in atomis plantæ radicalibus insitus, qui illam prius in formâ haud constituit, quousque ille intimè ei adhæreat & specificæ texturæ rationem absolvat. Sed videndum nobis intimiùs quomodo Animæ Vegetativæ in Plantis Operationes peragantur, quo pacto nimirum earum *Nutritio*, *Augmentatio*, *Generatio* procedat.

CAPUT V.

De Nutritione Vegetabilium.

NUtritio *Plantarum* ad hunc modum peragi mihi videtur: Radices ac fibræ per terram sparsæ poris debitis ac congruè conformatis instructæ, liquore alibili convenienti (ut probat hocce Polypodium ex ramis quernis enatum, solùm dulci liquori aditum concedens per poros radicum, prætcritis Oblicis quibus quercus scatet, hos enim rejicit & repellit ut naturâ & figurâ differentes) in terra vicina existente, ejusque vario sale & sulphure, ut probat elixiviatio, quibus ubique locorum abundat, perfunduntur, congruum cuilibet plantæ alimentum admittitur, succus particulis heterogeneis impraegnatus per poros, accedente inprimis aëris ponderosi pressione, suscipitur, Archæus earum, ut loquitur *Jonsthonus Præf. de Arborib. & Frut.* illum subigit, conformat ac digerit, rarefactum in intimis, imisque poris radicis per meatus plantæ in longum ductos, adjuvante radiorum solarium vibratione, sursum mittit, qui dum per fibras & fistulas transit & ad illarum extremitates pervenit, imò secundùm quosdam, nimirum *Wirdig. de spirit. Med. Joh. Dan. Majorem, Acta Philosoph. Angl. p. 365.* ad modum in animalibus, per radicem, caulem, ramos, petiolos, folia rotatur & circulatur (prout & inquit *Hippocr. de Nat. Puer. §. 32. Oper. Tom. I. p. m. 156.* quod *radices ubi attraxerint, arbori transmittant & arbor vicissim radicibus*) particulas quasdam ab excrementis depuratas & in hac trajectione melius percolatas, sublimatas & coctas deponit & solidioribus aliis adglutinat, terrestriores quidem cortici, calidiores molliores medullæ, subtiliores & humidiores foliis, floribus, fructibus, non secus ac in heterogeneo corpore animalis, cùm varia sint membra, singula eo quod sibi convenientius est, nutriuntur. Ex hisce verò patere potest, puram putam Aquam, ut volunt *Helmontius, Rob. Boyle, Borellus in Observ. p. m. 226.* Plantarum nutrimentum esse minimè posse, quamvis hic referat *loc. cit.* se observasse arbores magnas satis imò tibiæ crassitiem æquantes, in terrea parvâ ollâ vegetasse solâ irroratione, terrâ ejusdem ponderis remanente:

Qui

ui enim Aqua sola diversas Plantarum partes nutrire posset? Quis Chy- icus, salia volatilia, spiritus, Olea, salia fixa, diversissimis particulis con- intia ex iis eliceret? nisi non tantùm particulæ aqueæ, sed & igneæ, aë- æ, terreæ, sulphureæ, salinæ, nitrosæ aquam imbuerent ac velut im- ægnarent, quamvis conjecturæ sint haud adeò spernendæ ipsam Aquam itro quodammodo abundare, ac etiam particulas aqueas juxta mechani- s leges in situ & texturâ ita transcolari & transformari posse, ut juxta rium spiritûs volatilis vegetativi motum, in aliud planè corpus de- nerâsse videantur; unde & *Ettmyllerus de Sperm. ceti Cap.* 1. *§.* 13. Pisces aterialiter statuit nil nisi ▽am transmutatam esse cum *Helmontio Tr. mplex. atque Mist. Elem. Figm.* §. 12. prout & Pinguedines per alkalia se- ine propriè de acidi prosapiâ spoliatæ, in aquam maximam partem re- unt, approbante hoc per mechanicam in Oleis *Tachen. Hipp. Chym. pag.* 346. ubi iteratarum à cretâ destillationum beneficio smegma in ta- n aquam insipidam reduci posse docet. Quamvis hoc in negotio pro- bilius sit dicere, quòd dum Aqua Plantis affunditur & per mediam terram rcolatur, multa corpuscula devehat, quorum admixtione humor pin- escit, imò quod suâ uligine aqua nostra non careat, hinc enim surculus :undùm primam sui partem aquæ immersus, flores & folia germinat, m per plexuum fibrarum ascensum multa corpuscula, quæ succo insunt etiam aquæ resolvuntur, dividuntur, coëunt, lævigantur & aliter nfigurantur, disponuntur. Hoc verò nutritionis in Plantis opus o maximè necessarium, quòd tum internus plantæ motus, intesti- particularum agitatio ac spiritus volatilis in humidum continuò ag[illegible] idque depascatur, tum solis æstus ambiens poros plantæ laxet & ad hu- di mobiliorumque plantæ partium exhalationem disponat, unde pori niti quantùm possibile alimentis congruis implendi ne concidant ac scant plantæ, irrigationibus, aqua pluviali, rore benigno, aqua, sterco- is animalium perfundendæ, quæ vires languescentes resuscitent, decre- ntum impediant, oscula conniventia & collapsos poros impleant, de o extendant, sicque illas ceu gratissimo lenocinio demulceant, (quod ris illustrat *Pechlinus Exercit. de Purgant. pag m.* 12.) quò & facit Frigus turnum materiam caloris diuturni vi rarefactam condensans & quasi gelans, porosque plantæ obstruens. Quantæ verò hîc aëris sint par- ejusque vis elastices, quâ tracheas in radicibus copiosè ingressus succi ensum vi suâ elasticâ promovet, analogicè ex defectu cordis vel alius entis visceris colligit *Malpighius*: *Sicut*, ait, *in nobis respiratio chylum in as movet etiam ex Trachearum dilatatione, intus turgente aëre, necessa- rgentur intercepta lignea fibræ & horizontales utriculorum appendices & robabiliter fit contenti succi expreßio in contiguas partes; remittente verò*

tumore, laxiores redditi utriculi & fistulæ ligneæ, faciliùs novum admittunt humorem, unde etiam in lignis ipsis igni appositis, exeuntem copiosè humorem ab extremis fistularum orificiis passim videmus: Confirmant verò aëris vim & præsentiam efficacem præcipuè *musci*, qui etsi rudimentum saltem plantarum videantur, sub aquis tamen haud proveniunt, nisi ubi guttulæ aëris lapidum superficiei adhærent, unde & incrementum maximè sumunt plantæ tempore sereno, minus verò pluvioso, nebuloso aëre & ventis obsito cœlo, dum succus nutritius minus tum movetur, trachearumque ope ejus fluiditas nonnihil sufflaminatur.

Sed quæris, quâ vi Cordialia ejusmodi Plantas recreent & refocillent? Qualis sit liquor ille balsamicus tam insigniter Plantas instaurans? *Salinum* pronuntio cum *Digbæo, Hornio, Balduino* & aliis eumque *nitrosum* volatilem, quia hic vigorem, fœcunditatem Vegetabilium mirum in modum promovet, ut etiam *Illustris Franc. Baconus Baro de Verulamio Sylvâ Sylv. Cent. V. p. m.* 847. Spiritum Nitri vocet Vegetabilium animam, dum ipsi more Aristotelico laudatissimo, relatum est, Nitrum cum aqua mixtum usque ad mellis consistentiam, si inungendis gemmis adhibeatur, post amputationem vineæ, Germinationem ostendere intra octiduum. Unde & *Virgil. Georg. II.*

Semina vidi equidem multos medicare ferentes
Et Nitro prius & nigrâ perfundere amurca,
Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset.

Id quod mixturâ salis, olei expressi & fimi debito modo per fermentationem unitâ comprobat *le Mort Chym. Med. Phys. Cap. XII p m.* 124. ceu quâ miranda in Vegetabilibus effici circa eorum incrementum refert. Neque etiam experientia, scribente *Casato de Igne pag m.* 29. frustrata est quosdam, qui collectam ex sterquilinio defluentem aquam (N)itro miscuerunt & igne excoctam donec tertia pars in vaporem abiisset, sponte sua refrigescere permiserunt, tum in reliquâ aquâ maceratas triduo fabas terræ commiserunt, eventu enim non pœnitendo uberrimos fructus colligerunt. Pariter effecisse se scribit, *Digbæus de Veget. Plant. p. m.* 64. ope salis Nitri, infusi per aquam & mixti cum aliqua alia terrestri substantia, ut sterilissimus ager in producendo admirandam copiosam messem, fertilissimum & ditissimum superaret: Vidisse se semen Cannabinum hoc liquore humectatum, quod debito tempore tales & tantas Plantas producebat, ut præ magnitudine & duritie earum potiùs parvam sylvam decem annorum ad minimum, quàm veram Cannabim ementiretur. Quin & quòd viderit in germinante hordeo purissimum & christallinum salis nitrum. Scio amicum, refert *Malpighius de Corn. Veget.* diversis in agris sevisse stato tempore Triticum per noctem infusum in aqua, in qua ebullitione solutum

fuerat

ietat *stercus columbinum* & *caprile*, additâ dein paucâ *nitri* quantitate, & in nguibus arvis ita vegetasse, ut unicum semen triginta & ultra soboles :ogenuerit, quas ipse vidi propriis ditatas spicis. Simile quid ut ipsemet l experientiæ trutinam revocarem, circa Majoranam tentavi, affudi Maranæ jam jam moribundæ, aquam loturæ Carnium Nitro imprægnatam, vidi paulò post lætissimè rursus exurgentem, ceu de eadem quoque retulit *npliss. Societ. Leopold. Præses Excell. Helianthus*, quod eâ irrigata semina ut *eiri*, lascivius progerminent & altiùs excrescant. Hinc facilè inducor, credam ob eundem succum nitrosum, *Nivem, Aquam pluvialem, tonitruan, Stercora animalium eorumque sanguinem, Argillam gryseam*, (ceu quæ m sale communi impastata per retortam optimum auri dissolvens præt, aliàsque à *Becchero* ei fontium origo ex condensatione effluviorum varosorum adjudicatur) *Inundationem Nili, Rorem*, fe tilitatem agris & rtis conciliare, eosque lætos efficere; sic enim refert non tantùm *Celebm. Barthol. de Nivis Usu p. m.* 40. docetque experientia, Aquas nivis spii vitali naturæ turgidas esse, sed & cit. *Baconus* §. 67). Nives longiùs conuatas augurium præbere anni frumento fœcundioris, id quod experti nus anno M.DC.LXXXVII. *Aqua pluvialis* quantopere Plantas refocilunicuique est notum, sed unde hoc? nisi ex sale nitroso quod in sinu fovet & tandem etiam, Vulcano accedente, oculis lustrandum offert. ıfer si lubet *Clar. Frid. Hoffm. Clav. Schröd Lib. III. Cap. 3. p. m.* 140. ac *Pauli Digress. de Febr. mal. p. m.* 55. Unde Regius Psaltes *Psal. CIV. v.* 16. s egregiam dilucidationem exhibuit *Fabricius* Islebiensis Theologus:

Tu pater aërios montes camposq; jacentes,
Nectare cœlesti saturas, fœcundaq; rerum
Semina vitales in luminis elicis auras:

ımenta Animalium, Terram, ad fœtus suos uberiùs proferendos, fœcun- & Rusticis est notum, qui illa tempore verno in Agros suos vehunt; mè si prius *cineres lignorum* cum *arenâ* & *terrâ* optimè permisceantur r aliquod tempus simul relinquantur, ut motu intestino magis volaıtur partes alcalicæ nitrosæ volatiles, unde omnino Nitro hæc vis benda erit, quod in iis stabulatur ac arte excoquitur, testibus *G. Horstor. Natur. Lib. IV. p. m.* 220. & *Pauli Quadrip. Botan. p. m.* 333. notum e ex Terra, ubi pecudes mingunt, copiosius excoqui Nitrum, unde irum, si referat *de la Chambre de Causis Inund. Nili*, Grana seminum eminationem in Urina immersa, citius provenire & pleniora ac ef·ra evadere in Frugibus, quàm aliàs: quod verò supra diximus ad me· onem fimi arenam intermixtam prodesse, ansam exhibet statuendi :s terræ fertili copiosè intermixtos in eum finem etiam esse condi· universæ terræ partes dislocent, sicque spiritibus generationi rerum destinatis.

destinatis liberiorem exitum præbeant, haud secus ac in Chymicis quibusdam operationibus ad meliorem spirituum exitum arena intermiscetur, v. g. in destillatione *mellis, ceræ &c.* imò & inde suûm pabulo, ut magis pinguescant, arena intermixta unà quoq; datur; pariter namque solum præter salinas particulas, utplurimum vitrefactis frustulis metallorumque portiunculis, *Malpighio* judice, coagmentatur. Quâ de causa autem Terra Ægypti *Nilo*, (qui amnis fœtifer jam *Plinio Lib. XIV. Cap.* 20. dictus est, de quo *Prosp. Alpin. Med. Ægypt.*) vicina tantopere fertilitate luxuriet, id non nisi ob Nitrum copiosum ex illo eructatum, exiccatum proveniet, ceu hoc illum imprægnat tam copiosè, ut referat *de la Chambre cit. libr.* Plantas in tanta ibi nasci copia, ut se mutuò suffocarent, nisi arenâ sparsâ agri campique temperarentur, adeò ut Ægyptiis non minùs operæ, in arena spargenda ad pinguitudinem agrorum suorum imminuendam, impendendum sit, quàm aliis gentibus in fimo stercorandis agris ad augendam eorum pinguedinem. Sunt ergo Aquæ Nili ob sal Nitri fertilissimæ, adde & hinc nonnihil laxativæ, prout & ipse *Lapis prunellæ,* Sal paradisi, summus massæ sanguineæ ferocientis ac spumantis domitor (ut patet maximè ex observatione *Beccheri Mund. subterr. Lib. I. Sect.* 3. *Cap.* 4. *p. m.* 186. ubi Nobilem, furiosum & rabidum ex febre maligna *sale suo cœlesti ad gr. iij.* in *emuls.* mox in pristinam quietem redegit; hoc verò sal qualiter variè paretur, vid. *Excellentiss. D. D. Clauderi Tr. de Tinct. Univers.*) alvum nonnihil laxat, ac *Ros*, filius Auroræ, salis armoniaci ac Nitri subtilissimi quidpiam, ut habet *Amplis. p. m. Pehr Hier. Picr. p. m.* 66. & colaturâ per filtrum demonstrari potest (taceo quòd inde ros & pluvia Martia glaciesque cum resoluta nesciant putrescere) in sinu Fovens, diarrhœas concitat, florum purgantium vim intendit, adde & inde Plantas reficit, prout & hinc Terræ pinguiores cum rore cœli in *Script.* pari passu ambulant, quia requiritur sal volatile blandum subtile, quo aptæ sint ad poros & radicum fibrillas subintrandas, ad quod Nitrum & nitrosum ejusmodi in se foventia corpora (ceu quod in *Regno Minerali* sale volatili summè turgidum esse, & ex sale communi volatilisato etiam parari posse diximus) maximè disposita sunt, secus ac alia salia, quæ nimis cruda sunt & acida, exemplo locorum illorum quæ prius mari perfusa fuerunt & à discessu ejusdem tandem liberata, hæc etsi sale copiosè irrigata, tamen primo anno nullum bonum Vegetabile producunt, sed demum temporis tractu partes illæ salinæ magis volatilisatæ & ad maturitatem perductæ segetes optimas producunt sine ulla stercoratione ad annum usque vigesimum, adeò ut solo illo sale volatilisato Plantæ augmentum capiant & vegetentur. Cœterùm quia Vegetabilium per totum terrarum Orbem luxuriat fœcunditas, Nitrum nitrosumque sal volatile ubique præsens erit, quod ex terra confici poterit in alios usus humanos,

scribit

:ibit enim *cit. Lib. Hoffm. p.* 342. quòd is qui novit Nitrum conficiendi odum & rationem, totam terram exiguis possit peragrare sumptibus, odò communis terræ portionem sumat, eamque imprægnet suo artificia- fermento nitrifico, impraegnatam postea excoquat, depuret & Nitrum ea extrahat, Aërique, quem Nitro impraegnari meritò statuit, iterum ponat. Fermentum verò ejusmodi constare scribit, ex *sale communi,* *ınâ, stercore jumentorum & scoriis martialibus,&c.* Ex hactenus dictis haud cò absurdè asseruerit quispiam, Arborem Luna-Mercurialem seu Dianæ ctam activitati spiritûs Nitri præcipuum resuscitationis suæ debere, qua *Schottus Phys. Curios pag. m.* 1353. *Kircherus in Mundo subterr. Baldui- s Miscell. Curios. Ann IV. & V. Append. pag. m.* 97. & *Lemery Cours de Chym.* 90. pluribus consuli poterunt; Elucet verò hîc inprimis quanta Ars turæ sit simia, dum ex ☽ & ☿ in spiritu ⦶ dissolutis, additâ certâ pro- rtione (unde & non immeritò *cit. Lemery* hoc ad augmentationem Ve- abilium adplicat, dum humidum mediocre sufficiensque saltem requi- ıt non plus aut minus) Aquâ pluviali, cineribus calidis in Phiola ca- :i, impositis, Arborem in altum se erigentem, jucundo spectaculo ex- ›et; præsertim si in *auri cretaceâ calce* & *aquâ regiâ* res tentetur, ut ere est apud *Paracelsum de Generat. Rer. Lib. III. p. m.* 88 ubi & forma- nem lapidis artificialem ex fluvialis aquæ repetitis cohobationibus mi- nodo detegit.

CAPUT VI.

)e Augmentatione & Duratione Vegetabilium nutritionem insequente.

Ugmentatio Plantarum, antequam eæ ad constitutum ac debitum sibi magnitudinis terminum pertingant, cum nutritione pari passu am- r, dum enim nutriuntur, augmentantur, alimentum siquidem præpa- n & in foliorum utriculis, cortice & medullâ excoctum & hinc ef- s & quodammodo regrediens, in singulas partes defertur, & in earum s receptum & distributum roris instar affunditur & contrescendo ilatur, plantasque juxta indigentiam (quam nimirum transpiratio & iorum actio diversimodè promovent) auget; hoc verò dum fit, ex- intur partes quadam rarefactione, & novi pori producuntur, in quos n suo tempore alimentum propelli debet, usque dum ad statum seu em & magnitudinem, à summo Creatore in primordio Creationis tutam, perveniant, uti eleganter de hisce *Willisius de Fermentatione:*

Natura parens posuit ab initio in primigenio cujusque rei semine talem spiritus, salis & sulphuris copiam, quæ pro ducendis ultimis corporum staminibus seu lineamentis sufficeret: Ita Accretio & rei ad ἀκμὴν ascensus est tantùm istius materiæ radicalis evolutio & in majorem dimensionem protensio, interim spatiola & vacuitates quæ à protractione hujus materiæ fiunt, particulis activis à nutritione suppeditatis, explentur; quæ etiam continuâ motûs serie maturantur, exhalant & aliis succrescentibus locum cedunt. Quam citò contrà seminalis ista materies ad summum evolvitur & exaltatur, ut ulterius promoveri & expandi nequeat, res ad perfectionis suæ statum perducitur. In tali ergo perfectionis statu si Plantæ consistant, in eo tam diu permanent ac durant, prout anima firmiùs vel minùs corpori alligatur, nec tam facilè in auram abit, spiritus nimirum volatilis vel commodius vel incommodius & malè habitat, majori vel minori copiâ adest, vel laxiùs vel strictiùs cum cæteris Plantæ principiis alligatur, vel pori earum consentiunt, particulæ debitam dispositionem retinent, vel causæ externæ, Aër ambiens, Locus, Cultura ritè vel minùs se habent, nec ab Insectis damna patiuntur. hæc enim inprimis ne noceant, ritè constituta esse oportet; videmus hinc Plantas laxis poris præditas, succo nimio, minus spirituoso perfusas, brevioris esse durationis; (nisi fortè quis Balsami naturæ universalis fixi cum sulphure vegetabili beneficio, illas conservet, prout talem se obtinuisse, eoque mediante globos vitreos multiplici florum naturalium varietate ante annum refertos, ostendere posse scribit *Balduinus de Auro Aurea cap.* 12. alii autem plantarum immersione in *spiritum bismuthi* hoc fieri posse referunt) contrà in quibus corpus compactum, firmum, (ex quâ hinc angustia fibrarum & per consequens succi in actum sublimatio, vel ad exemplum tuborum angustorum, per quos inde aqua altiùs quàm per laxiores adscendere potest) calore prævalens perennare, quamvis caules & folia quotannis pereant, etiam inclementiâ hyemis minùs affici, dum spiritus concentrantur, & à cortice veluti vestimento & reliquo corpore quod inhabitant, velut tegumento defenduntur, adde quòd tum in resinosis lignis, pruno, ceraso, piro non raró evaporante nutritio succo jam fibris asperso, congeries quasi tubulorum & orbiculorum membranosorum supersit, solis tunicis vasorum & horizontalium utriculorum tenuibus & gracilibus, quæ singularum partium delineamenta exhibent, permanentibus. Accuratus de hisce *Willis de Ferment. Cap.* 4. *p. m.* 14. Plantæ in quibus sal abundat cum mediocri sulphure & exigua spirituum quantitate, sunt ut plurimùm longævæ, grandiusculæ, aut totâ hyeme viridescunt, aut licèt folia concidant, succum nutritium sub corticе asservant, cujusmodi sunt *quercus, fraxinus, ulmus, buxus*, ligna & frutices quivis ponderosi. In aliquibus cum mediocri sale & spiritu abundat sulphur, ut sunt *Abies, Pinus, Cedrus, Cupressus, Juniperus* & plantæ quævis resinosæ,

nosæ, quæ ut plurimùm suaveolent & perpetim frondescunt, propter succum quo nutriuntur, viscosum, aromaticum, balsamicum & minus dissipabilem, quâ ratione quoque *Helmontius Tr. Arbor vitæ*, meminit medicamenti ex ligno *Cedri* desumpti ad vitam longævam, maximè si ejus ramenta in suavi tepore & vase Hermeticè clauso per liquorem alkahest seu salis rorismajalis in liquorem resolvantur, qui postea liquor ulterius sub blando calore fotus exhibet duplex oleum cum aquâ & rursum si oleum per tres menses digestioni circulatoriæ committatur, abit in salem, qui si cum proprio liquore misceatur, abit tandem in Elixir integras imò longè exaltatas servans Cedri vires, venditaturq; ferè pro Medicina universali vires balsami instar conservante. Alia verò Vegetabilia si consideremus in iis præter salis & sulphuris copiam, etiam spiritus in majori proportione reperiuntur, ut sunt *Arbores frugiferæ*, præcipuè verò *Vitis*, è cujus fructu succus expressus & fermentatione depuratus, Vinum scilicet spiritu admodum turgescit, & hæc sec. *Baconum* sexagenaria esse potest, & ferax est etiam in senectute. Hujus item census sunt Plantæ pleræque medicæ, calidæ item quæ flosculos odoratos & elegantes producunt. In quibus verò præ cæteris elementis, aqua & terra nimis largâ quantitate luxuriant veluti in plantis frigidis, & quæ in uberi nimis solo crescunt, annuæ sunt plerumque & quotannis moriuntur ut est *Lactuca, Portulaca, &c.* Videatur *Baconus de Verulam. Histor. Vitæ & Mort. p. m.* 492. *Costæus de Univ. Stirp. nat. Lib. II. Cap.* 13. *Hannemannus Meth. cogn. Veget. p.* 63. cum quo ex hypothesi succi vegetabilis nitrosi nil impedit statuere, Plantas quò plus principii nitro-salini in se continent, longioris esse vitæ & igni fomentum præbere, alias autem hujus principii nitro-salini paupertate laborantes annuas esse, ut sunt arborum comæ quotannis post autumnum deciduæ; quare è contrario si principio ⊖no concentrato proprio arbor ejusmodi confortetur, virens permanet ad alterius anni finem, flores quoque producens & fructus, prout hoc de quinta Essentia seminali Cydoniorum, ubi fuerit ad ejus radicem affusa, testatur *Paracelsus Archidox. Lib. V. p. m.* 103. ut & de *quintâ Essent. Cerasorum*, ceu, quæ similiter radici affusa arbores eorum bis in anno fructus suos edere efficit; sic quoque de quinta essentia seminali urticæ testatur, hanc affusam efficere ut urtica altero permaneat anno prout priore, non putrescens, donec alter annus completus fuerit. Quantùm verò ex hisce analogicè ad corpus humanum quoad ejus robur conservandum, colligi possit, Lectori ruminandum relinquo & ad Ætates Plantarum me confero, præsertim quia secundum *cit. Paracels.* Medicos scire decet, quòd perpetuò Medicinam morbo juniorem esse oporteat, quò felicius vincat & in expugnando malo robustior sit.

CAPUT VII.

De Ætatibus Plantarum.

EXinde verò *Plantarum Ætates* facilè colliguntur, non tantùm prout singulis annis pleræque vel germinant & florent, vel fructum ac semina gerunt, quorum prius maximè fit vere, posterius autumno, sed & prout *restibiles* sunt & per plures annos nonnunquam vitam degunt, verbi gratiâ, *Quercus, Buxus*, quæ sale rigido tantum non vitriolico, injuriis resistere potenti scatent, item *Populus nigra*, de qua *Bodæus à Stapel in Notis & Comment. super Theoph. Lib. III. Cap.* 14. *p.m.* 490. refert, quòd in cœmeterio veteri apud Amstelodamenses ducentos annos steterit, ut nil hîc afferamus de Arborum magnitudine, quæ in Indiâ, non secus ac in ejus animalibus, præprimis observatur, ceu legitur in *Hort. Malabar.* illic esse arborem Atti-meer-alou dictam, cujus caudex ambitûs sit 50. pedum, plerumque etiam bis mille annorum; sic & in palatio summi templi hîc Basileæ, ubi lætissimus prospectus, Tilia visitur, quam vix quatuor viri in crassitie amplecterentur, longissimæ jam durationis, de quâ *Chronic. Basil.*

De plantis annuis sequentia notare lubet: Vere formosissimo, quo tempore, sole ad nos appropinquante, substantiâ ætherea omnia sunt plena, naturæ vividum velut fermentum inspiratur, fermentationibus omnia scatent, mira fœcunditate omnia ferè impraegnantur, aves nidificant, pisces ova pariunt, sanguis etiam in vasis copiosior & agitatior existit & latentia & antea sopita morborum semina quasi evigilant & varios affectus & corporis passiones ceu tot flores protrudunt, resuscitantur non tantùm plantarum semina & in germinationis actum deducuntur, sed & particulæ spirituosæ in plantis per hyemem residuæ de novo animantur, succus de novo commovetur, principia reliqua prius ab invicem nonnihil separata & dispersa, velut copulationis appetitu ducta, mutua ineunt connubia & infinitis ferè conjugiis maritata, amplissimam rei Botanicæ sationem & germinationem faciunt, ut loquitur eleganter more suo laudatus *Willis loc. cit.* progressu temporis, Natura quæ ex motu certarum particularum videtur semper intendere optimum & perfectissimum, opus cœptum elegantius expolire studet, unde principia activa, particulæ nimirum salinæ volatiles se crassioribus austerioribus sensim extricant & versus summitates avolant & adscendunt, ubi particulæ subtiliores terrestres, succo tamen austero adhuc abundantes, primum in *Folia*, dein iis magis maturatis & mundificatis, combinatis scilicet sulphure, spiritu, sale volatili cum humiditate lauda-

audabiliore, in *Flores, en miros Natura lusus & Thessala tempe!* abeunt, in quibus quia hæc principia ob teneram texturam facilè evaporant, Natura onservationis individui studiosa, circa Autumnum præter propter, *Semina* (de *Fructibus* vide infra) effingit, ex nova spiritus, salis & sulphuris particuirum nobiliorum ac maximè activarum cum pauxillo terræ & aquæ cominatione, aut *sec. Clar. Hannemann. Meth. cognoscend. simpl. Veget. p. m. 62.* x principio spirituoso nitro-salino altiùs sublimato & in minores sphærulas concreto, ut sic aptè *Excell. Wedelio Pharmac. p. 150.* semina vegetabium ultimum receptaculum emorientis quasi animæ vegetativæ vocentur, imirum prius juxta *Paracelsum de Renov. p. m. 44.* sunt entia prima herbarum arborum quæ antequàm suum corpus, caulem aut truncum acceperunt illies potentiora sunt suis in virtutibus. Sic verò constitutis seminibus, æ adhuc adsunt spirituum, salis & sulphuris reliquiæ jam in vigore seu tu collocatæ, quia ultrà non possunt in melius proficere, reliquum est, ut ore habitûs athletici apud *Hippocr. Aphor. sect. 1. §. 3.* in deterius labantur, sic dissolutionem à se invicem moliantur, sic enim mox spiritus cum rte succi alimentarii & sulphuris purioris per poros à calore æstivo patelos evaporant, sal verò fixior austerior cum terra & crassiori sulphure inquitur, unde foliorum color non tantùm immutatur, sed & decidunt, quarum textura est vel magis vel minus firma, principia magis vel minus npacta & mixta, ob caloris defectum maximè spirituum & sulphuris, in totum emoriuntur, vel in parte adhuc, maximè radice, per hyemem at torpidè & consopitè asservantur, ut mox acri solut hyeme cum grato no sole reduce, resurgere & de novo vitalitatis actiones exercere possint.

Hoc verò dum in *Arboribus restibilibus*, quæ nimirum, ut explicat *Cale-*, quotannis restituuntur & quodammodo renovantur, sæpius contin *Circuli* efformantur & producuntur, (ut in trunco Prunorum, Pino, &c. apparere hoc, si dissecentur, depingit *Kircherus*) qui non tantùm m arborum imò & temperiem (ex inæqualitate nimirum circulorum lem arbore, in diversis enim innotescit differentia annui incrementi mlibet collatarum, v. g. triennale augmentum quercûs quinquenlmi incrementum crassitudine æquat) ostendunt, siquidem numerus orum arboris vel rami numerum annorum quos vixerit, æquat, dum nnis novi circuli ex corticis addensatis fibris & unitis (qualia fibrosa icra, judice *Malpighio*, quibus ligni cylindrus quolibet anno augec compendium præexistunt; velut accidit pluribus *papilionum* partiæ in *erucâ & aureliâ* latitant) haud secus ac in animalibus ossibus, fuucuntur, sed & quonam modo arbor crescat, quùm respectu Septen- & Austri plantaretur, nam illa facies quæ Septentrionem respicit, as habet contractiores, quæ verò Meridiem laxiores, ceu versus

quam regionem tenellorum surculorum medulla utplurimum sex angulis constans, proximior quoque est cortici, quod fit ideò, quia pars septentrionem respiciens, cùm perpetuò à sole vultum aversum habeat, veluti caloris expers, constringitur ac condensatur ; pars contrà quæ Meridiem respicit, quia continuò solis radiis illustratur ac calefit, humorque nutritius allicitur, rarefit magis ac dilatatur Circulique in laxiores arcus diducuntur, ut in Abiete (quam circa Zofingen Bernensis provinciæ cum *Cardano* 130. pedum longitudine observavimus) facilè observari potest Hoc verò valet in nostris regionibus versùs Septentrionem, ut & iis quæ versùs Austrum, in Zonis nimirum temperatis, (unde quoq; apud nos lignorum resectio mense Decemb.) sitæ sunt, non verò in iis quæ sub æquatore & Zonam Torridam inhabitant, illic enim, nisi montes nonnihil obstent, nulla est ratio, quare fibræ arborum ab una parte potiùs stringantur aut dilatentur quàm ab alterâ, æqualiter namque radii solares eas verberant, nec æstu solvuntur, nec frigore premuntur, hoc verò in *Ligno Brasiliano, Sancto, Ebeno* Arculariorum Officinas visitans Magnus *Athanasius Kircherus Lib. III. Mundi sive Caten. Magnet. Part. V. p. m.* 488. *Gassendus* item *Tom. II. p.* 178. se observasse scribunt. Hinc etiam diligenter, in transplantatione & in alium locum translatione ejusmodi Arborum, attendendum, ut eadem situatione, in quaprius crescebant, reponantur, quod monet etiam *Virgilius Georgic. Lib. II.* 269.

Quin etiam cœli regionem in cortice signant,
Ut quoqueque modo steterit, quâ parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,
Restituant : adeò in teneris consuescere multum est.

Nam si Austrina arboris facies quæ tenerior, rarior, mollior obvertatur septentrionali, acuti & duri aëris cunei, frigus nimirum stringens, ita scindet & ictibus velut excipiet austrinam tenellam faciem, ut plantæ tota etiam œconomia brevi inconfusionem redigatur ac interire necesse habeat, præsertim & dum sic succus nutritius in motu sistitur : quamvis & hujus fluxus pro variâ arborum in interioribus quoad pororum habitudinem succiq; diversam modificationem, maximè verò aëris constitutionem variet, ut etiam ex accurata harum observatione *Israël Tonge Anglus in Act. Philosoph.* 1670. *p. m.* 42. *&* 572. inferri posse judicet differentiam Climatum, solorum & situum, necnon annorum maturè vel serò fertilium vel annorum sterilium, ceu & egregia circa hæc experimenta fecit *Excell. & Exper.* *DN. D. Joh. Georg. Mangoldus* Phil. Prof. acutiss. Amicus honoratissimus.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Morbis Vegetabilium, comparationeq; illorum cum morbis Animalium.

QUia verò in Plantis non semper jubila, sed & interdum nubila, illæque non semper vestitu suo viridi floribusque superbiunt, sed etiam lugubrem amictum induunt & *morbis* suis & *Internis* & *Externis* affliguntur, nequam intereant, de hisce etiam quædam afferre non erit adeo extra oleas vagari; ubi ante omnia elegans occurrit locus apud *Hippocr. Lib. I. de Diætâ §. 17. Omnia vicissitudinem*, inquit, *habent ac transeunt; Dies & Nox ad maximum ac minimum: sic & Luna ad summum & minimum. Ignis accessus est & aquæ. Sol ad longissimum ac brevissimum. Rursus hæc & non hæc. Lux Jovi, tenebræ orco, Lux orco, Tenebræ Jovi. Accedunt & transmutantur illa huc, hæc illuc. Omni tempore transigunt illa res horum, hæc verè illorum: & quæ quidem faciunt, non sciunt, quæ verò faciunt, scire sibi videntur & quæ quidem vident, non cognoscunt. Attamen omnia ipsis fiunt per Divinam necessitatem, & quæ volunt & quæ non volunt. Accedentibus verò illis huc, his verò illuc, & inter se permixtis, unumquodq; destinatum fatum* (quod juxta *Com. de Flisco* est radius ex immenso providentiæ lumine emanans, lucens in omnibus rebus animatis & inanimatis) *explet, & ad majus & ad minus.* Proveniunt autem *Morbi Plantarum* & hos tandem consequens *Mors,* non aliter ferè ac in Animalibus seu in quorum senio defectus lucis vitalis contingit non secus ac in plantis tempore brumali, quo omnia marcida & emortua conspiciuntur, mors nimirum est spirituum vappescentia vel à *temperie perversâ*; dum aut *calore* solari intenso ambiente intabescunt, absumitur humor non solùm in planta jam existens, sed & in terra vicina contentus, quatenus inopiâ balsamici liquoris intumescere, germinare & crescere nequeunt: aut *humore* nimio, pluviâ diuturnâ suffocantur, *Oleum*que poros obstruendo ut præsens venenum infunditur, vel etiam ros ille corrosivus Mählthau dictus spiritibus acerrimis prægnans, illas erodit, vel etiam Rubigo infestat, quæ fit ex rore incalescente, ceu inde verno tempore Veteribus *Rubigalia sacra* & *Floralia* celebrabantur: aut *frigore* consternantur, & extabescunt, dum humor agitari, attolli & diffundi per corpus plantæ nequit, succusque quo ligneæ fibræ & transversales utriculi replentur urgente frigore glaciem concipit & vehementi illâ rarefactione disrumpitur fibratum compages, & robustissimæ etiam arbores oblongis excitatis hiatibus dilaniantur & lacerantur; quantùm verò à frigore inducta quies in spiritibus & humoribus possit,

possit, videsis *Excell. D. D. Peyerum Ephem. Cur. Ann. I. Dec. II. p. 255.* aut, spiritibus & humore exhaustis præ *siccitate* gracilescunt, exarescunt, unde idem ferè accidit quod vestitis messibus agris apud *Ovid. Fastor. Lib. IV. p. m. 87.* qui mediante captivâ vulpe, stipulâ fœnoque involutâ à Filio lascivo incendebantur: vel à *pravâ conformatione* in meatibus, dum radix ita dura, obstructa & frigida est, ut quamvis sufficiens succus adsit, tamen debitum vigorem Planta inde capere nequeat: quibus adde quòd ille in transversalibus aliis plantarum partium utriculis coërceatur Tumoresque illarum hinc excitentur novæque excrescentiæ aliæ ex ejus refluxu motuque retrogrado, haud secus ac in Animalibus inde monstrosi nonnunquam tumores exurgunt etiam ossei, ex tartarisato concretoque, non secus ac in Vegetabilibus, succo nutritio, cujus exemplum in Textoris manu (de quo etiam *Pæonius & Pythagora Exerc. Anat.*) hîc videre contigit, tumore velut osseo materiâ fœtidissimâ scatente, & non nisi phlegmate (+)li tandem cedente, qualem osseum tumorem intra calvariam bovis è glandula primitus, casu excitato ossei succi percolatorio folliculo, enatum se observasse refert *Malpighius*: vel *Vermes*, papiliones, erucæ, aliaque animalia erodunt, malignitate quadam inficiunt, acrimoniamq; inspirant, prout inprimis ante Pestem hîc Basileæ Anno 1667. & 68. observatum est. Hîc microscopium nonnullos docuit, nullam esse plantæ speciem, ex qua non è peculiari ovo certoque rudimento à radiis solaribus certi generentur Vermiculi ut etiam *Fabius Columna* inde congeneres plantas herbarumque in viribus similitudinem collegerit, quòd insecta hæc simplicissimo utantur victu, exemplo *rapæ & brassicæ*, quibus Erucæ similes insident, illasque depascuntur, vix enim aliam præter hanc & rapam herbam degustant: unde & sæpius se observasse refert *Rajus* Scarabæi genus parvum nigrum (nimirum Pulices hortenses) dantaxat plantas acres & calidas, *piperitim, nasturtium, Iberidem* appetere, ut colligere sit, quamcunque plantam illud attingat ejusdem qualitatis participem esse, quamvis hoc non in omnibus, dum polyphaga & pamphaga dantur insecta, exactè quadret. Vel tandem laborant *solutione continui*, dum vertice inflexo deorsum curvantur, fibrarum plexus laceratur, disrumpitur, quod inprimis facit Mercurius ob nimiam subtilitatem cortici perforato inditus, aut alio modo læduntur, quo specificus spiritus & specifica textura destruatur, de quo videri potest *Jonsthonus Præfat.* magnifici operis *de Arborib. & Frut. Antonius le Grand tum in Institut. Philosoph. Part. VII. Art. VII.* tum in *Histor. Naturæ Part. VII. Art. XVI. Edit. Lond p. m.* 323. Atque hisce Morbis sæpe non aliter obveniendum, ac equis & hominibus, sic namque ut hi quandoque Phlebotomiâ aut Scarificatione opus habent, ita & Plantæ, Scarificatione nimirum arbores steriles redduntur fertiles, caudexque crassior & robustior evadit, illæque si scateant liquore inutili,

à quo

uo affliguntur & infrugiferæ ſunt, optimè juvantur perforatione ope ebræ ad medullam uſque foramine clavo clauſo & ſupernè deorſum ɑrâ leniori ſcalpello inflictâ: Imò & vulnera Plantarum emplaſtris plaſtris quoque curantur, ut eſt emphyteuticum *Laurembergii ex Cera, e ſutoriâ & pauco Ol. communis* paratum; Ad *Vermes* autem idem experɩ eſt *σπωρατόιον*, id eſt, ſtercus verorum & terram bonam commodè adhiri, prout alias *Theophraſtus* ſtercus humanum magnarum eſſe virtutum ædicat, quia nobiles in ſe continet eſſentias cibi & potûs, de quibus adiranda ſcribi poſſent. Sic idem *Paracelſus* docet *Anthos* defectus, cùm non erfectè vegetari poteſt, vitrioli magiſterium ſanare & ut egregiè creſcat oſtmodum efficere. Verùm hæc omnia cedent Medicinæ univerſali, de uâ *Lucerna ſalis Philoſophorum Sendivogiana pag.* 128. ſcribit, quòd itidem mnes Plantas, tempore veris, magno & miro ſuo calore vivificet, illarumue vim genitalem corroboret ac excitet, unde etiam ſi illius Medicinæ in qua diſſolutæ quantitas aliqua in Cor ſeu centrum trunci vitis injiciatur, lores & folia naſci, fructumque menſe Majo produci, ſicque in cæteris Plantis; nimirum ſecundùm præfatum *Sendivogium Coſmopolitam* & *Balduinum* noſcendus eſt *Chalybs* & *Magnes Philoſophicus*, id eſt aër vel potiùs aqua per aërem rarefacta, ſpiritu fluido mundano dives, Neptuno Deo hinc repræſentata, & Aqua coagulata, quæ aër fuit, aquæ nimirum ſeu roris coagulati ſpiritus inſitus & fixus redditus: ex aëre, ait, fit magnes & magnes facit apparere aërem noſtrum, nimirum cum *ſale tartari* æqualibus pollet dotibus ſeſe ex aëre multiplicandi, idque eò magis quo ardentior ſol eſt vel aër, de quo & *Frider. Hoffm. in Meth. Med.* En verò ſulphur fixum & volatile noſtrum exclamat *Sendivogius*, mare noſtrum & caput mortuum feceſque ejus! Qui ſcit ergo calorem coagulare aquam & cum iſtâ aquâ coagulatâ ſpiritum figere, ille rem invenit, quæ millies auro plus cara eſt, quam ſi deſideras, ut in elegantiſſ. *Diſſertat. de Transmut Metall. Cap. III. §. 16. Excell. Cramerus*, cura ut ſpiritu elevato fiant feces, ſuper has ille reducatur & ex conjunctione ramus enaſcetur multum radice nobilior, eſtque proceſſus non abſimilis, quo *Lapis* ipſe *Philoſophorum* ſeu rubinus *Dan. Lud.* de quo *Thurneiſſerus Lib. VII. de Quint. Eſſent. & Archidoxor. Lib. VII. p. 51.* & *Paracelſus de Gener. rer. nat. Lib. I. p. m.* 87. ubi theſaurum ditefcendi aperit, dum ut ſol & pluvia herbas & fructus maturant, ita Alchimiſta multis imbibitionibus & deſtillationib. per aquam mineralem metalla imperfecta perfecta reddere poſſe docet, ut & per talem coaptationem in mediâ hyeme pulchras viridesq; herbas flores & fructus, per terram & aquam nimirum ex ſemine & radice producere: quare & juxta noſtram ſententiam, Qui novit affinitatem ejusmodi ſpiritus vel aviculę ex aëre captæ cum ſpiritu vegetabili, mirari deſinet medicinam univerſalem ad plantas refocillandas inde haberi, ſic namq;

Paracelsus Archidox. Mag. Lib. V. p. m. 19. testatur ☿ suo vitæ si radices plantarum perfundantur, flores & fructus secundos afferre, & si primum semen deciderit illo tempore si perfundantur, illas eodem modo ut prius flores & fructus fecundos proferre absque respectu temporis ullo, imò si quis ens primum auri, ubi aurum crescit, obtineat, illud frugiferas arbores & fundum, nimirum terram fertilem efficere, renovare arbores veteres, quæ à viginti annis fructus nullos produxerunt; *inde,* ait ulterius, *fieri soles, ut si entis primi vis, qua scil. in terrâ dispersa latet, vitro concludatur, eoq; perducatur, ut in se ipsâ crescat ejusdem herbæ forma citra omnem terram & postquam omnino crevit, corpus nullum habeat, at corpori tamen simile quid formatum, cujus causa est, quòd terra liquorem nullum habeat, quo fit, ut stirps ipsius nil aliud sit quàm apparens visui quiddam, quod rursum in succum digeri possit instar fumi, qui substantialem formam demonstrat, sed nullo tactu perceptibilem.* Ast quia non omnibus Corinthum adire datum est, ad alia quoque præsidia concurrendum erit.

CAPUT IX.
De Culturâ Vegetabilium.

HI ergo morbi ut præcaveantur, accedat oportet *Cultura* diligens, *Locus* amicus, *Aër* benignus: Culturâ quippe neglecta plantæ degenerare solent

- - - - degenerant succos oblita priores;
Scilicet omnibus labor est impendendus & omnes
Cogendæ in sulcum ac multa mercede domandæ. Virgil. Georg. II. p. 49.

Quid verò ejusmodi Cultura præstare possit, apparet ex illo loco *Baconi de Verulamio Sylv. sylv. Cent VI. §. 513. p. 559. Curiositatis pars est,* inquit, *florem reddere duplicem crebrâ translatione* (exemplo maximè Caryophyllorum) *in terram novam, contrà transplantandi negligentia ex duplici simplicem facit.* In Bulbosis hoc eleganter instituitur si bulbi duo v. g. *Liliorum albor. Coronæ Imperial. &c.* quasi per medium scindantur, cavendo ne medulla vehementer vulneretur, & uterq; iterum conjungatur & filo connectatur, ut fiat semigeminus bulbus unus artificiosè unitus, isque terræ imponatur ut emergat inde caulis geminus, coalitus in unum, eritque aliquanto latior, non rotundus, æquabitque numero folia duorum florum, qualiter dubio procul Lilium numerosissimis floribus progerminavit, quod in tabella depictum hîc Hortulanus quidam commonstrat, imò non aliter factum in *Taraxaco monstroso* aliquando in prato, dum cum *Excellentiss. Clarissimo* D. D. Beut-

D. D. Beutelio Ratisbonensi extra urbem deambularem, hîc reperto, triplex nimirum flos adnatus invicem erat cum caule concavo triplo ampliori, idque ideo quia tres radices in terrâ concurrerunt, & invicem sibi adnatæ conspiciebantur, quâ de re Major *de Plant. Gottorp. monstrosâ.* Cœterùm præter *Culturam Plantarum*, quæ *Transplantatione* fit, ut eò lætius crescant, succusque nutritius decentur in earum corpore dirigatur, opus etiam sæpius *Resectione* & tonsurâ, qualis in fruticibus & herbis locum habet, ut *amputatio* in arboribus (ex quâ hinc analogicè laudatus *Verulamius Sylv. sylv. Cent. I. S. 58. p. m. 41.* colligit in frequenti prudentique artificiali emaciationum purgantiumque usu & fortasse nonnullâ sanguinis missione, verti præcipuè prolongationem vitæ & aliqualem juventæ restaurationem) adest nimirum sæpius φυλλομανία luxuriantque nimis in hanc vel illam partem, ceu constat nisi Vitium sarmenta & folia demantur, minus uvas ferre, Arboresque hodie in extremitatibus pulvillorum hortorum frequenter poni solitas ad latera minus expandi, nisi ipsis cacumen amputetur, adeò in potestate periti Hortulani est, Vegetabilia pro lubitu effingere & Naturam hîc operantem aliter ac aliter in opere suo dirigere; Præter hæc ad *stirpium* debitum cultum maximè necessaria est *Irrigatio*, quæ iis tam necessaria ac potus animalibus, qui ut si esculentus unà sit, copiosiùs ea nutrit, ita quoque cum Vegetabilibus se habet, lætitiùs namque crescunt, si ex fimento aut palude, nitrositatibus nimirum copiosius imprægnatâ aquâ irrigentur, omnia tamen cautè & circumspectè, sic enim non nisi parcissimè ab initio semen Tabaci est humectandum, cujus aliàs insignem & in infinitum ferè se multiplicandi potentiam arithmeticè supputavit *Laurembergius Horticult. Lib. I. Cap. 17. p. m. 87.* ut nimirum granum ejus quovis tertio anno numerum granorum 12960000000000. exhibeat; Uti verò hoc Tabacum Negotiana illa, absque insigniori culturâ, largitur, ita ubi decens cultura accedit, quæ insolita aliàs sunt, contingere solent, nimirum tali diligenti culturâ floruit dubio procul tandem *Aloë Stutgardiana Anno* 1658. in horto Ducali, quæ 23. pedes alta, 40. habuit ramos, in singulis 200, 300. 400. flores, ut numerus florum ad 12000. ascenderit, ut legere & videre est in *Miscell. Curiosis Medico-Physicis Academiæ Naturæ Curiosorum Germ. Dec. I. Tom. I. p. 212.* qualem florum multitudinem etiam aliquando observare licuit circa hortum domûs *Spectatiss. Excell. D. D. Rotii nunc Practices Profess. Clariss. Med. Dec. Dign. in Papavere erratico*, quod aliàs exporrectis capitulis & flammeâ suâ cidari inter cyanos cœruleos, calcatrippas & viridantia sata agros nostros, ubi pleuritis frequenter pungit, sub æstate pulcherrimè venustat, singulis namque diebus 50. aut 60. novi flores numerati sunt, ut numerus florum ad octingenta ascenderet: cujus causa Loco humido nitroso non immeritò attribui poterit.

Ut enim Cultura (de quâ prolixè videatur *Elsholzius, Laurembergius in Horticulturâ Rapinus de Hortis, Ferrarius in Florâ, & Hesperid. Timoth. à Roll Capucin. Steinkopf in Botanic. Helvet. Schielerus, Graeflingerus, Rhagorius* & alii plures) feliciter procedat, inprimis *Locus amicus* conspirare debet, si enim locus temperatus sit, ferax maximè Vegetabile erit, quia particulæ constituentes blandè in motum cientur & in altum elevantur, ac in ejusmodi motu leniori ad statum usque maturitatis conservantur; si verò sit fervidior sæpius bis in anno fructum fert, quia continuo illo motu radii solares in magnâ copiâ concentrantur & halitus subtiliores à terræ regione interiore in magnâ copiâ educuntur, unde continuum alimentum fructibus suppeditatur; In locis verò Borealibus fructus semper ingratiores existunt ob motum imbecilliorem ad particulas debitè concoquendas & ad statum perfectionis producendas: aliæ verò Plantæ locis gaudent umbrosis, prout dicitur de Herbis Saturninis, (ceu ejusmodi distinctionem quoad discrimen Planetarum apertè sistit *Hiebnerus in Myster. Sigill.*) quæ morbis & affectibus uteri potissimùm medentur, quædam lucidis, unde si Solis calore destituantur, languent. Hinc rursus *Virgil. Georg. II. p.m. 51.*

Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni.
Nascuntur; steriles saxosis montibus orni:
Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora Taxi.
Divisæ Arboribus patriæ, sola India nigrum
Fert Ebenum: solis est thurea virga Sabæis.

Nimirum hîc loci Planta succum invenit copiosiorem & acceptiorem, defœcatiorem, alibi pauciorem & minus congruum, hinc scribunt *le Grand Instit. Phil. Part VII. Art. X. p. m. 708. & Baconus de Verul. Histor. Nat. Cent. V. §. 482. pag. m. 863.* Allio prope Rosam consito, gratiorem Rosæ accedere odorem, eò quòd corpuscula fœtori gignendo accommodata ad Allium deferantur, adeò ut pauca ex illis in Rosæ radicem incurrant iisque corpusculis immisceantur, quæ suavi odori procreando sunt nata Valet nimirum illud *Hippocratis de Nat. Pueri §. 35. Oper. Tom. I. p. m. 157. Qualem terra humorem in se ipsa habet, talem etiam nascentia ex ipsa habere.* Hinc sibi relatum refert *Baconus de Verulam. Sylv. sylv. Cen. VI. §. 574. Terram Indicam cœli dissitarumque regionum saburrandæ navi exportatam in aliquod Italiæ solum,* (qualem Pisis videre licet) *herbas protulisse exoticas Europæis incognitas.* Hinc etiam *Fernelius Meth. Med. Lib. VI. Cap. 4. p. m. 349. Ut similes vitis palmites diversis regionibus atque locis depacti diversa vina, ita similia semina, regione atque tellure variâ, stirpes proferunt facultatibus viribusq; varias. Regio calida & æstuosa omnia edit profertq; acriora & vehementiora, hebetiora verò frigidior & humidior. Origanum, hyssopum & saturejam advectas è Cappadocia aut Creta,*

iis duplo

tis duplo acriores deprehendimus, quas Gallia nostra protulit; cui modò laudatus *Hippocrates in Epist. ad Cratev. Oper. Tom. II. p. m. 929.* in totum adstipulatur, jubens Cratevam ut ipsi montanas maximè & in altis collibus nascentes herbas radicitùs resecet, eo quòd aquaticis sint solidiores & acriores propter densitatem & aëris tenuitatem, ob quam & tunc in hortos translata quàm lætissimè crescunt. Aquaticas autem plantas seu quæ in locis putridis & uliginosis crescunt in sanguine putrido quasi & vappido multùm prodesse certum est, haud secus ac in locis saxosis crescentes ☉sis particulis coagula tartarea resolventibus pollent. Ad prædictorum verò confirmationem exemplum quoque adducit *Kircherus in Itinere Ecstat. p. 591.* ubi refert quod *Persica arbor* in Persia sit veneni virulentiâ plena, cùm tamen in Europa & apud nos haud adeò nocivum proferat fructum. Vide sis præter laudatum *Hippocratem de Morb. Lib. IV. Tom. II. pag. m. 123.* *Hertodt Crocolog. p. m. 274.* ubi & *napelli flores* innoxiè in acetariis à Polonis haud secus ac semen papaveris ad ℥j. assumi posse refert. Soli verò diversitatem multùm hîc facere patet etiam in *Aromatibus*, quæ in India, Arabia & aliis locis calidioribus, præter colentium industriam, feliciter crescunt, in hortis tamen nostris vix produci, & ad debitam maturitatem pervenire possunt, nam antequam ad convenientem puritatem ac maturitatem perducantur, non tantùm opus est multo calore, (qui aliàs à nobis intendi potest vitreis campanis superimpositis, quibus & à frigoris injuriâ plantæ defenduntur, præter quas tamen magis expetit *Majorum Gen. err.* Rudbeckl fornaces sub terrâ extructos ad exoticarum præsertim plantarum desperatam huc usque germinationem promovendam,) sed & humore convenienti, ut sejunctis partibus heterogeniis solæ homogeneæ coëant & odorifera ejusmodi corpora componant. Nec opus est, ut in Indiam migremus, quò veritatem horum petemus, propinquiora loca nos in hujus rei veritatem deducunt, retulit enim mihi Vir Venerandus, Gravissimus, *Dn. D. Joh. Casparus Bauhinus*, Casp. Fil. Promotor meus & Brabeuta p. m. colendus, *Castaneas* & *Myrtillos* in vicina Alsatia circa Colmariam crescentes, Basiliense solum omninò respuisse. Nimirum prout de sale Nitri refert *Poterius Pharmacop. Spagyr. Lib. II. Cap. 7. p. m. 420.* illud non semper æquales obtinere virtutes ob varietatem locorum in quibus nascitur, ita summè probabile est, illum liquorem nitro salinum ob varietatem locorum telluris, ut & aëris, variare, ut planta quæpiam hîc loci lætius assurgat, alibi tristiùs. Hac de causâ etiam *Helmontius de Causis & Initiis Natural. §. 25. p. 23.* ad fermenta seminalia unicuique loco à Deo indita concurrit, quæ *ceu dona ac radices à Creatore Domino stabilita, in seculorum consummationem continuâ propagatione sufficientes atque durabiles, ex aqua semina sibi propriè excitent atque faciant.* Hinc etsi Vegetabilia, v. g. quæ in calidis regionibus ordinariè proveniunt, in frigi-

dis quoque locis progerminent & colentur, atque eandem figuram obtineant, dum particulæ nutritiæ sufficienter in motum disponuntur, accedente calore externo, tamen magna erit virium internarum differentia, ut vel maximè etiam patet in Vitibus Hispanicis, quæ etsi in Septentrionalibus regionibus & Germania crescunt, tamen alius est earum odor, sapor & color: Unde etiam plurimùm facit debita Temporis quoad sationem observatio, testatur enim *Corn. Agrippa Phil. occult. Lib. III. Cap. ult.* se vidisse in Gallia & Italia, sationemque nosse, nimirum nucem quæ per totum annum arida, sub ipsa Divi Johannis vigiliâ & folia & flores & maturos fructus produceret, cujus miraculum in dictâ temporis observatione consistat. Relatum quoque mihi est à supra laudato *Excell. D. D. Beuttelio* in pago à Græfenthal quatuor milliaribus *Altorfio Noricor.* distante vigiliâ Nativit. Christi malum è turri templi enascentem folia unâ nocte producere, flores item cum fructu maturo mox tamen decidente. Quare & quoad serendi tempus comodissimum notat *Rajus*, Naturam ipsam illud indicare, scilicet quando Semina plenè matura sunt & sponte è conceptaculis decidunt, vel à vento papposa latè disseminantur: adeò in omnibus Natura juxta Galenum, à nemine edocta ea, quæ necessaria & proficua sunt, facit imitanda, ceu & ad normam Tritici & Avenæ autumno satorum, plantæ complures feliciter autumno quoque seruntur, quò ad injurias cœli hyeme sustinendas paulatim adsuescant, quamvis & ipse nitrorsus hyemalis aër non parum plantas balsamo ditare possit, ut vel ex modo allato exemplo inferre est. Cœterum tempus, quod Agrippa observandum docet, innuit lapidis Philosophici Professor *Faber Panchym. Lib. III. Cap XV.* referens Nuces virides & recentes vigiliâ Joh. Bapt. terræ concreditas postea toto vitæ suo tempore eandem germinationem illo tempore & die observare, ideo quia surculi tenelli inde enati incapaces sunt hyeme & vere vim vivificam terræ & aëris in se suscipere, sed solùm æstate, quo hæc vis maximè potens est, illisque tam ob ejus copiam denegari nequit; Qualiter si in reliquis quoque arboribus observetur, idem contingere posse *cit. loc.* docet.

Quamvis autem Cultura diligens non deficiat, uti nec Locus nutritivus adeò sit ingratus, nisi tamen *Aër ambiens* (Vid. *Excell. Bohn de Aëris in sublunaria influxu*) suum contribuat, post lautam cœnam opimum velut symbolum, Planta itidem vacillabit, ejus nimirum beneficio non saltem ut animalia in vitâ conservantur, sed & sursum eriguntur in germinatione, tales conservantur in augmento & vitæ processu, succorumque pariter ascensus & fermentatio facilitatur, hinc velut is animalia variè afficit (ex aëre enim & cibis morbi obveniunt, dicente *Hippocrate*) ita pariter prout ille Plantam cingens, penetrans constitutus erit, dubio procul etiam Planta insignes ab eo accipiet alterationes, quam ejus hac in re efficaciam probat

maximè

naximè arborum plantatio secundùm *Malp. An. Pl. pag. 16.* dum altæ ex-
cantur per longum ante tempus foveæ, ut ambientes terræ partes præci-
itatis ab aëre salibus impraegnentur, & affusâ tandem iterum aquâ, multo
mixto aëre, tenellis plantatæ arboris radiculis debiti subministrentur sa-
s & in hunc etiam finem circa radices arte parantur vacuitates pro conti-
ndo aëre. Elegans etiam experimentum est *D. Scharocci, Hist. Plant. Pro-
g. Veget.* citante *Rajo Hist. Plant. p. 15.* in plantulâ tenellâ, vitro cui fora-
en inerat coopertâ, quæ semper ad foramen vitri se direxit, etiam variè
utato fictilis situ. Quâ ratione fortè ipsi Eques *Digbæus* & *Hannemannus
eth. cognosc. Veget. p. m.* 107. Plantas magis aëri vires suas quàm terræ &
uæ debere asserunt, statuuntque eum non tantùm in ventre suo portare
mnium rerum sublunarium in triplici regno existentium prima mini-
, id est, primordialia semina, & quamlibet rem naturalem nectare vivi-
imbuere ac conspergere, sed & provocant ad stirpes in antiquissimo-
n murorum ruderibus altissimis excrescentes, v. gr. *sambucum*, quæ in
ssimo muro cujusdam templi in satis magnam arborem excrevit, ut nil
atur de *Vitibus* copiosissimè in Insulâ Terzera cautibus præruptis plenis-
â crescentibus, ut *Linschoten in Itiner.* referat, ne latum quidem digitum
solo ipso oculis notari posse. Hinc namque statuit *Faber Panchym. seu
tom. Univ. Lib. III. p.* 368. præter visibile & palpabile Vegetantium ali-
ntum in aqua & terra contentum invisibile & impalpabile in Aëre con-
ri, quod sit quinta essentia cœli & elementorum, quæ omnes res natu-
nutriat, (prout inprimis *Terebinthinæ* transplantæ exemplo hoc docet
celsus, ceu cujus influentia à sublimi cœlo in elatos montes & non in
ctam planitiem decidit, adeò ut omnes Medicos inde hortetur, omne
ens sub suâ influentiâ colligendum eo loco quo natura ipsa illud plan-
) ac per hanc videtur cum aliis Nitrosi quid in aëre velle intelligere,
quamvis non in totum sit adeò spernendum; experimentis *Fr. Hoff-
i in Clav. Pharm. Schræder. p. m.* 342. *Zwelferi Mantiss. Spagyr. Part. II.
. pag. m.* 408. *Dan. Ludovic. Pharmac. p. m.* 552. maximè Gould Angli
x ol. ⊕li aëri exposito graviori reddito etiam hygroscopia inde ef.
Ef. Lips. An. 1658. *p. m.* 317. circa allatum prius exemplum potiùs ta-
tuendum videtur, per ventos aut pluviam, quam spiritu vitali &
li rerum impraegnari *idem Faber Panchymic. Lib. 3. Cap. 2. p.* 196. sta-
pansper mia quâdam sive omnigenâ seminum mixturâ fœtam esse ju-
am Anaxagorâ *Kircherus*, semina sambuci illuc esse delata, & eâdem
uviali rudera antiqua inebriata fuisse, unde sambucus succum alibi-
arire potuerit, prout & refert *Morison Dialog. inter Socium & Bota-
ost* incendium Londinense 1666. à semine volatili pappescenti quod
d multa milliaria vento transferri & in altum attolli, *Erysimum*,

quod

quod *Irio lævis, Apulus alter* Fabio Columnæ dicitur, germinasse & fructificasse illic loci copiosè non autem ex sale partim volatili, partim fixo, sale petræ, 🜔re & ex terrâ sive calcosâ aut ruderosâ & aquâ, mixtaque materiâ; semina verò solidiora ex avibus eò deponi posse, ceu & *Excell. Celeberrimus D. D Clauderus*, Fautor honorandus de *bryoniâ* refert, quod non nisi ab avibus prius devoratis baccis progerminet in *Ann. V. Dec. II. Miscell. Curios. p.*375. aliiq; de *Pipere* in Indiâ vel regno Sinæ inde felicius crescente testantur.

CAPUT X.

De Seminis naturâ & Plantarum resuscitatione.

Mira scilicet circa semina Altissimi Creatoris elucet Providentia, dum unicuique Plantarum speciei abundanter seminibus prospexit, ne specierum ab illo creatarum vel minima interiret, sed continuatâ productione & multiplicatione, unaquæque ex se ipsâ, prout de Phœnice fertur, veluti renasceretur, ac mundi ornatus & perfectio sic perstaret & conservaretur, quare etiam *Aristoteles de Anim. Lib. II. Cap* 4. Opus hoc generationis vocat, *Φυσικώτατον τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐργῶν ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτὸ, ζῶον μὲν ζῶον, φυτὸν δὲ φυτὸν, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν ᾗ δύνανται:* Etsi autem hoc in Plantis minus apertè ut in animalibus ex sexûs masculini & fœminini discrimine (quod tamen non nihil elucet, tum ex staminibus seminalibus juxta *Rajum*, tum ex eo quod mares in Vegetabilibus etiam vocentur, quæ robustiora, duriora, steriliora, fœminæ verò debiliora, molliora, fœcundiora, juxta quam normam *Leonh. Thurneiserus Helvetius, Medicus Cubicul. Elect. Brand.* Herbarium suum astrologicè conscripsit, dixitque *Paracelsus* hinc Medicinas esse aut viriles aut fœmininas) ita tamen rem direxit Deus ter O. M. ut obtineant hanc Vim ac Facultatem Generatricem Vegetabilia vi benedictionis suæ primævæ & jussûs Divini, quo speciem propagare jussit unumquodque Creator sapientissimus, dicendo: Genes. 1. ℣. 11. *Germinet terra herbam virentem & facientem semen juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum & habens unumquodque semen juxta speciem suam.* Sic ergo *semen* est illud medium, quo Plantæ hodie generantur ac educuntur, primum Vegetationis initium & ultimum plantæ complementum, dum non solùm ejus particulæ minimæ, tali situ, loco & plexu dispositæ & organizatæ, influxu succi alimentarii nitrosi & exuscitatione spiritûs volatilis architectonici, debitè in unaquâque explicantur, liquantur, fermentantur, disponuntur, miscentur, ut germen interius

ius in novam plantam assurgat & adolescat, sed & in illud tandem post vegetationis opus ad finem tendens, concentrantur, quæ in corpore Plantæ erant dispersa & magis expansa, ingeruntur saporum, odorum, Colorum, Magnitudinum & Figurarum speciei debitarum initia, sic ut non immeritò *Malpighio Anat. Plant. p. 9.* Semen nil aliud esse dicatur, quàm fœtus, vera scilicet planta, suis integrè conformata partibus, foliis videlicet ut plurimùm binis, caudice seu caule, & Gemmâ, foliola nimirum, quæ primò emergunt aptè à naturâ contorta & convoluta unà cum radicis germine, congruâ tenellæ plantæ alimenti portione & idoneo integumento, prout & in gemma Vitis jam Uva seu Uvula continetur, solummodò deficit explicatio debita, quæ positis dispositionibus necessariis, tandem Uvam actu ostendit, ceu quoque jam olim *Harvæo Exercit. XII. de Gener. Anim. p. m. 60.* Aromatarius Venetiis monstravit inter utramque phaseoli laminam minutum folium efformatum. Placeat hîc ingeniosa quæ de seminibus proponit industrius ille Regni Vegetabilis inspector *Malpighius Anat. Plantar. p. 63.* adducere: *Probabile videtur*, ait, *Vegetantium particulas, quæ inclinationem & directionem in trunco & ramis sortita sunt, quoties cunque à propriis canaliculis effluunt, tandem conservare & manifestare; & quoniam in ramum vel ejus rudimentum dirigebantur, in Gemmam scilicet; ideo recollectæ & conglobatæ, minimi surculi compendium efformant, quod mox in folia laxatur, hoc à toto deciduum & separatum, suoq; alimento circumdatum, quasi filius emancipatus, suis præest muneribus, & vulgariter semen dicitur, à nobis autem seminalis Plantula. Hinc videmus, cauliculi apicem, seu extremam radicem seminalis plantulæ ferè semper fistularum parentis arboris biatum respicere & ab ipso parùm distare, reliquum verò velut rami inchoamentum seu tenellum surculum parùm elongari, ejusq; extremitatem minimâ gemmâ condecorari, cui, ut de more, bina adstant folia lata, quæ seminis carnem excitant.* Sic ergo secundùm hosce Phytotomos semen non saltem *plantæ suæ compendium* dici potest, sed & *plantula juvencula* à planta majori decisa, ad instar seminis animalium quod à partibus universis decidi docet *Hippocrates*, estque reverà semen velut gemma pendula & decidua, alieno germinatura solo, aut sec. *Digbæum de Veget. Plantar. p. m. 45.* succi per plantam sublimati, ut Tincturæ extractæ, velut Magisterium, ignis & salis plenum, planta scilicet potentiâ, prout enim hocce semen, ex illa percolatione succi, & tali fibrarum & particularum plexu terminato, (qui hinc & plantas quoad magnitudinem determinat, ut non omnes sint ex æquali pressura aëris ejusdem magnitudinis ac hinc recurrendum sit ad Magnesiam quandam & legem quasi Adrasteam) quasi opus in proplasmate expressum, in quo perfecta est analogia, dispositum est, sic etiam disponetur particularum congeries in Planta, ex tali semine progerminante, utpote quæ semper istam motûs, sitûs,

E figuræ

figuræ & magnitudinis particularum complexionem hurmonicam affe-ctabit, quæ ipsi in seminum minimarum particularum organizatione fuit radicalis, dum terræ infixa fermentatur, & spiritus volatilis, terræ succo nitroso & radiis solaribus confortatus, texturam plantæ speciei suæ & parenti convenientem absolvit, simili ferè modo, quo Geometræ, Labore & Constantiâ, ex uno centro plures peripherias minores, majores, omnes tamen concentricas, Circino efformant, ac Aranea ex uno centro fila ducit eleganter sibi correspondentia, pariter namque omnes partes ex communi radiculâ procedunt, tanquam ex primo fibrarum centro, quod dum divisum est, in multis foliorum, florum, &c. centris velut ex novo centro telam suam orditur & texturam absolvit naturæ convenientem, idque juxta *Malpighium* solâ materiæ & circumambientium necessitate, sicque vel ad exemplum novæ haud pridem in Gallia à *DN. de Gennes Officier de la Marine* excogitatæ & *Acad. Reg. Paris.* oblatæ machinæ seu molæ textoriæ, quæ stamina decenter applicata, postmodum absque ullius hominis ope in telas contexebat: Eleganter tamen *Lucanus*:

Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Aëris atque ignis, terræ pelagique jacentis
Vis animæ divina regit, sacroq; meatu
Conspirat Deus & cuncta ratione gubernat.

Confirmat verò ante dicta, quòd ex seminibus Plantarum eliciantur *analysi Chymicorum* artificiosâ, quæ ex ipsis Plantis, spiritus nimirum, Olea, sal volatile & fixum, quod posterius magnam maximè analogiam cum seminibus habebit, si vera sunt, (minimè tamen verba nuda sunt, sed veræ historiæ juxta Excellentiss. Celeberr. *DN. D. Georg. Francum Profess. Heidelb. Fautorem honoratissimum*, in *Flor. Franc.*) quæ de resuscitatione Plantarum ex suis Cineribus quidam referunt, sic enim *Magnenus in Democr. reviviscente p.m.* 183. de *Rosa* refert, eam ex cineribus suis calore agitatis in phiala, monstrante Polono, apparuisse; *Schottus* etiam *Phys. Curios. p.* 1357. de *Kirchero* refert eum simile Serenissimæ Sueciæ Reginæ *Christinæ* in Museo suo ostendisse. Sic & *J. D. Major*, ex peculiari quadam liquorum misturâ factâ cum depurato sale *Lavendulæ*, vidit per noctem amœnissimum quoddam nemus fruticantium ramosorum salium in libero aëre effloruisse, quorum foliatura Lavendulæ proximè accedebat, & dum depingerentur, ramuli plurimi evidenter adeò accreverunt, ut aliqui etiam, eò quod stirpite tenui fulcirentur & per magnetismum quendam salia aëris luxuriosè arriperent, proprio pondere ad limbum vitri se inclinarent, usque dum liquescendo in Guttulas, sicut nix sensim liquescens, perirent.

En redit ex gemino nemorosa Lavendula vitro
Quæ prius in terram versa, salemq; fuit

Pulve-

Pulverulenta olim sic corpora nostra redibunt
Et salia arcana quid Deitatis habent.

Vid. elegantiss. scholium *Magnif. DN. Præsidis Excell. D. D. Volckameri Sen. in Dec. II. Ann. III. Misc. Cur. p* 92. Pariter *Eques Digb. us* se in Urticarum lixivio quidpiam tentasse scribit, in quo frigore congelato Urticarum in glacie congelatarum magna abundantia se se monstraverit, qualis coagulatio similiter in Vitro vitem repræsentavit *Excell. Hagendornio Observ.* 31. *Dec. II. Ann. III. Miscell. Curios. pag.* 90. Miri hi sunt Artis lusus, sed aliis non nisi ludicri, sic enim quoad posterius *Digbai* experimentum judicat *Helmontius Pharmacop.* §. 13. *p. m.* 248. deceptionem hic sublatere, omnem siquidem Glaciem incipientem dentatas cuspides ac figuram folii urticæ facere, deinde Archæum esse figuratorem rei generandæ, qui per ignem deflagretur dudum, antequam carbo vel cinis fiat. Alii tamen mox instant, referentes candidè, separato in salibus spiritu à corpore tam modestâ calcinatione ut forma specifica non prorsus fugetur & destruatur, alcalicisque libero aëri expositis, non solùm recepto ex aëre spiritu quasvis eorum species regenerari, sed & pondere cum tempore augeri. Hinc & quærit *Ol. Borrichius de Herm. Ægypt. & Chem. Sap. p.* 363. An non sagax ille Polonus, ex oleo, spiritu & sale lixivo Rosæ artificiosè junctis, Clyssum (qualiter ex cinere ligni & resinâ, liquore ac oleitate e us arboris arborem denuò vel lignum parvum nasci, si materia hæc in pingue solum sepeliatur, docet *Paracelsus de Resuscit. Rer. Vol II. p. m.* 97.) formaverit, atque ex diuturno & patienti fotu, cineritium pulverem tandem produxerit, imaginem plantæ ad primum caloris occursum repræsentantem ceu aliàs fertur, quòd si quis uvis in flore circumligarit phiolam plenam oleo, & demerserit ita, donec fuerint maturæ, illuminato postea illo in lampade, uvæ ubique videantur. Nitrum in Regno Vegetabili dominium obtinere supra dictum est, notumque attestari *Glauberum* se ex Nitro spiritum mundi elicuisse, unde fortè etiam *Borellus Histor. & Observ.* 21. *p. m.* 127. dum miras & elegantissimas Magicis artibus adscriptas figuras, instar hortorum floribus decoratorum in glacie fossarum Urbis, observaret, causam Nitro, Aquam in fossis diu contentam imbuenti, adscribit, haud secus ac *Clariss. Tackius l has. III. de Myster. Resurrect. rerum p. m.* 70. refert in Vitro quinque annorum rore impraegnato, solis exposito radiis, parvulos truncos & saliceta apparuisse, ramos itidem excrevisse, & vineam aliquam quàm pluribus sudibus minutis repræsentatam, amœnissimum quin & arboretum seu viridarium ostensum fuisse, adeò spiritus ille mundanus à spiritu terræ & vegetabilium insito facilè seminalia sigilla recipit, quare & *Balduinus de Auro Aura Cap.* 5 profitetur liberè, Nitrum nostrum obvium ubivis, ut ut impurum, tamen cœlesti materia refertissimum, esse non tantùm catholicum, *miraculosum* sal, sed & ex

illo liquorem non solùm & dissolvens universale Philosophicum seu Mercurii spiritum, sed & propinquiùs Medicinam sapientum Antiquorum præparari & confici posse: quo & spectat id, quod *Maxvellus de Medic. Magnet. Lib. II. Cap. 20. pag. m. 164.* adducit: *Sanguinis Sal*, inquit, *si per menstruum mundi* (quod nitrosum est) solvatur & philosophicè *tractetur, omnium remediorum summum futurum pro certo scito. Et sicut hoc modo* (nimirum ope roris majalis) *salia herbarum in vitro ostendere, unde desumpta coguntur, ita salem sanguinis humanam imaginem mediante nimio. calore ostendere posse certum est.* Nimirum is, qui *Dn. Balzacio* (ut habet in literis ad *Dn. Conrart Consil. Reg. Gall.*) retulit se sine ope Diaboli phantasma sistere posse, minimè irridebitur à cit. *Borello in Observ.* & *van der Becke Experim. circa Natur. Rer. Princ. Lib. II p. m. 257.* qui prolixè egregiè de hisce disserit. Sufficiant hæc circa *Analysin* seminis *Geometricam*, ut ita loquar, ac *Chymicam*.

CAPUT XI.

De Partibus Seminum specialioribus.

QUòd si verò Semen in suas partes resolvatur *Anatomicè*, prout talem Plantarum anatomen optavit magnæ industriæ & curiositatis vir *Georg. Hier. Welschius Hecatost. I. Observ. Phys. Med. Lib. I. p. m. 60.* rhizotomiam, caulotomiam, phyllotomiam, anthotomiam, carpotomiam & spermatotomiam in arboribus & herbis desiderando, præstitit verò hoc *Marcellus Malpighius Bononiensis*, ingens Floræ columen & rarum decus, in opere illo incomparabilis indnstriæ, *Anatome* nimirum *Plantarum* elegantissimâ, & *Nehem Grevv Anglus* è societate Regia, in *Anatomia Vegetabilium, Anno octavo & nono Ephemeridum Germ.* insertâ, occurrent primùm *Involucra seminum*, deinde *seminis Corpus*.

Involucra seminum, quibus fœtuum instar ad tutelam involvuntur, varia dici possunt, quædam enim illorum abscedunt inchoato semine nondum perfecto, ut *Flores*, v. g. in *Rosâ*, *Malo*, *Piro*, *Amygdalâ*, *Pruno*, *Oleâ*, quibus id præstant flores, quod foliola tenellis Gemmis primùm erumpentibus, ubi turgens succus copiâ & contento spiritu fistulas ad latera curvat & extra derivatur, unde de novo geminatis ligneis fibris, tracheis & extensæ medullæ cortex additur, à quo copiosa foliola erumpentia in gemmæ corpusculum conglobantur: quædam verò abscedunt, postquàm semen absolutum est, aliaque perpetuo hærent, quousque semen germinare incipiat, unde meritò cit. *Grevv* illorum statuit quatuor. *Extimum* vocat *Capsulam*, cujus forma à forma seminis ferè semper variat; nonnunquam est quasi perula

perula ut in *Bursa pastoris*, aliquando ut siliqua ut in *Leguminibus*, *siliquâ arbore*, quæ copiosè in Palæstina provenit, ut suibus quoque in escam cedat (congruit hinc quod filius perditus his famem implere optarit) interdum non integra, sed partita, ut in *Acetosâ, Rhabarbaro Monachorum* apparet, ubi mirus naturæ lusus & summum artificium sæpius conspicitur, v. g. in *Balsaminâ luteâ*, cujus capsula seminalis ex quinque fibrillis artificiosè sibi junctis coagmentatur, quarum vel unica in altera extremitate si abrumpatur, dicto citiùs omnes simul in spiram contorquentur, ut semina prosilire necessum habeant, qualiter quoque in *Filice fœminâ* se observasse refert *Rajus Hist. Plant. pag. m.* 132. cujus & semina in chartam mundam decussa crepitantium inter rumpendum vesicularum seminalium sonitum exhibeant, id quod fortè *Ezlerum in Isag. Phys. Mag. p. m.* 13. persuasit, ut statuerit spiritum ♄ninum in Filice contentum, si ea die & horâ ♄ni colligatur, incepturum loqui, id quod sibi accidisse refert, non secus ac *Walchius Comment.* über den kleinen Baur / *p. m.* 207. sibi contigisse fatetur in collectione *rad. Acori vulgaris*. Constituit verò hoc involucrum extimum Plantarum uterum, ceu intra quod semen delitescit, ut postea dicemus, cui & additamentum Natura in quibusdam paravit, ut facilius in distans dispergi possint, quod pappus dicitur. *Proxima duo*, extimum sequentia *propriè* vocat *Capsulas*, v. g. in *Faba*, è qua, dum recens est, facilè separari possunt, & horum una est *Exterior*, altera *Interior*. *Exterior* est vel *membranosa*, *Cartilaginea* & *dura* seu lapidea, dùm similes præcipitationes hîc nonnunquam fiunt ac in lapillo vel putamine (utriculis olim pericarpii naturam redolentibus concrescente tartaro petrificatis) ut in *semine Lithospermi*, aliisque. Hujus usus autem est seminum fermentationem adjuvare ac instar phialarum includere, unde etiam foramine gaudet peculiari, cujus ope radiculâ seu hilus proximè adjacens in Terram liberum transitum habet, hiantibus simul in lapidosis, geminis illis cavernulis, quarum unione concavitas exurgit, & exeuntibus vaporibus per fermentationem excitatis. *Figura* ejus variat, est enim aut rotunda v. g. in *Milio solis*: semirotunda in *Coriandro*: semiovalis in *Fœniculo*, *aniso*, cujus superficies simul quinquenervea est: acuminata in *semine Lactucæ, spinachiæ, malorum, cydoniorum*, cujus superficies mucilagine oblinitur, &c. sic ut vix semina æqualia ejusdem figuræ reperiantur, prout nec homines eâdem facie sibi similes conspiciuntur, Naturâ in extimis jam interiorem dispositionem variantem indigitante. Unde & *Color* multùm variat, in aliis enim albicat, ut *Phaseolis* plerisque, quamvis in iis mirus spectetur lusus circa illarum punctationem & colores, *Clusio* enim nascebantur, aut prorsus nivei aut nigri aut flavi aut ex flavo obsoleti aut purpurei aut amethystini, cœrulei, rubri aut lateritii ferè coloris, vel albi nigris venis & lituris distincti atque etiam ciner acei ac carnei coloris, simi-

ſimilibusque venis inſignes: nigricat in ſemine *ceparum*: ſpadicea eſt in *fœniculo Sinenſi Excellent. D. Redi* ſeu Badianæ Siberiæ, quovis radio ſemen continente, cujus eſſentiam in vertigine cum fructu expertus quidam hîc Mercator: rubet in *Piſo coccineo Americano* cum macula atrâ ebeni nigredine & nitore, ſeu *Phaſeolo Indico peregrino*, quem aliquando hîc Circumforaneus pro amuleto vendidit, Lugduno verò olim propter venuſtatem & raritatem transmiſſus *Car. Cluſio Hiſt. Plant. rar. Lib.* 17. *Cap.* 41. *p.* 227. *Interior Capſula* dum viret ſemen, corpus eſt ſpongioſum & ſucculentum & tunc etiam proportionaliter craſſum & robuſtum, dum verò aret & contrahitur, difficulter à ſuperiori pellicula diſtinguitur, *Quarta & intima pellicula* exilis eſt, liquore maximè tranſparente repleta, unde etiam quouſque non diſcerpitur, tranſparet, ſi verò laceratur, contrahitur in ſimilitudinem gelatinæ, ſimilis nimirum membranis propriis, quibus in ovo & albumen & vitellum involvuntur. Atque ejuſmodi Capſulas maximè exteriorem primam, Uteri munus in Animalibus explere non immeritò ſtatuitur, dum ſemen circa ſe fovent, cuſtodiunt, donec terræ commiſſum in novam plantam adoleſcat, prout & *Malpighius* ſucceſſivas ſeminis mutationes & productiones non valde diſſimiles à Generatione fœtûs in Utero, (notando Vaſculum umbilicare per longum excurrens, Amnion, chorium) exarare tentat *Anat. Plant. pag.* 57. ubi ſiſtit varios ejuſmodi uteros ſemina velut ova continentia.

Ipſum *Seminis Corpus* varium eſt, ſunt enim, diſtinguente *Welſchio Hecatoſt. I. Obſ. Phyſ. Med.* 51. *p.* 67. Ova ejuſmodi vel *foliacea*, ut in *ſemine convolvuli Ægyptiaci* & *trifolii Italici* depingit, vel *granuloſa*, vel *pulpoſa*, vel liquorem continentia albumini plerumque & interdum etiam vitello vel utrique ſimilem, ut in *ſemine caryophyllorum hortenſium*, *papaverum* aliorumque, adeò ut ex delineationibus Malpighianis pateat, Naturam non ad amuſſim eandem ſervare regulam in configurandis ſeminalibus plantulis. Tale verò *Parenchyma*, quod *Grevv loc. cit.* congeriem bullarum fixatarum vocat, ſi attentiùs rimetur, apparebit id conſtare *parte principali & minus principali carnosâ*: *Pars principalis* eſt illa notabilis particula, ut plurimùm albicans, quæ *Grevv* Radicula, aliàs *Gemmula* vocatur & *Sim. Pauli Quadrip. Botan. Hilus* in Fabis dicitur, αἰδοῖον repræſentans, uti *p.* 270. *num.* 3. depingit, quamque etiam notavit *Theophraſt. Hiſtor. Plant. Lib. VIII. Cap.* 2. *p.* 910. ubi in *Fabis* & cæteris *leguminibus*, principium germinandi haudquaquam obſcurum, αἰδοιῶδες, partis pudendæ referens formam, unde radix deorſum vergat, folium verò & caulis ſurſum tendat, conſpici refert; item *cit. lib. cap.* 5. *p.* 937. ubi hoc principium habere ſcribit alia extans, ut *faba & cicer*, alia concavum, ut *Lupinum* & alia quædam, alia non æquè expreſſum, ſed minus, ac veluti indicium principii tantùm; unde nec ſine cauſa citatus

Pauli

Pauli huic hilo in *Castaneis, Amygdalis* (in quibus circa apicem manifestè cernitur) *Avellanis*, analogon reperiri scribit, quod ex parte mentulam præputio frenoque carentem repræsentet: neque ullatenus dubitandum videtur, quin in minutissimis seminibus, v.g. grano *fici papaveris, &c.* idem aut ei simile, etsi non adeo evidens, (dum quædam, ut *Triticum, Avena* gravi carni hærent, quæ loco folii convoluti extat, quædam verò medii seminis pulpâ & truncum & folia perfectè formata includunt, ut in *nucleis pineis*, quædam eo loco, ubi semen matri adnascebatur, velut cylindrum aut bacillum quendam acuminatum, vel & in capitellum extuberentem monstrant, ut in *Asparago, Pæoniâ, Cyclamine, Aro, Iride, &c.*) reperiatur, est siquidem naturæ vegetantis corculum & ocellus, & in ea radix & germen ὥσπερ ἐν γάλακτι καὶ σπαργάνοις, dicente *Rolfincio de Veget. pag. m.* 115. jacet, usque dum, emollitis ac tumefactis involucris ac parenchymate seminis, ab humore ambiente, illud seu Germen prorumpat, prout in *Faba* germinante observatur illud in radicem & fibrillas abire tanquam futuræ plantæ velut fundamenta. Audiamus hîc *Malpighium*, quid ille de hac particula sentiat, differentem: *In seminali plantula*, inquit *Anat. Plant. p.* 80. 81. *plantæ vera species compendio elucescit, & veri emancipati filii status innuitur; Conicum enim, quandoque oblongum & interdum breve occurrit corpus, quod vegetando radiculas promit, unde radicum truncus erit: Caulis autem & caudicis major portio suo specie adhuc gemmæ latitare, à cujus principio & exortu gemina pendere vidimus foliola seminalia, suis ligneis fistulis, tracheis & utriculis constantia, quæ diu servatum succum iterum plantulæ reaffundunt, ut auctior redditus truncus, gemmâ scilicet, elongatis radiculis, sensim adolescat.* Quare non mirandum, si Celeb. *Harveus de Generat. Animal. Exercit. XLI. p.* 220. & *G. Hornius in Arca Mosis pag.* 107. referant, hujus particulæ summitate, puncti instar, duntaxat abrasâ & à providâ formicâ prærosa, perire omnem spem generationis: mirari potius subeat cum Harveo, tantas vires à natura rerum in tantillis exordiis reponi, & Creatorem omnipotentem apparere voluisse maximum è minimis initiis, ut ex parvulâ glandis gemmulâ seu apice nascatur arbor ingens, lata brachia tendens, materia secures respuens, ac indomita ponderibus immensis prela, imò quo minutius semen, eo fertilius (exemplo saltem Tabaci & Rapunculi esculenti, cujus minutissimum semen per microscopium ovi columbini magnitudine aliàs conspicitur) certè quum hæc naturæ vis ac facta reputantur, gestiunt cum *Davide Psal. XCII. v.* 4. præcordia, perfusa dulci gaudio. Vide & *Ettmylleri Parva magn. morborum initia. Pars Corporis seminis minus principalis carnosa*, multò major est principali, globulis seu utriculis in caulem seu caudicem inclinatis, tracheis insuper constans, illa verò foliorum naturam, observat i germinatione, verè sapit, unde & tum in quamplurimis virescit, & hinc dubio procul

ad ulte-

ad ulteriorem Plantæ Vegetationem & Nutritionem permultùm contribuit; videmus enim, in *Fabu germinantibus*, radiculam & cacumen, novam jam plantam, reliquo ſeminis corpori firmiter adhuc, illic loci, unde germinatio incipiebat, adhærere, quatenus in his aliisque *ſiliquaceis* contiguus amnii humor foliorum hiatum replet, ipſisque hæret, & ex chorio humor à ſecundinis multiplici organorum ſtructura, ut apud *Grevv* videre eſt, donatis, filtratione in ipſum transductus, tandem plantulæ folia, inverſâ nutritionis viâ (velut in fœtibus in utero per poros cutis, de quo in *Regn. Animali*) ſubingreditur & ex his in caulem & folia derivatur (de quo inſpiciantur *figuræ Malpighianæ Cap. ult. Libr. I. Anat. Plant.*) qualium tamen duplicia Plantarum ſemina eſſe accuratus in hiſce *Rajus* obſervavit, dum in quibuſdam plantula ſeminalis plana eſt, & extenſa abſque ulla plica & flexura ut *ſemen fraxini*, in nonnullis verò eadem inflexa complicata aut convoluta exiſtit, ut *ſemen malvæ, ſtramonii, atriplicis, &c.* Et ex hiſce facilè jam colligere eſſe, pulpam hanc ſeminali planturæ dum adhuc tenella eſt in nutrimentum aptum cedere, ut tum illa turgeſcat, tum radix deorſum terræ adaptetur, & ad ſuccum terræ nitroſum excipiendum diſponatur, quo foliola complicata eò fortiùs quoque extendi poſſint, quæ quia tum rara & ſpongioſa apparent, videntur nobis tum ex aëre vivifici quid aut roſcidum nectar in ſe ſuſcipere, & radiculæ caulique jam protenſæ communicare, & tum maximè, dum primitus explicantur, nec in aërem patulum jam elevatæ ſunt, humorem excipiant à terreno utero emanantem, quo ſoluti & ſpermatici eorum ſucci per propria umbilicalia vaſcula plantulæ alimoniam congruam ſuppeditent; neque enim videntur prima radicis fila ob nimiam tenuitatem craſſiorem terræ ſuccum ſuſcipere, ſed prius intra hanc ſeminis partem, tanquam in ventriculo & mammis, vel, ut *Malpighius* loquitur, in placenta vel cotyledonibus, diſpoſitum & elaboratum, unde demum traducitur versùs cacumen & radicem; quamvis ubi radix ſat firmata fuerit & ventorum agitationibus reſiſtendo apta reddita, hæc foliola ut & caro, ut inutilia decidant, (ubi tum duæ tunicæ ſeu proxima duo involucra manifeſtè adhuc conſpiciuntur, maximè in Fabis) quia radix, ut Plantæ os, ſatis jam capax eſt ad alimentum Plantæ ulteriùs præparandum & communicandum, dum enim novus continuò ſuccus nitroſus, volatilis, ſulphureus, balſamicus à radice, ſuccum priorem fermentante ac digerente ſuſcipitur, ille ſimiliter à calore & ſpiritu expanſivo ſeu elaſtico aëre, qui radici ineſt, exaltatur & in altum ſublimatur, adeò ut Caulis emergat & evadat altior, Gemmæ etiam (ceu quæ prodeunt ab intima Trunci medulla, ad quam uſque pertingitur, ſi primus ſurculi ortus inveſtigatur, v. g. in *Abiete, Ficu*; hinc enim medulla rami eſt continua cum medulla Trunci; diſtrahuntur verò Fibræ illæ matricis ac per mediam trunci carnem producuntur,

cuntur, donec in oculum turgeſcant & hic in ſurculum emicat, hinc demum adoleſcat in ramum, ſimili ferè modo ac inſectorum partes ſucceſſivè evolvuntur, pariter namque gemmæ ſunt velut infans involutus ſeu eruca, in qua compendio quodam inſunt ultimi ſenii futuræ partes) ex ejuſmodi ſucci protruſione nunc in hac nunc in illa corticis parte ſe monſtrent, in folia, flores, Fructus, ſemina tandem abeuntes, de quo jam ſupra *Cap. III. & VIII.* & pluribus *Digbaeus* in eleganti libello de *Vegetatione Plantarum.*

CAPUT XII.

De aliis Vegetabilia propagandi modis, Inſitione, Inoculatione, &c.

NEque verò ſolummodo generantur ac multiplicantur Plantæ ope Seminum, ſed præterea quoque per *Radices, Bulbos* terræ infixos, qui in quibuſdam abſumuntur, ut in *Hyacintho Indico radice tuberosâ*; in quibuſdam verò manent, ac ceu fœcunda mamma ſuccum per infinitos porulos cauli, ut fœtui, tradunt, ut ſunt *Cæpæ, Allium, Tulipæ, Lilium, Narciſſi, &c.* quæ quia annuatim ſoboles de ſe dant & juxta ſe protrudunt, non niſi quàm tardiſſimè flores præbent è ſemine ſato, exceptis tamen Cœpis quæ quia non duplices vel triplices ſunt, ut *Allium*, nullaſque dant excreſcentias, commodiùs per ſemen propagantur, res nimirum ſe non aliter habet, ac cum Animalibus, in quarum partes dum diverſimodè ſuccus nutritius dirigitur & abſumitur, varietas quoque ingens eorum occurrit: valet nimirum ubique canon phyſicus: *Natura ubi deficit in uno, recompenſat in altero & viciſſim*. Propagantur quoque ſtirpes eleganter non minus ac per ſemen, Bulbos, etiam per *ſurculos & ramos*, ceu in quibus, ut prioribus ſpiritus volatilis ac certa configuratio præſtò eſt, ut propagatio, mediante fermentatione, fieri poſſit, quam prærogativam Vegetabilia præ animalibus poſſident, ut ut quoad Inſitionem ſimilis ferè operatio ſit illa Chirurgiæ quinta, partium ſcilicet mutilarum reſtauratio, quæ floruit antiquitus, teſte *Celſo Lib. VII. Cap. 9.* & elapſo hinc ſeculo revocata fuit à *Taliacotio Bononienſi*, cujus *Chirurgiæ Curtor.* mentionem facit *Paræus Lib. XXII. Cap. 2.* nimirum modi propagandi vulgatiores tres ſunt:

I. *Surculus avulſus ſimpliciter Terræ committitur, verb. gr. Roriſmarini, Salicis, &c.* neq; enim in vegetantibus tantus requiritur organorum apparatus ac in animalibus, unde quia ſurculorum ejusmodi ſeſſilibus particulis quibusvis ferè omnia inſunt, quæ in toto deprehenduntur, non mirùm, quòd nullâ intercedente generatione, abſciſſi ejusmodi ramuli (etiam areſcentes

ut *Olea* experientiâ teste) in novam sobolem excrescant; ingeniosè verò hujus causam deducit *Hippocrates de Naturâ Pueri S. 24.* à spiritûs volatilis præsentiâ & humore terrestri in radices teneras abeunte, & *Honor. Faber de Plant. Lib. II. Prop.* 108. à pororum laxitate & fibrarum rectitudine, ut & materiæ fœcunditate, quâ toto velut corpore semina fundunt, id est, insensibilia germina; unde non mirum, si præviis dispositionibus, discissione *v.g. perticæ saligna, rosea, &c.* & contusione surculi v. g. *rorismarini*, calore terræ laxatis poris, pars illa terræ infixa, animâ adhuc instructa ac tumens, radices agat, alimentum suscipiat, surculos germinet, sicque in justam magnitudinem excrescat, maximè si prius emplastro [illegible] illinatur & arcuatim imponatur, ex quo etiam *Rajus in Meth. Plant.* succi transitum per corticem primariò colligit.

II. *Surculus aut Gemma trunco alterius arboris maximè sylvestris inseritur*, unde *Insitio & Inoculatio* German. das zweigen/ äuglen procedunt, dum tempore verno maximè medio Aprilis (quamvis & juxta *Rajum* hyeme feliciter contingat) vel etiam circa festum S. Joh. Bapt. quoad Inoculationem hæc artificiosè arbori adaptantur, nimirum ut vel cortex surculi cortici stipitis respondeat totusque surculus firmiter fissurâ stipitis ante præparati (de quo specialiter quoad omnes circumstantias accuratè *Lauremberguis*) comprehendatur: vel fissuris duabus ad angulum rectum se intersecantibus oculi vel gemmæ abscissæ cortex exactè adplicatur: vel etiam surculus impingitur per *Delibrationem* inter lignum & corticem; qualibus artificiis in uno trunco tria vel quatuor diversa fructuum genera crescere possunt ac etiam nova fructuum genera quasi effingi, v.g. *limones citrati* ex insitione limonis in citro, quem non fecerat natura, quâ de re rursus *Hippoc. l. cit.* ubi horum Causam radicibus tenuibus à se in arborem primùm, dein in terram demissis derivare videtur, id quod eodem recurret, si hoc adscribatur diverso fibrarum plexui & conversioni pororum, unde succus alimentarius inter libram & lignum aliàs adscendens in callo & nodo illic exorto collectus, aliter configuratur & percolatur (qualis variatio non in solam fistulatum formam peculiarem admittentem succum longeque diversum à cribrato per subjectas caudicis flores humore refundi debet, sed & in naturam succi in transversalibus utriculis contenti, de quibus infra) & ad aliam formam Vegetabilem diversam, quæ in quantitate & sapore fructûs se prodit, disponitur, ut ex *Ceraso sylvestri* fiat *Cerasus sativa* ex *Oleastro Olea*, ut meminit etiam *Paul. Roman. XI. ℣. 17 & 24.* quæ etiam in Vite insita visa est à *Costæo*, cujus fructus uvas & oleam retulerunt; Hoc verò insitionis artificium opticè callere Japonios *Decad. II. Miscell. Ann. IV. Obs. & 93. Excell. Andreas Cleyerus* testatur, siquidem viderit arbusculas magnis ollis implantatas florum viginti, triginta, quin & quadraginta specierum ferace, qui omnes insitionis

tionis artificio illic excreverant; Arbores insuper uti *Cerasos* conspexit, flores solùm foliorum loco, etiam in Februario, frigore adhuc sæviente, nullum verò fructum ferentes. Neque verò putandum surculos inserendos omnes à matre esse separandos, potest enim insitio fieri à surculo à matre non separato & per terebratam arborem traducto, v.g. dum *persicus* per *salicem* vicinum traducitur, ut fructus sine ossibus proferat, uti hoc citatus *Costaus* eleganter peragere docet, similiterq; *Cardanus de Subtil. Lib.VIII. p.m.* 354. in *cerasõ*, cui taliter *vitis* traducitur ad uvas præcoces obtinendas. Huc & spectat ille Insitionis modus in quibusdam quæ ex *medullâ* crescunt, vid. gemma unius vitis usque ad medullam profundè excisa loco alterius ponitur, sicque fit colligatio; item illa *insitio* quæ fit ex *semine*, dum v. gr. *semen lini* cœpis inditur, ut habeatur herba lini folio, item *rapæ* excavatæ semina *brassicæ* acervatim injiciuntur actisque in *rapam* radicibus & in unum corpus coactis flores seminaque prodeunt, quibus novæ speciei plantæ producuntur, idque ob affinitatem harum plantarum alibi jam allatam, qualis & in omnibus reliquis speciebus attendenda, neque enim adeò mirum erit, Pyra vel cydoniæ vel oxyacanthæ, huic mespilum, pruno armeniacam insitam comprehendere & vice versâ, est enim malus cydonia jam pyrus fructu tomentoso, malus armeniaca pruni genus, multumque accedit fructus oxyacanthæ ad parvum pyrum. De his verò Agriculturæ insigniter peritus *Vergilius testatur Georg. II.* 32.

Et sæpe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatamq; insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.

Et *Ovid. de Remed. Amor. Lib. I. p.m.* 327.

Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet,
Stetq; peregrinis arbor operta comis;
Cùm semel hæc animum cœpit mulcere voluptas,
Debilibus pennis irritus exit amor.

Hæc verò Voluptas animum eò vehementiùs afficiet, si non tantùm diversi generis fructus alimentarii sed simul medicinales *verb.gr.* proprietate laxandi, vi somniferâ imbuti, &c. item varia insecta, variæ plantæ cortici adnascentes (à contiguis nimirum vasculis & utriculis communem materiam haurientibus & in propriam alimoniam vertentibus, vel exemplo variorum *Viscorum*, quæ instar cornuum sunt, *Muscorum, &c.*) inde producantur, de quo *Kircher. Lib.III. Mundi seu Caten. Magnet. p.* 492. & 493. docens succo *aloës*, v. gr. *Senn. Rhab. Mandrag. Opio* nodum saturandum ne exhalet; prout & quidam fructus vicinarum plantarum odorem ferunt, v.gr. *Mala* quædam brassica olent, Vina quædam plus laxativa ob mercurialis circumsitæ copiam; ♀fica ob ⊖ & ⦶ petrificiq; succi abundantiam; ♃ rea ob

ob. ♀ ſubſtratum, Diuretica ob herbas diureticas; ſic & ſanguinei coloris pyra primò producta conjecturatur inſitione ſurculorum pyri in Morum, *Tonge Anglus in Act. Phil. Ann.* 1670. *pag. m.* 500. ubi & refert ſe ſurculos mori ſeu eorum ſtolones luxuriantes & reſectos cum particulâ veteris corticis ſub initium Februarii tempeſtate humidâ plantare feliciter, eosque propagare intendere in pyros aliosque truncos, nimirum malos cydonias, Meſpilos, Prunos, ut eorum pulpam & ſuccum rubrum reddat, utendo ſurculis iſtarum arborum, iisque Moris inſerendo.

III. *Ramus propè ſuam radicem mediâ ſui parte inferiore, terrâ obruitur, alterâ ſupra terram eminente*; atque hic modus eſt per ſubmerſionem Vitibusque propagandis familiaris, Germ. das Einlegen vocatus, dum enim pars tecta in terra radices agit, vapor ſeu reſpiratorius ſuccus à terrâ aëre & aquâ permixta, ſeparatus, tracheas (de quibus infra) ſubintrans ipſas replet & diſtendit (cujus ratione ſi ſurculi novelli inverſo apice in terram condantur, aërque liberius illas ferire queat, omnium optimè vinea poſtea plantari poterit, de quo legatur *Walchii Comment.* über den kleinen Bauren *p.m.*210.) ut, tepore terræ laxatis poris fiſtularum, magna vis alimenti tum ab his tum à parente plantâ ſuppeditetur, ac ſic tandem etiam à parentis radice diſcedens, citiſſimè adoleſcar. Hoc modo propagantur etiam *Caryophylli hortenſes*, qui tamen modus melius *propagatio per circumpoſitionem* dicitur, dum per corbem vimineum vel ciſtulam ligneam quadratam per medium diviſibilem, vel vas terreum in fundo aut à lateribus perforatum, terraque laudabili impletum, trajicitur arboris aliqua propago vel ramus vegetabilis altior, ita ut gemma vel nodus aut oculus terræ vaſique immergatur & internodia cultello pungantur, ſic namque dein ramus abſciſſus terraque defoſſus ſimilem fructum vel florem progerminabit ut alter. Sic verò non ſaltem flores ſed maximè arbores frugiferæ uſitatiores propagari poſſunt, v. gr. *Morus, Malus Cotonea, Malus Aurantia, Citria*, omneque genus *nucum, pomorum, pirorum.*

CAPUT XIII.

De ſpontè naſcentium exortu & degeneratione Plantarum.

ANtequam verò ad alia pergamus, explicandus adhuc ſponte naſcentium exortus, quare nimirum ex umbroſæ & humidæ ſylvæ glebâ altiùs effoſſâ, fictilibus inditâ, pingues & ſucculentæ herbæ creſcant, ut *ſemperviuum, Portulaca, Nummularia, &c.* atque hoc pro diverſitate ſoli variè, de quo

de quo *Jonſthon. Præf de Arbor. & Frut. Baconus de Verul. Kircher. loc. cit. Virgil. Georg. II.10.* item *Hon. Faber de Plant. Lib.II.* § 99. ubi hic refert, Si gleba è terrâ educta diverſimodè uratur ac præparetur, diverſas Plantas germinare ſæpiùs ſe expertum eſſe, eò quod diverſa partium reſolutio ex diverſa uſtione ſequatur & ex diversâ reſolutione, diverſa ſeminum eductio, pororumque laxatio, hincque materiæ præparatio, maceratio, diſpoſitio, dum aliàs facit diverſus plexus partium diverſum colum aliamque ſucci filtrationem: Et ex iisdem hypotheſibus etiam explicat. quomodò nonnullæ plantæ in alias degenerent, v. g. *Siſymbrium* in *mentham, hordeum* in *avenam, caulu* in *rapum, &c.* quia ſcilicet rudimentum illud vel planta inchoata in ſemine talis eſt, ut talis plexus producendus deſideret materiam, quæ tali modo præparari poſſit, nec enim quivis plexus ex qualibet materiâ quovis modo præparata fieri poteſt. Cùm verò talis ſit materia in eo ſolo, cui ſemen commiſſum eſt, quæ minimè præparari poteſt ad prædictum plexum recipiendum, quid mirum ſi in alium abeat, diſſimilem quidem quàm illius ſeminis indoles poſtulabat, in multis tamen ſimilem & propiùs accedentem. Sic enim *Lolium & Triticum* in multis conveniunt; item *ſerpillum* cum *ocymo*: Cœterum quia mundus & quæ in mundo ſunt non caſu, ſed ſapienti ordinatione concreverunt, quoad prius hîc dicendum videtur, adeſſe reverâ ſemina, vel accepta ab illa manu, quæ mundum ipſum fabricavit, vel reſidentia in minimis corpuſculis à Pluviis eò delatis, quæ diſpoſitionibus ſpeciei congruis inſtructa, accedente Sole, qui magnus naturæ Archæus & naturæ ignis *Digbæo* dicitur, exagitantur, cum aqua nitroſa miſcentur ac ſubiguntur, ut tandem germinatio quæpiam ſe monſtret, de quo etiam videri poſſunt *le Grand Inſtit: Phil: Part.VII. Art.IX. Regius Philoſ. Nat. Part.IV. Cap. 1.* maximè verò *Malpighius de Rad. Plant.* qui pro ſeminum vel ovorum certitudine, terram è profundo erutam vitreo vaſe concluſit, cujus orificio multiplex ſericum velum ſuperextendit, ut aër & affuſa aqua admitteretur, excluſis minimis ſeminibus, quæ vento naſcuntur, in hac itaque nulla omnino planta vegetavit. Diſpoſitiones tamen particularum ſeminis multùm hîc ſæpius poſſe patet etiam ex artificioſo (taceo quod *Agrippa* referat, præparatâ decenter materiâ, ex colligantia & continuitate materiæ ad animam mundi, quæ quotidie influit ſuper naturalia, impoſſibile eſſe, ut non influat vita & nobilior quædam forma, ceu inde ex baſilicone herbâ inter duos lapides tritâ, generentur ſcorpiones, ex pilo ex caudâ equi in aquam projecto vermis pernicioſus, imò etiam certo artificio in ovo excubante gallum formâ ſimilis homini; qualem ſe vidiſſe & componere poſſe *Lib. I. occult. Phil. Cap. 36.* refert) circa ſemina Artificum luſu, ſic enim dum ſemina Citri & Aurantii artificioſè ſibi invicem junguntur, producitur Arbor hermaphroditica, poma ferens & guſtu & odore gratiſ-

ſima, prout ipſe Florentiæ in horto Magni Ducis vidi, & narratum hoc eſt *Ol Borrichio*, uti refert in *Bartholini Act. Medic. & Phil. Hafn. p.* 124. Vid. & *Acta Philoſ. Angl. Oldenburg. p.* 449. Unde & eodem ferè recidet, ſive dicamus ſemen adeſſe ſive materiæ certæ rudimentum cum *Bayle Tholoſano Diſſ. Phyſ. II.* prout & *Rob. Moriſon Anglus Dialog. inter Soc. & Botanogr. p.* 488. fatetur plurimas eſſe Plantas, quæ ex mixturâ ſalis & ſulphuris è terrâ & aquâ producuntur ſponte & ſine ſemine, ſolâ nimirum meatuum terræ inſenſili configuratione ad ſuccos his vel illis plantis convenientes excipiendos: ſed has *Imperfectas* vocat *Moriſonius*, prout *Perfectas* (in quibus tamen eadem ars qua percolatione debitâ per terræ tubulos creſcunt) appellat, quæ florent, capſulas producunt ſeminales & ſemina inibi contenta; aſt meritò *Clariſſ. Paul. Ammannus in Charact. Plant. Nat. p.* 58. (in quo tractatu *p.* 9. nos ſoli auctoritati *Bauhini* adhærere contra expreſſima noſtra verba prioris editionis hujus *Regni Vegetab. p.* 34. afferre haud veretur *Vir Experientiſſimus*, cùm tamen apertè illic dicamus lineâ 23. *præter rationes* quæ *Moriſonio* opponi poſſent) judicat nullam dari plantam imperfectam in ſe ſed ſolùm reſpectu noſtræ imbecillitatis in cognoſcendo, unde & ſtatuit cum *Malpighio Algas, muſcos imperfectos, fucos, fungos* (quorum ſemen Alceæ Ægyptiacæ ferè ſemen exprimere, referre audet *Excell. Garmannus Dec. I. Ann. IV. & V. Eph. Curioſ. p.m.* 237.) *tubera terræ*, quia ſuam indolem nunquam mutant, ſed ſingulis annis eadem facie regerminant, ut ante aliquot ſecula, hæc omnia peculiari ſeminio gaudere, adeò ut ne quidem Mucus ſeu Mucedo *Part. II. Anat. Plant. Malpighianæ*, plantarum numero eximi debeat, quòd ſi enim ope microſcopii exploretur inſtar florum frondium eſfloreſcentiæ ejusmodi apparent, quatenus nimirum ex ſubſtantiæ mucum contrahentis eliquatione & efferveſcentiâ tenuiſſimæ particulæ impetum faciunt per poros in ſuperficiem; pro quorum hinc configuratione multiformi, varia producta emergunt, adeò, ut etiam inde *Paracelſus de mod. pharmac p.m.* 812. colligat ex muſco lapidibus adhæreſcente illos verè vivere, dum Lapidem ſua ſtercora expellentem ſe ipſum muſco tegere docet, Medicumque illum beatum vocat, qui medicinam vivam novit, eamque comparat & certò tenet non eſſe mortuam. Et hæc de *Anima Vegetante* ejus *Facultatibus* & *Operationibus*, ſequitur altera Totius eſſentialis pars, *Corpus*.

CAPUT XIV.

De Corpore Plantarum, Anatomicè, Chymicè.

CORPUS *Plantarum* definitur, ſubjectum animæ vegetativæ, eleganter ac artificiosè à Natura ad varias operationes perficiendas conſtructum. Orga-

Organicum esse Corpus Plantarum ac organis actionum immanentium instrumentis constare, ex illarum structurâ & compage, clave Anatomicâ cum oculo armato, reclusâ patebit, apparent enim varii fibrarum plexus, ramulorum productiones, vasorum ramificationes, utriculorum globulosorumque corpusculorum series, variæ particularum conformationes, quarum unione elegans corpus emergit, quamvis hæ monstrosæ per microscopium conspiciantur, elucet enim hinc summi Architecti & Artificis potentia, quâ ex informibus ejusmodi particulis & minimis corpusculis variè sibi connexis, elegantia Plantarum corpora effinxit, prout & hoc circa hominis structuram haud levem nobis suppeditat admirationem. Industrius circa Corporis Plantarum evisceratione fuit inprimis Vir humanissimus, illustris ille *Marcellus Malpighius*, qui varia in Corpore Vegetabili, ut in Humano, detexit, ac detecta aliis conspicienda exhibuit, ceu mihi Boniæ in prædio suo ipsum salutanti commonstravit, vel ad exemplum circulationis Harveianæ in corpore animalium, ramum arboris ex ligaturâ & nodo manifestè declarantem succi nutritii in plantis Circulationem, in superiori namque parte longè tumidior erat, quàm in inferiori, illic nimirum ubi ligatura facta est; Præter alia quoq; mentionem fecit & ex parte ob oculos exhibuit ea omnia, quorum in *Actis Hafniensibus* meminit *Clariss. Caspar. Bartholinus Thomæ Filius*, sic enim is Bononiâ ad suos: *Ego hîc cum laudato* Malpighio *amicissimo, totam Vegetantium Anatomen percurri non sine ingenti delectatione, ut sperem certò me vobis demonstraturum Vasa in omni genere Plantarum, quæ revera trachea sunt & aëri inserviunt: alia item vasa quæ deferendo alimento, & alia quæ excoquendo: quarta denique quæ peculiari succo colligendo inserviunt, ut taceam illa, quæ superflua excludunt, item quomodo Plantæ etiam utero donentur cum Tubis, ubi latet Plantarum fœtus, secundinis & omnibus involucris debitis ditatus. In quo semine seu plantarum fœtu ipsa adhuc planta futuro vere proditura latet, non secus ac pullus ante incubationem in Ovo existit.* Nihil itaq; in hisce artificiosis Naturę operibus desideratur, quod ad illorum complectionem & perfectionem desiderari possit, ut vel maximè ex sequentibus constabit, quando unamquamque Plantæ partem accuratiùs examinabimus. Quod si autem non cultro tantùm sed & *Igne* Corpus plantæ resecemus & in sua principia resolvamus, constat ex nobilissimâ artium *Chymiâ*, Corpus Plantæ constare ex spiritûs volatilis (per quos, ac reliquam partium dispositionem & figurarum ordinem Animam vegetantem clarè satis intelligi posse supra dictum est) Sulphuris, Salis, Aquæ & Terræ combinatione variâ, dum nunc spiritus, nunc sulphur, nunc sal præpollent, aqua & terra in plerisque juxta molem & magnitudinem plantæ proportionantur, uti Ingeniosissimus *Willis*, (ceu intelligentia adstans ac digitum intendens operi generationis Corporum, ut loquitur de ipso Pauli *Quadr. Bot. p. m.* 354.)

in ele-

in eleganti de *Ferment. opere Cap.* 4. *p.m.* 14. ac *Celeb. Wepfer. Cicut. Aquat. Histor. & Nox. p.m.* 75. docent, dum enim Vulcano ritè ejuſmodi Corpora offeruntur, mox ſe phlegma, ſpiritus, ſulphur, ſal volatile item & fixum aliaque monſtrant, ut vel ſimplex *Fuliginis* (cujus præparata levi pretio habenda candidè ſiſtit *Excell. D. D. Clauderus* Fautor noſter honoratiſſimus in *Tr. de Balſamatione*) pretioſiſſima aliàs viribus ſuperantis ſimplex per retortam deſtillatio edocet. *Phlegma* in Aquis deſtillatis copioſius reperitur, dum ſpiritus & ſulphur ferè à ſale & terrâ detinentur, aut non niſi laxiores quædam illorum particulæ, maximè in iis Plantis quæ ſal volatile copioſius cum ſulphure remixtum habent, unà adſcendunt. *Spiritus* hîc adeſſe, idem deſtillandi labor oſtendit, ſic enim facili negotio ex *muſto* in dolio efferveſcenti, ſuperimpoſito foramini ſuperiori alembico, *ſpiritus* obtinetur cum ſpiritu terebinthinæ in *Nephritide* non minimum arcanum; ſic & dum Piperitis hortenſis (quæ omnium promptiſſimè ſal volatile dimittit, experientiâ *Ettmylleri*) item *Thlaſpi acerrimum, Naſturtii aquatici folia, Lavendulæ flores*, deſtillationi ſubjiciuntur, liquores ſpirituoſi, acres, fragrantiſſimi prodibunt. *Sal volatile* in Regno Vegetabili locum habere, non tantùm eadem antiſcorbutica acria (quæ in ſanguinis dyſcraſiâ ſalino-ſulphureâ, juxta *Sennertum Prax. Med. Lib. III. p. m.* 55. ex deficiente ſalis, qui cibis ineſt & cum iis aſſumitur, potùsque ac cibi craſſioris coctione & [illegible], generatâ, unde etiam Urina lixivialis, apprimè conducunt, minus verò, ut notat *Willis de Scorb. Cap* 8 *p. m.* 187. in ſanguinis dyſcraſiâ ſulphureo-ſalinâ) docent, ſed & eadem Chymia. hinc enim *Celeb. Wedelius noſter in Experimento Chymico novo de ſale volatili Plant. C.*3. per fermentationem & ſemiputrefactionem ex Plantis, foliis & floribus ſalia volatilia parari poſſe, orbi erudito ſiſtit. Sic namque dum ad hujus & *Paracelſi de Renov. pag. m.* 46. & *D. D. Cox Angli in Tranſact. Philoſ. d.* 25. *Mart.* 1674. imitationem *Meliſſam* examini ſubjiceret *Excell. D. D. Hoffmannus Profeſſ. Altorf. celeberr.* poſt macerationem in ventre equino (fimum ſcilicet equinum cum calce vivâ aquâ perfundendo) pultiformisque ſubſtantiæ quæ emerſit, cum reliquo ♌ tionem per 🝭 liquor gravis empyreumaticus oleumque nigrum fœtidum (remanente in fundo 🝭 te capite mortuo nigro tabaci odorem in igne ſpirante) prodiit, qui liquor phiolæ oblongæ infuſus, impoſito alembico, rectificatione per arenam ∿um, ſtriis oblongis aliquantulum intortis, nonnihil urinoſum exhibuit, qui adhuc ſemel è phiolâ deſtillatus collo ejus adhærere fecit ⊖ volatile album (nimirum juxta *Aphoriſmos Baſilianos in Cheiragog. Hel. Hapelii p. m.* 214. *Vis* vegetans in naturâ mercurii volantis inſtar nivis candidi, non vulgaris ineſt) ſtriis cryſtallinis nitidiſſimis conſpicuum, quod ſubſequutus ∿us diluit ſecumque in recipientem evexit, præſente & oleo æthereo ſatis penetrante, eſſentuali, citrino colore prædito,

conſiſtit

consistit nimirum crasis Vegetabilium specifica quàm maximè in partibus spirituosis, ⊖no-♀reis, ceu commonstrant hoc *Salia artificialia specificis doribus instructa*, quod si enim sumatur *alcali fixum* (de quo mox) alicujus plantæ, optimè depuretur eique super porphyrite misceatur *Olei* illius quoque *purissimi p. iij. vel iiij.* ut fiant instar saponis, hæcque in phiolâ probè clausâ per 3. vel 4. menses supra fornacem pistorum reponantur, postmodum huic cremori affundatur 🜄 summè rectif. ut 3. vel 4. digitis superemineat, hicque in loco calido salem extraxerit, idque aliquot repetitionibus, tandem liquore omni in B.M. abstracto relinquetur in fundo ⊖na materia, quæ ex arenâ ♎ta ⊖ volatile sistit specifica virtute turgidum. Et quamvis hæc jam probent ♀ & ⊖ fixum, tamen *Sulphur* includi Vegetabilibus Olea destillata sulphure & sale volatili prægnantia non saltem probant sed & olea expressà verb. gr olivar. Nucum, Lini, &c. atque maximè *Essentia* ab *Angelo Salâ* denuò, postquam minus Syrupis virium attribuitur, in usum revocatæ; recipiuntur nimirum herbæ vel radices succulentæ, vel aridiores quidem sed aliquot diebus prius aquâ maceratæ, ac ex hisce liquor expressus, sole, umbrâ aut ignis mediocri calore ad sapæ consistentiam aut majorem inspissationem ac porrò in pastillos aut trochiscos redactus in usum servatur & in compositiones medicamentorum accersitur, liberatur scilicet sic sulphur, ope caloris, aquosiori parte, visque specifica quæ expetitur, extravertitur magisque evolvitur, ceu hoc modo stupendarum virium *Essentiam hyperici Oper. Med. Chym. p. m. 7.* resinam ejus magis concentrando, pretiosissimis ex auro, perlis anteferendam parare docet. *Sal fixum* exhibet Plantarum incineratio & elixiviatio, verb. gr. *sal absynthii, carduibened. &c.* quæ num aliquid de specificâ seminum crasi retineant, lis est inter Chymicos, sic namque *Gallois in Convers. Acad. Abb. Burdelot. P. II. p. 168.* ut & Penotus, colligunt ex diverso horum salium gustu magis vel minus acri, quòd debeant retinere aliquid de materia suorum compositorum, vel quòd ipsa nova sint composita, quæ ignis ex partibus mixti unde extrahuntur, disponit & singulari modo ab aliis mixtis distinguit, quâ de re vid. *Borrichius de Chem. Ægypt. Sapient. pag. m 358.* & *Tachen. in Clav.* Nos cum *Excell. D. D Scretâ Scaphus.* statuimus Salia ex amaricantibus plantis parata nil ferè specifici continere, quin unum pro altero substitui possit, salia tamen excellentiora parari è plantâ viridi combustâ, quia plures simul particulæ oleosæ terrestribus involvuntur & adhærent, quæ si prius per longam moram vel prægressâ destillatione avolent, salem magis effœtum & pauciorem reddent, & taliter si parentur, semper aliquid de specifico suo sulphure participant, ita ut ab accuratioribus etiam probè discerni possint. *Nitrosum Sal* quandoque evidenter hîc se monstrat, sic enim dum *Patersonius Hain*, uti refert *Ann. III. Miscell. Curios. Obs. 222. p. 403.* ex

Lappa majori sal ad Podagram & Nephritidem parare intendisset, eamque incendisset, non aliter deflagravit, ac si sal Nitri accenderetur, pari enim ratione spuebat ignem, manifesto indicio, eam multùm de nitroso sale participare, ceu hinc patet, quare *Forestus Observat. & Cur. Med. Lib. XXIX. p. m.* 794. referat quendam Podagricum decocto *rad. Lappæ* (taceo Henrici III. Galliarum Regis inde à Quartanâ liberationem à Petro Pena) in Cerevisia, mixtionem lotii albi instar lactis procurante, à dolotibus liberatum fuisse: patet & quare

Juppiter utilibus quoties rigat imbribus agros,
Mixta tenax segeti crescere lappa solet.

Ovid. de Pont. Lib. II. Eleg. I. Sic Nitrum succo *braßica capitatæ rubræ* inprimis, secundùm *Grub. de Arc. Med. p. m.* 228. inest, ejusque ratione ab Empirico hydropicus restitutus. *Terra* in destillationibus tandem in Capite mortuo relinquitur, pauculo ejus cum reliquis Alembicum ascendente; quamvis mirus sit horum Principiorum lusus, (quem aliàs præprimis cognovit *Boyle Chym. scept. pag. m.* 372. in aquâ vitis) dum, quando exhausta videntur omnia, nihilominus unum vel alterum in eorum fecibus verb. g. in destillatione spiritûs vini adhuc latet; sicuti & horum est nunc arcta nunc laxa connexio, inter spiritum namque & sulphur est particularum quædam similitudo, quâ sese mutuò amplectuntur, inter spiritum verò & sal fixum dissimilitudo, quâ se se non statim sibi invicem associant, quâ de re pluribus videatur *Willis* in aureo *de Ferment.* tractatu, maximè verò *Ettmyllerus* in *Schröder. dilucid. P. I. Sect. II. & Chym. rat.*

Hæc verò Principia Chymica, (de quibus *Paracelsus* ad *Joach. de Wadt* Doct. & Consulem St. Gallensem Amplisf. *in Paramiro*) illi, qui syncretismum inter Veteres & Neotericos instituere allaborant, volunt quatuor Elementis Aristotelicis non contrariari, sed solùm subordinari, esseque elementa mixti propinquiora, illa verò remotiora, unde quidam illa *principiata* aut *elementata* appellant, sed sec. *Exc. Wepfer. de Cic. Aq p. m.* 77. inique, cùm vix in alia resolvi possint, aut si resolvantur, id fiat potius phantasiâ, unde etiam [illegible] vocantur; hinc etiam *Willis de Ferm. Cap. I.* fatetur, *pro explicandis Naturæ phenomenis hanc opinionem aliquatenus conducere, verùm crasso adeò modo, & fine peculiari respectu ad secretiores naturæ recessus rerum apparentias solvere, ut ferè idem sit dicere, domum constare ex ligno & lapidibus, ac corpus ex quatuor elementis.* Quicquid sit notanda illa *Heurnii Method. ad Prax. Med. p. m.* 151. verba: Vocent alii Mercurium, sulphur, & quidlibet, modò rei substantiam intelligamus, prodeunt certè ea, quibus elementorum vestigia sunt impressa: unde & dicendum videtur cum *Excellentiss. Dn. Joh. Jac. Hardero Phil. & Med. D. & Botan. & Anat. Prof. Celeberr. Prodrom. Physiol. de Humor. Cap. I. p. m.* 12. Phlegma aquam, spiritus aërem,

Oleum

Oleum ignem, ſolidam ſubſtantiam Terram repræſentare, ceu jam olim ingeniosè *Plato* elementa diſtinxit, Igni acuitatem, raritatem & motum, Terræ autem obſcuritatem, denſitatem & quietem attribuendo, aquâ & aëre ab his ſuas proprietates mutuantibus, aquâ nimirum à terrâ obſcuritatem & denſitatem, ab igne verò motum, aëre autem ab igne raritatem & motum & à terra obſcuritatem, ita ut Ignis aëre ſit duplo rarior, triplo mobilior, quadruplo acutior, Aër autem duplo acutior aquâ, triplo rarior, quadruplo mobilior, proinde aqua duplo acutior terrâ, triplo rarior, quadruplo mobilior, ita ut prout ſe habet ignis ad aërem, ſic aër ad aquam & aqua ad terram, & è converſo ſicut terra ad aquam, ſic illa ad aërem & hic ad ignem. Et quia hæc ad corpora regularia comparata ſunt, ipſeque *Carteſius* ſua elementa ex figuris effinxit, globulis materiam cœleſtem, non ſecus ac *Plato* ſphærâ cœlum, repræſentavit, antiquum illud dogma cum hoc etiam aptè ſatis conciliari poſſe videtur. Cæterùm prout ejuſmodi Principia aliter atque aliter ab architectonico ſpiritu cujuſvis ſeminis, quem de ignis natura ac materia cœleſti participare diximus, variè miſcentur, ordinantur, diſponuntur, explicantur, ſuccus iis impragnatus protruditur, varius etiam *Plantarum partium* apparatus emergit, quibus integrantur ac etiam in illas dividuntur.

CAPUT XV.
De Diviſione Corporis Plantarum.

Dividitur autem *Corpus Plantarum* à *Clariſſ. Rajo Hiſt. Plant. Lib. I. Cap. 2. p. 3.* in *partes ſimplices*, ejusdem nimirum texturæ & conſtitutionis; & *Compoſitas* diverſæ: *Simplices* verò rurſus in *continentes* ſeu vaſa, quæ reſpectu ſubſtantiæ *ſimilares*, figuræ autem, *organicæ* ſunt, & *Contentas* ſeu ſuccos: *Compoſitæ* partes ſunt Radix, Caulis &c. Veteribus Botanicis conſuetum erat dividere Corpus Plantarum ferè ad normam Corporis Animalium, nimirum in *partes* tum ad *totius corporis conſtitutionem neceſſarias*, tum *ſupervacaneas*. *Neceſſariæ* ſunt tum *Similares*, tum *Diſſimilares*: *Similares* recenſentur à *Sennerto Epitom. Natur. Scient. Lib. VI. Cap 3. p. m. 488. Rolfincio de Veget. p. m. 145. Sperling. Inſtit. Phyſ. Lib. VII. Cap. 5. p. m. 1148.* ſeptem: *Fibræ, Venæ, Nervi, Caro, Medulla, Lignum & Cortex*. *Diſſimilares* ſeu *Compoſitæ* ſunt vel *perennes*, ut *Radix, Caudex, Ramus & ſurculus*: vel *Anniverſariæ, Folia* in pleriſque, *Flores, Fructus. Spigelius Iſag. in rem herb. Lib. I. Cap. 3. p. m. 23.* *Partes ſimilares* dividit rurſus in *communes & proprias*; illas vocat, quæ ferè ſemper omnium plantarum partibus diſſimilaribus inſunt,

 quales

quales censentur, *Caro*, *Nervus*, *Vena*, Membranæ seu *Cutis*, addito etiam humore: has verò, quæ quarundam tantùm, *v.g. Os* in Cerasis, Amygdalis, Prunis: *Cartilago* in pomis, pyris, cucumeribus. *Dissimilares* itidem facit vel *communes* vel *proprias*. *Communes* sex sunt, *Radix, Caulis, Ramus, Folia, Flos, Semen*, quæ cunctis stirpibus communes sunt, non tamen omnes omnibus (in totum enim, monente *Theophrasto*, planta res varia est & multiplex, inque universum de ea referre difficile) unde divisio Plantarum in *perfectas* & *imperfectas* emergit: *Perfectæ* sunt quibus hæ partes omnes insunt, ut Pyrus, Malus: *Imperfectæ* verò quibus desunt aliquæ, *v.g.* Ficui flos (cujus hinc nota ut cognosci possit, non flos sed folia & fructus erunt) Jasmino fructus, Tritico, Allio Ramus, &c. ut ut imperfectio talis tanta non sit. Et has Partes communes dissimilares rursus aliis constare particulis similaribus aut dissimilaribus, propriis aut magis communibus, externis aut internis *Lib. I. Cap. 6.* docet. *Propriæ* sint *v.gr.* granula rubra, quæ vermes condunt, in radice pimpinellæ, quibus Lanæ purpureo colore inficiuntur; Capreoli in *Piso, vite*, aliisque plantis in quibus vegetatio plurimùm luxuriat, quorum color viridis est & fistulis, tracheis & interpositis utriculorum ordinibus compaginantur; hi verò quia externis quasi pedaminibus fulciunt plantas, meritò à *Cicerone in Catone Maj. pag. m. 174. Claviculæ* vocantur, quibus quasi manibus quibusdam, quicquid sunt nactæ, complectuntur, &c. Ex quibus tamen obscurè patet, haud absurdè Platonicos dixisse Plantam esse inversum hominem, Poëtasque non sine judicio finxisse homines in arbores mutatos, de quo præter sequentia videatur *Laurembergius Horticult. Lib. I. Cap. 12.* ut & illustris ille Magni Hetruriæ Ducis Archiater Celeberr. *Redi* in egregio de *Generat. Insect. Libro*, ubi *p.m. 245.* ipsi nec pudendum nec alienum abs re paradoxum est dixisse, plantas præter vitam vegetativam etiam sensitivâ gaudere, qua mediante habiles fiant ad generanda Insecta, quæ in illis producuntur, imò quis scit, haud immeritò inquit *pag. 258:* si non usque adeò altè in terris radicatæ essent & pedes organaque vocis haberent, annon vitaturæ lædentem & læsæ lamentis dolorem suum testaturæ essent. id quod *Fungi marini* exemplo in fissuris scopulorum Liburni radicati maximè comprobat, quo nempe inciso corrugatio & contractio manifesta observanda fuit, manifestissimum scilicet motûs & sensûs indicium. Nobis quid unaquæque pars similaris aut dissimilaris sit, definiendum.

CAPUT

CAPUT XVI.

De Partibus similaribus, Fibris, Nervis, Venis, Carne, Medullâ, Ligno, Cortice.

I. *Fibræ* sunt capillamenta tenuissima, prælonga, fissilia, per radices & carnem Plantarum protensa, ad distributionem succi alimentarii & robur conducentia; variant hæ pro vario quem præstant usu, ut suprà dictum, eas verò omnium accuratissimè extricavit Illustr. *Malpighius*. Notabiliores sunt, quas inter vasa & Plantarum thoracem replentia, insignes *fistulas* perpetuo patentes reperit *Anat. Pl. pag.* 14 quas *spirales* à compositione, *tracheas* ab officio vocat, sicque de novo patefecit, antiquissimum Philosophorum *Anaxagoram* haud adeò absurdè loquutum fuisse, dum stirpes, vel ad exemplum novorum quorundam Philosophorum Anglorum, suo modo animalia dixit ac etiam spirare; In Plantis nimirum earumque partibus, ut & Insectis, loco annulorum asperæ arteriæ, spiralem laminam Natura fabrefecit, quæ squammosis frustulis compacta, constrictionem & dilatationem in vehementibus flexuris & curvationibus arborum, & in elastico conclusi aëris motu, pati potest. Taliter excitatæ Plantarum tracheæ non multùm à recto declinantes à radicibus sursum in truncum, caulem & ramos disperguntur, in foliis verò curvatæ in rete implicantur: Plantæ ergò cùm sint viventia visceribus infixa terræ, ab hac seu potiùs aquâ & aëre commixtis & percolatis à terra, respirationis suæ materiam recipiunt, ipsarumque tracheæ ab halitu terræ extremas radices subingresso, replentur, qui minimas vegetantium partes præter corticem irrigat. Cùm enim vegetantium succi fermentationem & fluiditatem subire debeant, ideo trachearum ope turbativum & summe activum separatur, quo & fluiditas permovetur & fermentatio exitatur; diversæ enim salinæ particulæ, quæ præcipuè in Plantarum vasis abundant, facilè concretiones subirent, nisi intestino agitatæ motu perpetuò dissociarentur. Plura videantur apud ipsum *Malpighium*: sufficiat dicere Plantam componi ex hisce filamentis prius separatim per terram productis, tum in trunco in unum quasi fasciculum compactis, rursus mox in ramos & folia sejungendis.

II. *Nervi* sunt protensum illud continuumque ac cœteris partibus magis solidum, quod à carne & vena facilè separatur & secundùm longitudinem finditur, *v. gr.* in Plantagine. Oriuntur sec. *Hanneman: Meth. cogn. Veget p. m.* 62. non tantùm ex principio nitro-salino, sed & humorem spirituosum nitro-salino hocce principio imprægnatum & particulis valdè activis præditum in se figunt, unde durities corticalis & lignea.

III. *Venæ*, quamvis vix sint conspicuæ, ex humore tamen effluente colliguntur: dicuntur *Bodæo à Stapel in Not. in Theophr. p. 9.* quod oblongum ac cavum est, humorem in se, qui Plantis alimento est, continens, qualis nimirum cavitas in copiosis in cortice fibris existit, ut hinc quoad alimenti vias plura esse in Plantis vasa seu fistulas statuat *Malpighius*, ceu & *Levvenhook Casp. Bartholino* monstravit in stipitibus frumenti recentis succum quendam intrantem & exeuntem. Hic humor si per contusionem aut expressionem exeat, *Succus* (qui variat quoad peculiarem naturam quot sunt Plantarum species, imò fortè quot individua haud secus ac animalium sanguis) si per incisionem aut sponte fluat, *Lacryma* vocatur, quæ, ut docet *Jonsthonus de Arbor. & Frutic. Lib. VI. Tit. III. Cap. 1. pag. m. 332.* si oleaginosa est, *Resina* dicitur nunc liquida nunc sicca, si terrestris & aquea, mucilago nimirum in truncis arborum concreta, *Gummi* vocatur, reperit nimirum *Malpigh. Anat. Pl. pag. 16.* ultra tracheas & fistulas peculiare vasculum terebinthinâ, gummi quandoque concreto & proprio refertum succo & humore, verb. gr. in *medullâ ebuli*, videturque ei probabile ex lege Naturæ, in singulis esse vas peculiare, ultimum & specificum deferens alimentum, v. gr. in *Abiete* & similibus, v. gr. arbusculâ *Balsamo*, cujus lignum, surculi, semina gummosa sunt, humorem flavum summè odoratum melli persimilem, teste *Prosper. Alpino Dialog. de Balf. Cap. 3. p. 68.* habentia; In ejusmodi verò vasculis dubio procul hinc elaboratior est succus ac is qui reliquas fibras occupat, quia enim fibræ humorem in transversales ordines exonerant, ut singulis partibus communicetur, exarata vascula prompta occurrunt, suo turgida humore, cum præcipuè ramificationes circa utriculos habeant, ut totam Plantarum peripheriam pervadat. Cæterum mentionem Venarum apertè facit *Hippocr. de Natur. Puer. §. 33.* & ex earum in Arboribus dilatatione, quæ prius teneræ erant & infrugiferæ, colligit earum Vim frugiferam, *Vis pinguis*, ait, *ac crassa, quæ ad fructum conferre posset, à dilatatione venarum progressu temporis factâ, influxionem ex terrâ in ipsam facit, Sol autem ipsam diffundens, ebullire facit, utpote levem existentem in extremitatem, & fructum producere, & tenuem quidem humiditatem à fructu sol aufert, crassam autem concoquens & calfaciens edulcat.* Ex hoc verò liquore, qui per totum plantæ corpus quasi sublimatur, imò ut sæpius dictum, circulatur (ceu vel in *Tithymalo* patet aliisque lactescentibus, quæ recisa ab utraque parte supernè & infernè succum pariter effundunt, *Salicisque ramus* sic recisus & supernâ & infernâ parte, mutatâ quamvis succi directione, germinet) nutritionem procedere, experimento confirmari videtur *Digbæi de Plant. Veget. p. 54.* ubi in destillando Gummi Abietis & Cerasi, harum figuras apparuisse refert, item *Vollgnad Ephem. Germ. Dec. I. An. IV. & V. Obs. 72.* cui aqua vitis congelata figuras pampinorum & uvarum ostendit; probabile siquidem est

cum

eum per totam Plantam ejusque partes diffusum, ejus naturam, ideam, adhuc retinere, ceu & refert *de Monconys dans ses Voyages* quod *Celebr Burrhus* ipsi narrârit, quod si succus cujusvis Plantæ expressus immittatur in phiolam angusti colli & accedente aliquâ præparatione in terram siccam convertatur & calori balnei exponatur, figuram simplicis ibi rursus comparere. Pariter *Cramerus de Transmut. metall. Cap. I. §. 6.* refert se habere copiam epistolæ à *Nicol. Witte ad D. Michaëlis* Amstelodamo Lipsiam An. 1650. datæ, in qua Autor Davidsonii sibi amicissimi secretum fieri communicat ex *terebinth. vulg. albiss.* ceu cujus oleum utrumque per [symbol] ♌tur, reliquum adhuc calidum fluidumque in vitro per ejus declinationem hinc inde deducitur & mox non sine strepitu instar sylvulæ, cujusdam innumeras abietum imagines erumpent: Hoc tamen vix procedit, nisi subitanea procuretur infrigidatio (Vid. *Boyle Tentam. Physiol. p.* 117.) ratio quòd, dum spiritus idealis in favore calidi movetur & simul motu suo, quas tangit partes rarefacit, cæterum autem fluidum, irruente subitaneo frigore, glacie constringitur, ut ita spiritûs figuratè expansi loco rarefacto, necessariò porosa lineamenta supermaneant, variat verò multùm *Colore*, sic enim in plurimis est *viridis*; in *Tithymalorum* generibus *lacteus*, uti & *Tragopogo*, *scorzonerâ*, &c. in quibus posterioribus à quibusdam cum *Cardano* venenosus habetur: in *Vite, Betulâ, Juglande*, *aquei* est coloris; *luteus* in Chelidonio maj. *Purpureus* in foliis Arboris Gujanicæ, ut scribit *Breynius Dec. I. Ann. IV. & V. Misc. Cur. Obs.* 131. *Sanguineus*, circa Junium in Carduo benedicto, teste *Frid. Hoffm. Clav. Schröd. p.* 430. ut & *verbenâ*, quæ corpori maximè lieni adplicata inde sanguinem elicere dicitur, verùm vapor rubeus inde exiens est ipse succus verbenæ: *Niger* etiam in quadam Planta hic succus est, de qua *Virgil. Æneid. III.* 27.

Nam quæ prima solo, ruptis radicibus arbor
Vellitur, huic atro linquuntur sanguine guttæ.

IV. *Caro* est pars solida, quæ sec. *Theophr. Histor. Plant. Lib. I. Cap.* 4. omnibus dimensionibus dividi potest, quomodo terra, quæque ex terra constant. Interjecta est venis & nervis, iisque intexitur quasi subtegmen stamini adhærens. Triplicis verò generis hæc Caro conspicitur, *unum* quod potiùs humorem quàm carnem repræsentat, ut in *Moris, Cerasis, &c. aliud* quod solidius, humidius tamen ut in *malo, pyro*. *tertium* denique longè densius & solidius ut in *Lignorum* genere, quamvis & hoc distemperatum sit, si enim *Malpighium* audiamus, utriculorum ordines ovalibus invicem hiantibus corporibus compaginantur, unde & contento turgent succo & diverso inficiuntur colore; tenui probabiliter excitantur membranâ, quam reticulariter ambiunt vascula à rectis ligneis fibris corticis & ligni enata. Hæ autem ordines utriculorum à ligneis fistulis pendentes in fasciculos

sciculos & fascias recolliguntur, v. gr. *in quercu*. In Fruticibus & quibus non valde crassum & ligneum corpus & condita medulla est ampla, à Cortice utriculorum appendices in medullam deducuntur & in ipsam laxantur, (minus in crassioribus) unde eadem natura in utrisque reperitur; quandoque Cortex, cùm sit veluti ligneus infans, cujus partes nondum adoleverunt nec firmatæ subsistunt, suæ auctionis materiam in pendentibus utriculorum seriebus fovet & servat; medulla verò in tenellis & paucorum mensium surculis quasi interior cortex luxuriat, non adauctis adhuc tenellis ligneis fibris, quarum incremento fere contabescit, unde in infantibus tantùm surculis perpetuo reperitur, quin & eadem phænomena quæ in corticis utriculis contingunt, quandoq; in medullâ occurrunt. Hæc verò

V. *Medulla*, aliàs *Matrix*, *Cor*, est spongiosum illud in meditullio Plantarum quarundam ac tenellorum surculorum contentum, constans globulorum multiplici ordine per longum locatorum, qui membranosi utriculi sunt, ut docet *Malpighius Anat. Plant. Ideâ pag.* 4. *&* 13. inquiens: Medulla & transversales ordines eidem inserviunt usui, ac insuper delatus à ligneis fistulis crudus adhuc succus illico affunditur, & antiquo & jam perennanti in utriculis succo & longiori morâ in naturam quasi fermenti (quæ quoque Grevv est sententia) exaltatur. Hic ergo conquiescens humor proportionales fermentorum miscelas recipit, quas in animalibus sanguis in Circulatione visceribus & ambitu perquirit. Concoquitur ergo in horizontalibus utriculis & Medullâ ipsâ succus & in ipsis recollectus asservatur, ut futuris & proxime erupturis gemmis & tenellis foliis præstò sit. Hinc & (ut quoque intra dicetur) bulbus, cæpæ & similia crassiorem sub terra condunt quasi truncum transversalibus utriculis turgidum, ut excoctus humor non solùm futurorum foliorum materia extet, sed veluti fermentum de novo adveniens alimentum concoquat & digerat. Insuper videmus, quòd ubi medulla major, v. g. in *Sambuco* nutritio augmentatio fortiùs procedant; verùm uti in hoc ut & *ficu* medulla perspicua est, & carnis velut substantiam habet ita in arboribus ex fibris densius compactis, ligni solidioris formâ, constat, de quo supra Cap. 8.

VI. *Lignum* est corpus illud durum, fissile, ac, ut *Grevv Anat. Veget. Cap* 3. se per microscopium vidisse refert, racemus innumerabilium & tenuissimorum vasorum aut fibrarum concavatum. Fibris autem his & transversalibus utriculorum ordinibus, quibus Lignum contexitur, peculiaris affunditur succus, cujus corporaturâ & concretione varia firmitas & durities ligno comparatur: Lignum, ait *Malpighius Anat. Plant. p.* 10. constat fibris seu fistulis, tracheis, utriculorum horizontalium seriebus (quæ in aliquibus in medullam desinunt) & vase proprio, unde & quod primitùs Caro erat, in lignum degenerat, ut in *ferula, caulis* & *raphani* radicibus,

quæ

quæ dum lignefcunt, fibras longè patentius monftrant, quàm dum adhuc carnofæ effent. Quantus verò hujus fit ufus, unicuique eft notum, incenfum enim calefacit hypocaufta, cibos coquit, fiunt inde domicilia, fupellectilia, arma, dum artificiosè difponitur, elaboratur, formatur, de quo vid. *Virgil. Georg. II.* 442.

VII. *Cortex* eft tegumentum Plantarum, quo quafi corio & cute earum peripheria tegitur; fi fit craffior propriè *Cortex*, fi verò tenuior, *Cutis* dicitur, ut eft *Cerasorum*, *Fragorum*. Hinc ut in Animalibus cutis impedit, quò minus fanguis extra corporis peripheriam protrudatur & effluat, ita hìc in Vegetabilibus, ne preffione aëris fuccus nutritius extra ramos & folia effluat, adeft pellicula ejusmodi, ut chelidonium, ficus, lactuca aliaque læfa teftantur. Quoad corticem verò, *Malpighius* præcipuam Arborum partem effe portionem corticis, quæ ligno nectitur, judicat, hujus enim ope plantas vitam perpetuare & auctiores reddi truncos, germinationem item & fœcunditatem fuccedere, refert, ftatuitque adeffe tubulofa corpora fubingredientibus liquoribus pervia, ut & transverfales utriculos, in quos dein afcendens humor (qui quia vere copiofior adeft, ex preffurâ aëris & glebæ humiditate majori, tum temporis à ligno liber eft cortex infitionesque felicius procedunt) chyli inftar, exoneretur, velutque fiphonibus & feneftellâ admittatur, quiq; antiquiori fucco commixtus & fermentatus, in naturam alimenti exaltetur, unde in quibufdam vegetantium utriculis præter inutilium tranfpiratum, debitæ fuccedunt præcipitationes, tartareæ præcipuè materiæ, cujus etiam concretione utriculorum ordines petrificantur, v. gr. in *quercûs*, *populiq*; cortice, tefferatum fub forma. Hoc verò dum ita fe habet, non mirum ampliùs, fi *quercus*, *falix*, &c. in medio perforata, ex incendio nigricans, adhuc vegetans confpiciatur; unde & idem vult Arborum augmentum contingere novis fingulo anno additis fibrarum involucris, quæ horizontalibus utriculorum feriebus implicita fenfim foliditatem nancifcentia, tandem veram ligni obtineant fubftantiam: & certum eft, quòd cortex arboris in alburnam, à colore fic dictam & hæc fenfim in lignum induretur, eo ferme modo, quo dentes & offa animalium ex affufo fucco bracteatim concrefcunt, ut habet *Magnif. Excell & Celeberr. D. D. Nic. Eglingerus Med. Theor. Prof. acutiff. Fautor ævum colendus in Cent. Pofit. Bot. Anat.* §. 6. qui & §. 45. defubere refert, illud ob peculiarem ligni fpongiofitatem nihilominus detracto in orbem cortice adhuc nutriri & crefcere, illam verò fungofitatem in glandib. quoq; confpicuam carnes animalium iis vefcentium fungofas reddere. Cæterùm inde in Cortice notatur pars *exterior*, plerumq; afperior, & *interior* tenerior quæ *Liber* dicitur, qui quia in phillyras plures dividi poterat v. g. è *Tiliâ*, *Papyro*, *Niloticâ*, &c. Veteribus in ufum, loco chartæ noftræ fcriptoriæ (quæ hodie ex attritis linteaminibus materiam fuam itidem

H Regno

Regno Vegetabili Canabi sc. ac Lino acceptam referentibus, ferè ad analogiam Chrysopojæ, paratur) cedebant, uti refert *Celeberr. Caspar. Bauhinus in Notis super Dioscor. & Matth. Lib. I. Cap.* 48. *pag. m.* 139. & *Clariss. Vossius in Aristarcho*, ubi & Folia, Tabulas dolatas hos in usus adhibitos fuisse refert.

CAPUT XVII.

De Partibus dissimilaribus, Radice, Caudice, Ramis, Foliis, Floribus, Fructibus.

I. RAdix est ima plantæ pars, porosa, caloris sedes, ad succi nutritii susceptionem & plantæ firmitudinem conducens, constans cortice, ligno, vel in herbaceis, parte ligno respondenti & medulla, de quo *Grevv An. Rad.* in variis discurrit Summa itaque hujus ut oris & ventriculi in animalibus, quò alimentarius vegetabilis succus subingrediatur, custodiatur & concoquatur, est necessitas, præsertim dum ex primis ejus rudimentis maximam partem totius Plantæ dependet structura, ut in *Fungis* animadvertere est, ceu quæ in ligni aut herbæ aliquo frustulo radices figunt, ita ut ex inter vallis fibrarum ligni aut festucæ fungorum fibræ protendantur & in iis velut proplasmatis effingantur. Quare & minimè locum habet, quod refert *Theophr. Eres. Lib. I. Cap* 2. dari nimirum plantas quibus radix nulla est, prout de *Malabathro Dioscorid. & Matthiol. in Comment. Lib. I. Cap.* 11. *p. m.* 41. & alii de *Lenticula palustri* referunt, eas radice carere, volunt etiam insignes rei herbariæ inquisitores, *Bodæus à Stapel in loc. cit. Theophr. Spigelius* item *Lib. I. Cap.* 5. *le Grand Histor. Nat. Part. VII. Art. I. p m.* 288. *Borrichius Act. Hafn. Vol. I. p.* 118. in aversâ parte, quâ fundum spectat, dum aquis innatat *lenticula pal*: radices apertissimè cerni. Id verò & maximè necessitatem radicum detegit, quòd in radicibus arborum, v. g. fistulæ occurrant spirales illæ manifestè, de quibus *Cap. præced.* dictum, ad aëris receptionem destinatæ quas ambiunt plexus reticulares (ceu inde radix Cicutæ massam repræsentat piscatoriam) quorum intercapedines replentur fibris ligneis, tectis deìn omnibus cortice molliusculo & crasso ex utriculis & filamentis ligneis constante, de quibus & prolixus est *cit. Grevv in Anat. Ann. IX. & X. Dec. I. Misc. Cur.* Variat autem radix *Figurâ, Calore* & aliis: *Rotunda* est in *Rapu* naturaliter, quia, dum velut in nodum earum summitas implicatur ubi fibræ & tracheæ in folia derivantur, succus non facilè adscendit, sed gravitando in utriculos appensos exoneratur, qui curvatis propriis fibris, quibus appenduntur, latam & globosam reddunt rapam; si verò fibrarum quædam immutatio contingat, fit ut figura hæc quandoque variat, v. gr.

n. in *Rapa illâ monstrosâ anthropomorphâ*, quæ depingitur in *Ephem. Curios. rum. Dec. I. Ann. I. Observ.* 48. *p.* 140. in qua radix præ se tulit, miro natu-e lusu, fœminam nudam sedentem manibus & pedibus flexis; In *bulbosis* quoque rotunda plurimùm est, sed peculiarem naturam sortitur, ut nimi-um radicem constituant cum globo fibræ, quæ an ad latera nascantur, an ibi, nil interest, id verò certum globum ejusmodi esse quasi insignem uncum sub terrâ conditum, tenellis fibris perpendicularibus, tracheis aricosis & horizontalibus utriculorum ordinibus (in quas nimirum fi-ræ modo nominatæ succum apportant) conglomeratum, unde in qui-usdam à lateribus & quasi dorso gemmæ emittuntur, quæ in caulem excre-scentes vegetant, succo nimirum bulbosorum foliorum per propria vasa n gemmarum radicem derivato, etiamsi in aëre saltem sint constitutæ: *Geni-ulata* est in *Sigillo Salomonis, Acoro*, &c. *Circumrosa* in *succisa*, id quod fit ex putredine fibræ illius qua rectà descendit, renascentibus ad latera plurimis liis, haud aliter ac in *Orchidum* radicibus fit, in quibus quotannis bulbus nni præcedentis corrumpitur, novo renascente, unde flaccidus unus, al-ter plenus deprehenditur: ut plurimùm verò radix in mucronem seu co-ùum abit, quia superior portio diutius nutritur, v. gr. in *Raphano*, in quo notatur Caput, Corpus & Cauda, quorum cortice avulso, ut & in Rapis, candidæ conspiciuntur tracheæ sursum per pericarpium productæ, etiam n fasciculum collectæ & invicem colligatæ, quibus ut & fibrarum lignea-um perpendiculari opere, horizontalibusque seriebus rete quoddam ef-formatur. Quoad Colores *Alba* est in plerisque, *Rubra* in *Carotâ*, rubet item in *rad. Tormentillæ* cujus ut & *rad. Acetosa*, quæ nonnihil flavet, & *fol. agri-moniæ* decoctum, Vinum rubrum æmulatur: *Lutea* est in *pastinaca*: *Nigra* in illa radice, quam *Homerus Moly* vocat, quamque è terra evulsam, Mer-curium Ulyssi, ad Circes veneficia inhibenda, commonstrâsse refert *Odyss. X. pag. m.* 88.

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.
Radix quidem nigra erat, Lacti autem similis flore.

Aliis modis quoque radices variant, ut quod aliæ profundiùs, ut *avellana*, aliæ minus terræ infixæ hæreant, maximè verò aliæ diuturnæ sint vitæ, aliæ brevioris, quâ de re supra *Cap. VII.* aliæ item fibrosiores, aliæ crassiores, sarmentosæ, cauliformes seu in altum descendentes, ut ex allatis colli-gere est.

II. *Caudex, Caulis* vocatur ea pars plantæ, quæ à radice proximè as-surgit & alimentum ad superna defert & transmittit; In herbis mollior est & *Caulis*, *Thyrsus* etiam, ut in *Conyzâ thyrsoide*, (quæ non ita diu in magnâ copiâ circa Basileam olim ferè incognita crescit) *Scapus* item, ut in *Fabâ* aliisque leguminibus, *Culmus* in Frumentis, in Arboribus & frutici-

bus durior, & *Caudex, Truncus* vocatur, quatenus è totâ radice earum fibræ exoriuntur, prout enim radix est constituta, fibræque ex illa emergunt ita & Caudex inde se conformat. In Caulibus per microscopium conspexit *Malpighius* varia, fasciculos scilicet fibrosos, utriculorum series, vasa spiralia : In Truncis item ligneas fistulas transversalium utriculorum series, quibus invicem implicatis Truncus componitur, unde ligni robur & alimenti coctio in dispositis officinis perficitur. *Figura* Caulium exterior varia est ex fibrarum vario ductu, quæ in folia & ramos derivantur, maxime pront è adice fibræ prius exoriuntur, potissimum tamen est cylindrica, reperitur tamen & angulosa, triangularis, ut in *Junco anguloso*, quadrangularis, ut in *marrubio, Betonicâ*, cunctisque herbis secundùm *Spigelium*, quæ in caule non geniculato bina è regione promunt folia sibi invicem opposita, quamvis & plantæ teretis & non quadrati caulis bijuga habent folia ut *bugula, brunella* vel terna ut *Lysimachia lutea*, &c. vel quaterna ut *Cruciata*, vel sena ut in *Gallio, Rubiâ*, &c. in nonnullis excavatur, ut in Culmiferis caulem teretem geniculatum (unde fibræ derivantur) habentibus, foliis cinctum ad singula genicula singulis, ubi nimirum spiritûs impetus nonnihil interciditur haud secus ac in plexibus nerveis animalium, v. gr. in *Tritico, hordeo*, ubi in summitate habet spicam, glumis & aristis constantem, uti in *Scabiosa* capitulum, ex floribus & seminibus arctè conglobatis, in *lilio* Paniculam seu Jubam, in *Fæniculo* umbellam, *Sambuco roseâ, Hedera arb.* Corymbum, &c. qui tamen aliàs à Recentioribus sumitur pro flore composito discoide qui in pappam non resolvitur. Ut plurimùm verò Caulis & Caudex dispescitur in

III. *Ramos & Ramusculos* idque dum fistulæ exiguæ disparatæ & per solum productæ, in trunco collectæ, (ubi hinc *nodi* adparent, novi scilicet sobolis productiones in fibris ligneis & tracheis sibi ad ramusculi robur fortiter implicatis) oppositâ extremitate separantur, brachia promunt & sensim subdivisis manipulis ex majoribus in minores, etiam in folia, extensione facta, terminantur : producuntur autem & protruduntur à Naturâ eum in finem, ut ova seu semina generentur, unde iis mediantibus flos quasi uterus cum ovo seu tenello fœtu, stato tempore exponitur, ut tandem emancipati filii instar in novam sobolem excrescat. Lepidam de surculo historiam vide sis apud *Scalig. de Subt. Exerc. CXL. p. 468.*

IV. *Folia* Plantarum sunt ornatus, orta ex Cortice, cui adnascuntur ex ultimâ fibrarum desinentiâ, præsente nodo umbilicari, unde postea autumno præcipuè, corruptâ pediculi portione prope eruptionem, seorsim decidunt, prægressâ utriculorum extenuatione, humoris in fistulis stagnantis corruptione, inopiaque partium volatilium nutritiarum, quibus fibrarum & trachearum continuitas tollitur; Etsi verò hoc foliis contin-

gat ut

gat ut decidant, non tamen inde inferendum cum quibusdam, Folia plantarum partes solummodo esse accidentales, pro arcendo frigore aut calore, anatome namque docebit ea ex iisdem constare partibus, quibus aliæ plantarum partes imò longè nobiliori usui, quàm ut saltem contra frigus & calorem defendant, destinata esse, nimirum secundùm ingeniosissimum harum ruspatorem, *Malpighium*, sunt, veluti placentulæ singularum partium, quibus plantæ integrantur, compendio coagmentatæ, dum costulæ seu fistulæ ligneæ, unà cum tracheis à tenelli surculi profundo ligneo cylindro derivantur, & ut plurimùm in fasciculum recollectæ petiolum efformant & tandem solutæ & dispersæ reliquum folii complent, uti in Vite (cujus folium exiccatione corpus fibrarum reticulare eleganter ostendit *Excell. Claudero*) Fœniculo, Brassic?, &c. hæc patere *in Anatomes Plantarum ideâ* scribit. Et quia ab his costulis utriculorum series per totam foliorum latitudinem producuntur, inter quas & fibrosum rete, in plerisque peculiares folliculi seu loculi, patenti hiatu foràs vel halitum vel humorem (v. gr. in Populo lentus quidam & flavus luxuriat succus, quo singula foliola ambiuntur & illinuntur) fundentes, locantur, putat insuper folia ideò à Naturâ esse fabrefacta, ut coctioni alimenti inserviant, succum scilicet à ligneis fistulis in folia exoneratum & in ipsorum quasi transversalibus utriculis moram trahentem antiquo succo commisceant, fermentent, juvante non parùm externo ambientis aëris calore, ut faciliùs transpiratio inutilium, tanquam per *cutim* & glandulas, evolet: id quod probat analogicè primùm ex insectis, horum enim genus proximum tam ingentem circa corium congerit humorem, tamque repetitis vicibus pellem vel saltem cuticulam renovat, rejectis veteribus, ut in continuâ mutatione versetur, sic etiam in Plantis singulo anno, ut plurimùm corruptis minimis meatulis exhaustoque antiquo succo, cùm amplius naturæ nequaquam inserviant, abjiciuntur, novumque organum excitatur, & quibus in Plantis folia adhuc virent, novis tamen æstate germinantibus gemmis, antiqua, marasmo confecta, collabuntur: Dein, ex seminalis plantulæ structurâ nutritii succi in foliis coctionem deduci ita infert: hæc constat geminis foliis, quæ propriis vasculis & utriculis succo turgidis ditantur, ut mole suâ reliquum plantulæ superent, in germinatione verò solui & turgidi hujusmodi plantulæ humores, advenientem succum fermentant & augent antiquum, ita ut in ampla folia extendantur, ut in *Endiviâ, Pepon. Cucurb.* cujus seminalia foliola in magnam excrescunt molem, & ablatâ cuticulâ series pendentium utriculorum tam manifestò exhibentur, ut evidenter pateat, folia hæc conditoria esse concreti succi, unde quia tum sensim vegetante radicis trunco & plantulæ germina contabescere incipiunt, constat, à foliis in caulem & caudicem regressum esse concocti succi & quasi peculia-

rem circulationem: huncce igitur concoctum in foliis ſuccum pariter judicat ulteriùs Folia remittere, ipſumque in annotino & novello ſurculo, cui adnaſcuntur, congregare, ut in tenellam gemmam abſumatur, dum non longè ab inſertione & folii eruptione, *Gemma* poſt aliquod tempus ſuccreſcit, & maturato per longum tempus in ſurculo coërcitus humor, advenientis veris ope refermentatus, in delineato gemmæ fœtu abſumitur & nutritionem inchoat, unde videtur nulla ſubcreſcere ut plurimùm gemma, quam non antecedat & ſucceſſivè alat folium. Ejusdem ſententiæ videtur eſſe *Grevv Anat. Veget. Cap.* 4. *p.* 349. qui, præterquam folia umbraculum florum & fructuum nominat, docet folia non ſolùm inſervire copioſiori ſucci vehiculo, ſed & puritati magis exaltandæ, craſſiores ſcilicet partes in folia deponi, magis verò elaboratas & eſſentiales tantùm diſpenſari in florem, fructum & ſemen. Hinc fit, ut, ubi flores ſunt plures aut largiores & in quos particulæ magis odoratæ copioſè ſunt abſorptæ, folia viridia parùm vel nihil habeant odoris, ut in *Roſis*, *Caryophyllis*, *Periclymeno*, *Tulipis*, &c. Contrà, ubi flores ſunt nulli vel minores, folia quoque ipſa viridia odorem præbent fortem, ut *Abſynthii*, *Meliſſæ*, *Menthæ*, *Rutæ*, *Botryos* &c. in qua poſteriore id mirum eſt, quod propè germinationis initia folia majora ſint, poſtea verò minora, haud ſecus ac in *Coriandro* folia infima majora iis quæ in ſummitate magis ſunt. Cæterùm *Figura* Foliorum ex diverſo fibrarum plexu, quo variè coëunt aut diſtrahuntur, mirè variat, conſpiciuntur enim quædam *craſſa anguloſa*. ut in Aloë, *mucronata*, *enſiformia*, & *aculeata* ut in Ilice; *Crenata & falcata* in foliis Tiliæ. *Perforata* in hyperico, *Teretia* in ſempervivo minore, *Oblonga* in hyſſopo, *Orbiculata* in Umbilico Veneris &c. *Situs* itidem varius, quædam turbato, quædam certo ordine ramum veſtiunt, ut in *Lentiſco*, *Fabâ*, *Viciâ*, *Piſo*, *Mimoſâ Zeilanicâ*, *&c* quæ inde *pariter pennata* dicuntur, ſicut *impariter pennata* illa ubi ultimus coſtæ terminus ſingulari folio clauditur, quod imparem loborum numerum tribuit, ut in *Roſâ*, *Juglande*, *Fraxino*, *Potentillâ*, &c. Atque de his foliis ſtatuit inſuper *Paracelſus* contrà modò dictos recentiores quosdam Botanicos, qui folia plantarum partes eſſe negant ab iisque nullatenus denominationem Plantæ eſſe deducendam ſtatuunt, ea ſuam Chiromantiam habere, folium enim ait de *Podagr. Morb. Lib. II. p. m.* 65. quodlibet ſui corporis manus eſt, manus homo geminas habet. herbæ plures paucioresque & tamen quodlibet folium cujuslibet manus inſtar eſt & manualem ſuam anatomiam habet, ſicut autem variæ in foliis lineæ exhibentur, ſic pariter in homine, quodvis enim peculiare ſua peculiaria ſigna monſtrat.

V. *Flores*, qui ſunt quaſi gaudium plantæ & futuri veris ſpes, ut notat ex *Heſiodo Zacutus Luſit. Oper. Tom. II. p. m.* 78. ſtirpibus dati ſunt, ut fructum plerumque ceu uterum cum ovo includant, foveant, donec ille paulò

firmior

firmior & ad aëris inclementiam tolerandam aptior fiat, unde postea, ob spiritus (de quo supra) simul erumpentes, costulas & utriculos se corrugantes, flores ut folia, decidunt ac flaccescunt quare si flores explicati ut inutiles redduntur, folia vere diuturno mage tempore retinentur, continuumque his affluit è cortice alimentum, succusque foliorum non minus ac spiritus vegetabilis similis est illi in reliquo, corpore plantæ contento, (humor enim plantarum aëri vel soli expositus, *Cæsalpino de Plant. Lib. I. Cap. 7. p. 14.* & *Scharroco* testibus, hunc colorem juxta luminis actionum contrahit, ut in aquis stagnantibus apparet, cum exiccantur à sole) patebit inde non saltem à floribus sed & foliis plantarum genuinum characterem haberi posse. Cæterùm ubi primùm Flores emicant, in suo folliculo seu calyce clausi latent, ut surculus & fructus in Gemmâ, sed dein sensim singulæ partes emergunt, foliola explicantur, tenduntur stamina, sparguntur flocci &c. Quòd verò sint plantæ quædam, quæ numerosos admodum flores proferunt, nec tamen semina nisi paucissima aut nulla (ut in *Jasmino, flore Cardinali Barber.*) id fit ob absumptionem omnimodam aut ferè omnem in florum corpusculum succi nutritii, qui impendi deberet seminum maturationi: Illud verò falsum est, quod Botanici quidam veteres referunt *Adianthum, Filicem, Trichomanem, Ceterach* nec florere nec inde semen ferre, à tergo nimirùm flos exiguus & semen stato tempore, elongatis membranis cutaneis, maturatum adest, quod dein mox decidit; fructum verò ferre haud prægresso flore *Oxycedrum, Taxum, Mercurialem, Urticam, Cannabim* Cæsalpinus scribit. Ubi verò Flores adsunt, notantur in iis *Partes* variæ, quæ commodè cum *Spigelio Lib. I. Cap. 6.* dividi possunt in Externas & Internas: *Externa* sunt pediculus & Calyx. *Pediculus* est velut funiculus, quo cætera pendent, nunc longior nunc brevior; aliquando etiam duplo vulgari crassior, in interioribus scilicet geminum fistulatum fasciculum fovens, ceu in *Fragariâ* & *Cerasis botryformibus* depinximus *Miscell. Curios. Dec. II Ann. IV. Obs. XXX. XXXI. p. 83.* hic verò petiolus distinguitur *Julo*, qui velut oblongus vermis singulari petiolo, pensilis, florem ac fructum præcedit & indicat, prout in Juglande & Corylo primo Vere apparet, & in hoc aliquando ♃rea farina reperitur ceu summum epilepticum puerile, teste *Ettmyllero Valet. Inf. Cap. III. §. 15.* præferendum pulveri isti citrino seu farinæ musco terrestri clavato insidenti, qui de ♃rea itidem prosapiâ facilè flammam concipit, nimirum hæc farina est loco ejus quod mox dicemus *Grewio* stamina seminalia vocari, unde & talium arborum (quæ Cæsalpino Amentiferæ dicuntur) fructus sine flore spectantur manifesto, dum stamina in amenti longitudinē transeunt, folia autem & flocci in ejus squamas degenerant, adeò non in omnibus manifesta vel folia vel flocci vel stamina propter exiguitatem. *Calyx* floris est basis & fulcimentum, eoque tanquam

thecâ

thecâ concluditur. Deficere observatur in *Calthâ palustri*, *Tulipis*, *Hyacinthis*. *Lilio Persico*, *convallio*, ratio, quia folia habent crassa & firma, & quodlibet folium basi fulcitur largâ & robustâ, indeque sibi ipsis sunt sufficientia; in quibus verò adest plerumque altiùs in foliola multiplicia laciniatur, unde angularis & dentatus apparet, & quoad colorem herbaceus, quia ex caulis cortice seu tunicâ enascitur, unde & in quibusdam à flore disjungi nequit, ut in *Ornithogalo*, cujus flos interius lacteus est, exterius herbaceus ob caulis tunicam; idem *Helleboro* contingit, quod in causâ est ut totus flos quasi herbaceus sit & non decidat, quia retinetur à tunicâ adjunctâ. Qualiter verò in Rosâ tubulos roridos velut lagenulas inversas hic calix obtineat videre est *Observ. VII. Exc. Majoris Ann. VIII. Decad. I. Miscell. Curios. Internæ* sunt Folia, stamina, stylus, cujus gratiâ quia velut uterus fœcundus (in quibus enim nullum relinquit post se semen, florem non saltem longè ab utero pendere voluit Natura, ac instar subventanei ovi, sed & plantas infœcundas reddidit) se habet, reliquæ partes circumlocantur. *Folia* floris præcipua ornamenta sunt laminæ illæ tenellæ, colore insignes & fugaces (Petala Recentioribus dicta, unde flos simplex vel *monopetalos*, *uniformis* & *difformis* isque vel *semifistularis*, *labiatus*, *corniculatus*, vel *polypetalos uniformis* dipetalos, tripetalos, &c. *difformis*; compositus autem flos est vel *discoides*, de quo supra, *naturâ plenus*, *fistularis*) quæ supra calycem à dilatato caule vel petiolo erumpunt, fistulis, costulis, utriculis catenatim locatis, quibus folii latitudo & crassities excitatur, constantes, conchis item, quibus mel custoditur, uti acutissimus *Malpighius Anat. Plant.* p. 47. refert, qui & dubius est, an hæc floris folia à solis & externi aëris irruentibus conatibus tenellum uterum tuentur, an ulterius etiam depurando, præparent auctivam seminis materiam, quorum tamen utrumque instar foliorum viridium præstare dici possunt. Configurantur & colorantur hæc variè, sic enim alia *cava* sunt instar campanarum ut in *Convolvulis*, alia *galeata*, ut in *Salviâ*, *Lamio*, *Sclareâ*, *&c.* alia *expansa*, *recta*, *rotunda* ut in *Rosa*, alia *repanda & inflexa* ut in *Iride*, *Martago*, alia *cochleata*, ut elegans ille phaseolus Indicus cochleato flore *Joh. Bapt. Triumfetti*, cujus fratrem *Rever. DN. Lælium Botan. Bonon.* mihi Bononiæ cum aliis rarioribus monstrasse recordor. Quantus Colorum hîc sit splendor alibi dictum est. *Stamina* stylum ambiunt, ac petiolo & appensâ capsulâ constant, cujus ortus *Cæsalpino* similis videtur fungis, qui in lucernarum luminibus ex fuligine oriuntur, juxta *Malpighium* verò horum materia probabiliter ab intimiori pediculi substantiâ percolatur, quia in Cucurbitæ floribus fibrosum & plurimis fistulis contextum corpus globulorum capsulæ substernitur, cujus ope confluens staminum materia in globulos percolatur: talia in *Lilio*, *Rosis*, luteo colore nasum tingentia conspiciuntur, globulorum, quasi atomorum congerie secundùm

Malpighium

Malpighium turgentia: *Grevv* ait constare hæc stamina *Seminalia* (in quibus enim multa semina, plurima sunt, ut in *papavere* quasi hæc sint singulorum seminum propagines) ipsi vocata ex cœpulis & seminulis, quæ seminula cava sint & tandem ab invicem dissiliant, in quibus particulæ minutæ formâ pulveris continentur: Stamina verò floralia seu Comam floridam v. gr. *Flor. Calend. Tanacet.* (unde flos discoides *Raji* radiatus & nudus) ex flosculo floris epitome, vaginâ, ensi in quâ pulvis globulorum itidem continetur, componi, unde & cum illo *Rajus* ejusdem est sententiæ plantas ut Cochleas esse utriusque sexûs, quatenus dictus pollen instar spermatis masculini seminibus fœcundandis inservit, imò propriè sexu differre plantas illas, quarum aliæ semen absque flore, aliæ (ab ejusdem plantæ semine ortæ) florem absque semine producunt, ut *Salices*, *Cannabis*, *Mercurialis*, *Palma*, &c. *Stylus* pars est centrum floris occupans, quæ concavitate semen fovens, appendice assurgit, luditque inter stamina. Et quia in hâc concavitate styli colliquamenti vesicula vel seminis inchoamentum latet & in ipso augetur, non sine causa statuitur esse Plantarum uterus, cujus gratiâ etiam, ut dictum, reliquæ floris partes circumlocantur, absumpto in eas, vel ad analogiam menstruę purgationis in sequiori sexu, certo tempore, certo humore seminum generationi incongruo, dum non nisi certę particulæ in semen præcipitantur, unde tum tuba quo magis uterus augetur, tantò minor apparet, tandemque velut maturus fœtus

VI. *Fructus* excluditur, cujus nomine nunc *Semen* saltem intelligitur, nunc præter id Caro (Pericarpium dicta) cum semine in specie *Fructus* nominatur: Differentiam autem horum clarè ostendit *Galenus de Alim. Fac. Lib. II. p. m. 89.* etenim Fici fructus sunt ipsæ ficus, quod verò in ipso est κεγχραμὶς *Gr.* dictum, semen est fici, sicut & acinus totius vitis est fructus, solum autem γίγαρτον vitis est semen: pari modo & piri & mali fructus est pirum & malum, semen autem tria vel quatuor grana, quæ in ipsorum medio habentur, uti in *Fragis* ordine inverso exteriùs. Specialius hoc quoad diversa fructuum genera designant *Grevv* & *Malpighius*: *Malum* constat ex Cute, Parenchymate, Ramificatione & Pericarpio. *Pyrum* ex Cortice Parenchymate, Ramificatione, Corp. sabuloso, quo nimirum fibrosum rete firmetur, & Acetario, pariter Cydonia. *Prunum* ex Cute, Parenchymate, Ramif. & Nucleo seu osseo putamine. *Nux* ex Cortice viridi, Putamine & Medullâ, quâ crescente, tabescunt reliqua. *Uva* ut Grossulæ (Ribes, Uvæ vitis) Cerasa præter semen ex Folliculo, Parenchymate & Ramificatione seu fibrosis plexibus, à quibus pendent utriculi, quales maximè in *Cucurbitæ carne* à fibrarum lignearum fasciculis tracheas continentibus à quibus pendent, apparent, quales à pediolo fructûs emanantes mox interius circulares redditi, extremo tandem fine, à quo semen pendet, in me-

diam hiant cavitatem, velut in Corde fibrarum ductus se habent. Elegans etiam omnino apparet *mali limonii & aurantii pericarpium* (maximè si exsiccatum sit) ejus nimirum exterior caro concavitates efformat, quæ utriculis velut intestinulis cœcis acido succo refertis, repletur, quibus contenta semina stipantur, ubi omnino mirandum, quod refert *Campanella de Sens. Rer. p. m.* 324. se vidisse apud Neocastrum Citria & Limones grandes, quorum alia formantur à naturâ instar manus hominis cum digitis & brachiali prorsus & plantâ: alia sicut cor, aliud sicut veretrum cum præputio & testibus, alia sicut cunnus omnino: Vid. *icon Priapi Vegetabilis monorchis Breynl ab Excell. D. Amanno Dec. II. Ann. I. Misc. Curios. p.* 58. communicati. Verùm quia in seminum usum cuncta conspirant, meritò, etiam secundùm *Hon. Fabrum Lib. I. de Plant. prop.* 19. omnis fructus planta alteri plantæ adnata, cum umbilicari nodo, quo mediante pediculus plantæ adhæret & succum suscipit, salutatur, unde & *Malpighius Anat. Plant. p.* 73. Pericarpium seminum, quod propriè *fructus* vocari solet *v. g. Mala, Pyra*, &c. Utero crassiori Prægnantium, à contento sanguine tumenti, (neque enim ut sectio anatomica Gravidæ, cujus mentio fit apud *Excell. Dn. D. Joh. Jac. Harderum Bot. & Anat. Profess. celeberr. in Apiar. Observ.* XI. docuit, uterus quo magis fœtus crescit & extenditur, gracilescit, sed solitam crassitiem triplo excessit) comparat, quod crassius pericarpium seminibus obducatur, quatenus elongantur fibrarum & trachearum fasciculi, à quibus utriculi succo turgidi pendent, & conglobantur hujusmodi stiriæ in commune corpus, quod fructus dicitur quasi molle laxumque lignum; & quod magis mirandum & auditu novum, statuit, pericarpii succum, suis utriculis turgentem, maturum reddi, non ita exigente peculiarem finem naturâ, sed ex transpiratu & externorum actione talem fieri statum, qui per accidens hominibus in aliquibus gratus succedit, cùm plurium pericarpium immaturum corrumpatur, vel quasi osseum vel ligneum reddatur. Nam ubi in pericarpii utriculis aqueus halituosusque abundat humor, urgente aeris calore, hujusmodi facilè digeritur, unde utriculorum tunicæ, solæque lignea fibræ supersunt, quatenus nimirum & ipse humor nutritius ob pororum laxitatem citissimè in altum elevatur, multumque alimenti hinc in fructum admittitur, accedente verò calore solari æstivo ob eosdem poros laxos citissimè pereunt, dum velut ex sudore nimio citò exolvuntur: in aliis verò utriculorum succus salibus ita acidus redditur, ut vigente Sole commixtæ fixentur particulæ in naturam cartilagineam & non rarò osseam: Frequentius tamen pericarpii carnem multo vitriolo (unde nonnunquam ab aciditate ejusmodi Placeâ sævissimæ dysenteriæ scatere asserit idem *Malpighius*, unde ingens austeritas & aciditas persentitur; temporis tamen tractu, fermentatione mediâ, exaltatis, defæcatis, digestis succis, ac velut in

spumæ

ſpumæ modum intumeſcentibus, aſperis corpuſculis foràs emergentibus, vel inverſis vel ramoſis particulis intimiùs immixtis, uti & eleganter de hiſce *le Grand Diſſert. de Carent. Cogn. in Brutis* §. 34. *pag. m.* 40. novus ſubſtantiæ modus, partium transpoſitio acquiritur, & hinc novus Sapor, Odor & Color emergunt, unde etiam ſenſibus noſtris redduntur acceptiores & blandiores, ac hinc colligi ſolent, de quo *Ovid. de Remed. Amor. pag. m.* 326.

Poma dat Autumnus: formoſa eſt meſſibus æſtas,
Ver præbet flores: igne levatur hyems.
Temporibus certis maturam ruſticus uvam
Colligit: & nudo ſub pede muſta fluunt.
Temporibus certis deſectas alligat herbas,
Et tonſam raro pectine verrit humum.

Cæterùm exinde quoad fructuum partes vel internas vel externas, inſignis eſt varietas, hinc namque cortex quo foris veſtiuntur quibusdam eſt ſaltem cuticula, ut *moro*, aliis minus tenuis, ut *pruno*, *uvæ*, aliis craſſior, isque vel mollis ut *piſtacio*, vel aſper ut *xyli folliculo*, ſpinis verò horridus in *caſtaneis*: aliis eſt craſſior & carneus vel quoad totum ut *amygdalæ*, *juglandi*, vel quoad partem ſaltem ut *avellanæ* quum maturuerint, maximè verò hoc in diſco *chryſanthemi maximi* viſitur: aliis eſt cortex durior & teſtaceus ut *glandi*: aliis oſſeus, ut *Pino*, &c.

CAPUT XVIII.

De Partibus Plantarum excrementitiis dictis.

ET hæc de Partibus Plantarum neceſſariis; *Excrementitiæ* juxta mentem Clar. *Rolfincii de Veget. p. m.* 170. ſunt non tam partes quàm partium vitia, *v. g* in robore *gallæ*, *ſpongiolæ in Cynosbato*, &c. ſed hoc equidem concedit *Malpighius Anat. Plant. Id. p.* 10. quòd ſint partium vitia, minimè verò à planta intrinſecè provenientia ſed extrinſecè ab animalibus, quæ ova in nidum ejiciant, unde ex obſervatorum ſerie conjectatur, *Gallas* & ſimilia nidum eſſe ejecti illuc ovi vel vermiculi à parente animali, nequaquam verò à planta, hinc enim dum futuri ſurculi alimonia circa ovum vel plura etiam, affunditur, & utriculorum ordines ſurculum compoſituri, immutativiâ, circa ovum contorquentur, fieri gallum judicat; & hoc probare videntur, non ſolùm *ſpongiolæ in Cynosbato*, in quibus *vermiculi* (de quibus certò aſſerit *J. D. Major in Genio err. h.* 3. illas in pulchrè pictas, rutilantes corniculatasque Cantharidulas tandem abire, ac etiam Cantharidum more

intra corpus in puerulis caduco actis agere, nimirum ventriculo mediante jusculo datos vesicatorii, ob caloris æqualitatem indolorifici, loco esse, colligereque intra tenuissimas bullas, sponte dein ad rupturam sui tendentes, binam partem miasmatis epileptici haud aliter ac Quartanæ & febrium aliarum paroxysmos declinari pulvere pyrio cum succo allii & portiuncula fermenti carpis exposito, vel Ischiadicos aut articulorum doloribus tentatos contusâ flammulæ plantâ impositâ, mitius habere cognovit) reperiuntur, dubio procul è semine muscarum aut alterius insecti, illic deposito progenerati, vel dicendum erit cum *Illustriss. Dn. Redi* Archiatro Florentino, Fautore honoratissimo, multos arborum fructus, non quidem primariò & principaliter, sed secundariò & minus principaliter hunc in finem productos esse, ut generationi horum vermium servile hoc ministerium præbeant & matricis loco inserviant, ex quâ debito tempore prodeuntes, solis calore vegetantur, quâ de re curiosissimam orbi literato promisit *Historiam variorum & diversorum fructuum & animalium, quæ ex quercubus aliisque arboribus generantur.* Vid. *Malpighii Anat Plant. Part. II. Exercit. de Gallis, item de Plantarum Tumorib. & excrescent.* ut & *Plant. Rad.* ubi ingenuè fatetur plantas non saltem pro animalium usibus passim succidi & mactari, sed adhuc vegetantes ad fovendos enutriendosque insectorum præcipuè fœtus damnari. Nos missis partibus, Species Vegetabilium considerabimus.

CAPUT XIX.

De Speciebus Vegetabilium, Arbore, Herbâ.

ATque hactenus de Divisione Regni Vegetabilis, prout consideratur ut Totum essentiale; hanc excipit illa, prout dividitur ceu *Totum universale & Genus in Species* κατὰ εἶδη, nimirum, quia figurarum, impressionum ac formarum in Plantis, summa conspicitur diversitas, immensa & copiosa illarum est varietas, in tantâ multitudine videndum, ut exemplo Polemarchorum confusum exercitum in ordinem redigentium, similiter Plantarum exercitum in suas classes dividamus, quod commodiùs fieri vix poterit, quàm si more præterea Hortulanorum, Hortos in areas ac pulvinaria, ut vocant, commensurantium ac dividentium, Plantas in debitas velut cellulas, pulvinos æmulantes, locemus, cujus mox specimen dabimus, dum Plantas notissimas & usitatissimas, earumque nomina generaliora, in duodecim velut pulvinis sistemus; nam si ad specialissima descenderemus, idem facilè nobis contingeret, quod Dario, qui referente *Curtio Lib. III.*

Cap. 2.

Cad. 2. p. m. 29. Xerxis exemplo numerum copiarum iniit, adeò ut cùm conaretur exercitûs sui numerum cognoscere, metiri potius quàm numerare coactus sit, muro scil. cujus ambitus decies mille viros caperet, extructo: Prout autem Phalanx seu peditum stabile agmen in exercitu Alexandri Magni in duo cornua, dextrum & sinistrum dividebatur, ita etiam stirpium exercitum, insignes quidam Botanici, in duas solùm secant classes, *Arborem* vid. & *Herbam*, quod ex *loco S. S.* supra *Cap. X.* allato, probare intendunt, & quamvis à *Theophrasto* & aliis *Frutex* & *Suffrutex* addantur, etiam Cremium, Fruticulus dictus, commodè putant hæcce, neglectâ specierum ac entium multiplicatione, sub prioribus comprehendi, sic enim vocat *Sperlingius* Fruticem, arborem parvam, minorem adhuc suffruticem, imò *Malpighius* quamplurimas herbas tenellas & humiles Arbores dici posse scribit, quia in multis truncus, folia & radices occurrunt & conspiciuntur solâ durit e & mollitie varia. Et certè *Frutex* quid nisi arbor parva est? Ab Arbore sane non differt nisi ratione magnitudinis & diuturnitatis. *Suffrutex* verò nunc ad herbas nunc ad arbores spectat. *Malva*, ait *Theophr.* in altum se attollit & in arborem transit, senis mensibus ut in usum baculo cedat. *Frutex*, Arborum abscissione in naturam arborum transcendit, ut *Avellana*, nimirum ut in animalibus, ita & in Vegetabilibus natura non facit saltum, sed dum ab uno in alterum genus transit, quædam facit ancipitis inter prius & posterius genus naturæ, exemplo principis Vegetabilium *Vitis*, quæ velut medio loco honorata, quoad altitudinem supremas excedit arbores, sua tamen sponte fruticosa. Ita verò *Arbor* definitur, quòd sit planta quę singulari vel multiplici à radice trunco, altiùs assurgit, & multos postea ramos & surculos extendit ac durabilis est. *Herba* est planta humiliùs subsidens, statim à radice foliata. *Arbor* rursum dividitur in *Frugiferam*, quæ fructum, & *Infrugiferam* seu Infelicem, quæ nullum fructum edit, idque secundùm *Hippocr. de Nat. Puer.* §. 33. quia in se pinguitudinem tantam non haber, quantum ejus in fructum expendendum. *Frugiferæ Sperlingio*, pro fructuum diversitate, dividuntur in *Pomiferas, Nuciferas; Bacciferas & Siliquiferas*; quibus *Jonsthonus Not. Regn Veget. Lib. I. Cap* 1. sub arboribus similiter Frutices comprehendendo, *& de Arbor: & Frut.* addit *Aromaticas*, *Glandiferas, Lachrymiferas* (lachrymi bacciferas & lachrymi-coniferas, de quibus *Axtius Tr. peculiari*) *Rhodofloras* & *Miscellas*. *Rajus Meth. Plant.* dividit illas in eas, quarum fructus constant aut pericarpio, ut *Pomiferæ*, *Pruniferæ*, *Bacciferæ*, aut materiâ sicciore ut *Coniferæ, Nuciferæ, Lanigeræ, Siliquosæ, Variæ* seu *Miscellaneæ*; ubi & docet Arbores pomiferas foliis florum deciduis à pruniferis distingui, quòd in his flos sedi seu basi fructûs cohæreat, in illis summo fructui innascatur, ejusque calix non decidat unà cum flore, sed in umbilico fructûs etiamnum maturi supersit.

CAPUT XX.

De Denominatione, Dispositione Plantarum.

Atque sub his speciebus magna Individuorum continetur turba, ut difficillimum sit ad certos cancellos singula redigere, & secundùm *Virgil. Georg. II.* 1[illegible]3. eorum numerum velle scire idem fere sit ac æquoris Lybici arenas, & Jonii fluctus numerare; Etsi enim hæc in parentis naturæ sinu haud secus ac Animalia, numero certo sint definita, ob intellectûs tamen nostri incapacitatem & obscuritatem, quâ facilè seduci se patitur, fit ut Plantæ nostram diligentiam & cognitionem exactam subterfugiant, hinc ex variorum rei Botanicæ studiosorum exaratis monumentis & beneficio Navigationum indies novorum cognitorum Vegetabilium (de quibus *Auctores Horti Malabarici* & harum studiosissimi Illustriss. *DN. a Beverningk*, Ampliss. *Breynius* & Excell. *Hermannus*) quem non confunderet Nominum Plantarum varietas? ita ut qui unum Botanicum legit, alterum vix intelligat. quod quantum sit obstaculum aut remora in studio Botanico & Medico quis ignorat? Taceo tædiosum in iis digerendis negotium. Mira hîc præstitisse Medicorum Decus *Casparum Bauhinum primum apud nos Botanices Professorem Celeb.* quis nescit? unde & eminet inter omnes Botanicos, *Quantum lenta solent inter viburna Cupressi*: hic enim scriptis suis Botanicis, Anatomicis, Theatris splendidissimis, nominis sui famam, virtutis, sedulitatis & eruditionis alis subvectam, non tamen absque invidiæ telis & calumniarum morsu, in ultimas terrarum oras, odore velut fragrantissimo, satis dispersit, incredibili namque suâ diligentiâ, exantlatoque labore Herculeo, primò quidem editâ *Phytopinace*, *Notis super Matthiolum ac Tabernamontanum*, *Prodromo* item, inde verò *Pinace Theatri Botanici*, variorum Botanicorum nomina varia Plantis imposita recenset, artificiosissimè verò Plantarum classes & affinitates nos saltem ab externo omnium Partium aspectu figurâque quam percipimus visu, quæ plantam ambit atque illi circumjacet, sed & aliquatenus formâ internâ quæ mente & ex effectibus cognoscitur, (prout & *Cardanus de Subtil. Lib. VIII pag. m.* 285. tum à viribus odore, sapore, tum & præcipuè à figurâ foliorum, florum, fructûs, stipitis, corticis, radicum, denique totius plantæ differentiam plantarum constitui verissimè docet) deducit, ut non sine maximo commodo & compendio quis in Plantarum Regnique Vegetabilis notitiam devenire possit. id quod etiam ab eo in *Catal. Plant. circa Basileam spontè nascentium*, magno Studiosorum commodo, est præstitum. Etsi autem ea sæpius in Plantis similitudo

figuræ

figuræ adpareat, ut facilè falli possit qui unicam ejus rationem habeat, exemplo *melissæ* & *ballote*, quin & sæpius in eusdem speciei rebus, imò in eadem singulari re tanta externæ hujus figuræ mutatio est, ut sæpius, dicente *Costæo*, acceptus sit pro accipitre cuculus, imò & dispositio plurium plantarum longè aliter & melius in *Bauhini Pinace* fieri potuisset, non tamen penitus cum *Roberto Morisonio*, prius Pharmacopæo, summo alioquin Botanico Anglo folia plantarum (quæ Melonibus dum primò germinant, abscissa ipsos marcescere faciunt) explodenda, quasi plantarum omnium discrimina essent saltem ex seminum varietate venanda, sed unà florum quoque formæ & seminum conformationi combinanda, ut certa plantæ habeatur quasi facies quædam quâ ritè dignosci possit, nimirum ex symmetriâ & harmoniâ omnium partium quæ sensui occurrunt, dici possit plantam ad hanc vel illam classem transferendam & collocandam esse, nimirum præter rectum & obliquum quoddam spectandas cavitates, meatus, eminentias, aculeos, asperitates, nodos, certis incertisque spatiis, mensuris positos, quod si observasset *Morisonius in Plantagine*, *Tract. de Umbelliferis*, (in quo seminum umbelliferarum picturam eleganter aliàs proponit) eam haud umbelliferis adjudicasset ob spicam, quam habet in summitate caulis. Hinc & ex *Leontopetalo*, cujus flores sunt instar brassicæ, foliis & radice multùm variantibus, ineptis ut ad Brassicas referantur, collegit Diligentiss. Botanicus Monspel. *DN. Magnol Botanico Monspeliensi* à se edito clarissimus, cujus suavi conversatione sæpius frui licuit, novam *Morisonii* methodum, quâ à seminum formâ characterem proprium & naturalem ceu potissimâ herbæ parte deducit, in totum haud valere, nec strictè unicum semen expectandum esse ad cognitionem plantæ exactam habendam, ita ut quibus partes externæ seminum similes sunt & conformes, illæ genere conveniant, quibus verò dissimiles differant. ut insuper Cumini vulgaris semine striato lævi & ejus quod hispidum & villosum est, pastinacæ itidem latifoliæ & Sisari, papaveris corniculati & capitati aliorumque exemplo docetur contrarium, quamvis ut verum fateamur cum *Helmontio Potest. Med.* §. 29. primitiva veritas velit, ut arborem cognoscamus ex fructibus: verùm quia ipsa seminum anatome monstrat, ea præcipuè esse foliola eleganter complicata primùm in germinatione, emergentia exemplo phaseoli, in quo folia phaseolorum, qualiter post germinationem adparent, manifestè patent, ut & *Convolvuli*, quod ex foliolis in rotundum convolutis constat, patebit quod ipsa fructificatio haud adeo excludat folia, quamvis illa bina foliola à reliquis in plurimis plantis varient ceu quæ velut radix in aërem quoque & ex quo nutrimentum hauriunt, protrusa videntur, imò & ipsa folia subsequentia, ut *Cap. X.* diximus, in gemmarum ulteriorem protrusionem, succum intra se digerendo faciant. Quare & alius è gente Anglorum de re Botanicâ

tanicâ meritiſſimus, etſi ex profeſſo non ſit Medicus, *Johannes* nimirum *Rajus* præter ſemina plantarum earumque conceptacula, inſuper flores & perianthia ad genera & Vegetabilium conſtituenda in uſum (vel ad ductum *Cæſalpini*, qui ex ſitu ſeminis & floris differentias jam deſumendas dixit) adhibuit, eò quòd nonnullorum generum certiores longè notas quàm aut ſemina vel eorum involucra ſuppeditent. Prout autem is methodo inverſâ, quàm eſt Bauhini noſtri, prius ab Arboribus incipit, ita non inconveniens erit hîc proponere qualiter ille *Meth. nov. Plant.* per Tabulas ſynopticas univerſum Plantarum apparatum ob oculos ſiſtat, nimirum primum locum concedit (ut & ſupra dictum) *Arboribus* Pomiferis, Pruniferis, Bacciferis, Nuciferis, Coniferis, Lanigeris, Siliquoſis, arboribus vaſculis ſeminalibus membranaceis membriſque extantibus aut adjunctis auctis, Anomalis tandem & ſui generis. Dein *Fruticibus*, bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis & ſpinoſis, Fruticibus ſeminibus nudis aut vaſculis per maturitatem ſiccis incluſis floribus non papilionaceis & papilionaceis, tandem herbis fruteſcentibus. Has ſequuntur *Herbæ* primùm *imperfectæ*, ſemine minutiſſimo, capillares, flore imperfecto ſtamineo, flore imperfecto ſexu carentes & monoſpermæ ſemine triquetro, flore compoſito planifolio naturâ pleno lacteſcentes, Pappoſæ herbæ flore diſcoide, flore diſcoide nudo, flore compoſito diſcoide, Corymbiferæ, Capitatæ, flore compoſito anomalæ: *Herbæ flore perfecto* ſeminibus nudis ſolitariis, *Umbelliferæ*, ſemine craſſiore & minus compreſſo, *Stellatæ*, aſperifoliæ, verticillatæ fruticoſæ, verticillatæ herbaceæ, ſemine nudo polyſpermæ perianthio vel nullo tectæ, Pomiferæ, Bacciferæ, multiſiliquæ, Herbæ *flore monopetalo* uniformi & difformi bicapſulares, vaſculis ſeminalibus in terna vel plura loculamenta diviſis, ut & herbæ *tetrapetalo flore* uniformi ſiliquoſæ, item ſemine globoſo & capſulâ brevi incluſo, anomalæ tales & ſui generis variæ. Herbæ flore *papilionaceo* ſcandentes, erectæ, ſiliquis articulatis, ſiliquis geminatis, trifoliæ. Herbæ flore *pentapetalo* ſeu polypetalo foliis in caule conjugatim vel nullo aut alterno ordine diſpoſitis, anomalæ. Herbæ *culmiferæ*, grano majore, minore. Herbæ *graminifoliæ* non culmiferæ flore ſtamineo. Herbæ *radice bulboſâ* magis vel minus graveolentes, his affines aliæ & *anomalæ*. Uti verò exactam eamque amplam Ingenioſiſſimi hujus Auctoris hinc eluceſcentem Vegetabilium notitiam plurimùm admiramur, non tamen nobiſcum aberit Clariſſ. *Rajus* florum formam quoque non minus ac foliorum in ejusdem generis plantis plurimùm variare, ut ſæpius etiam in ejusdem generis plantis à foliis genus eſſentiale, ſubalternas ſpecies verò à floribus deſumi debeant, vel exemplo *Helleborinum* ſpecierum, in quibus folia ubivis ſimilia, flores autem diſſimiles, ut in *Calceolo Mariæ*, à floribus juxta *Moriſonium* ita dicto, (quique flore juxta *Bauhinum* apud Helvetios duplo eſt majore quàm

apud

apud Noricos) qui ob folia helleborum pro genere agnoscit, floribus autem ab aliis Helleborines speciebus discrepat. Quare & cum aliis magis optandum erit, ne semper eandem cantilenam cantando quoad Virtutes Vegetabilium parcè cognitas, ut in Veterum scriptis patet, potiùs ob formam intrinsecam seu Virtutes intimas & specificas cognoscendas *tandem* certemus, quàm saltem in nominibus & locationibus plantarum nos excessivè exerceamus, ceu non sine causâ hac de re conqueritur, præter *Helmontium*, *Thurneiserus in Epilogo Tr. de Quint. Essent.*

Seh einer alle Herbaria an/
Da ist nichts denn der erst Effect,
Kein neu-erfundne Kunst drinn steckt/
Und ist nichts anders drinn denn Zanck/
Vom Gschmack der Kräuter/Gstalt/Farb/Gstanck/
Und obs den rechten Namen hab/
Was der schreibt/ schlägt jhm jener ab/
Und spricht/ er hab das recht nicht gnennt/
So es doch jhrer keiner kennt/
Und zancken sich zu aller Zeit.

Qualem etiam superabundantem scrupulositatem exsibilat Amicus honorandus *Cl. Cardilucius Præf. in Offic. Chymiatr. Hartm.* exemplo Vetularum, quæ quibusdam experimentis sæpe difficiles affectus curant, quamvis paucissimas herbas cognitas habeant, id quod satis vulgare est in mundo, qui minus necessariis occupatur, eaque quibus maximè opus est negligit, quod tamen citra præjudicium allatum volo: Attendisse tamen quoque ad hoc videtur celebris ille trium Cæsarum Medicus *Crato à Crafftheim in Epist. ad Joh. Scalig. Exercitat. de Subtilitate*, ubi ita de se loquitur: De me nihil „ præclarum & eximium quod ad βοτανικὴν attinet, dicere possum, alios „ βοτανικοὺς malo; Mihi satis est necessaria nosse & simplicium medicamen- „ torum non facultates primas tantùm, verùm si queam proprias, & expe- „ rientiâ & ratione separationis purioris partis ab impuriori & quasi spi- „ ritus naturalis, qui humido aqueo vel oleaginoso insidet, ut ita dicam, „ evocatione cognoscere, & ut ad tuendam valetudinem usui sint, ope- „ ram dare; quem proin spiritum prælaudatus *Thurneiserus* ita loquentem „ proponit, *p.* 81.

Wer mich auß Metall treibt und bringt/
Hat ein Ding/das all Ding durchdringt/
Wo ich von Gold und Silber weich/
Da ist es Mesch und Bley geleich:

thecâ concluditur. Deficere observatur in *Calthâ palustri*, *Tulipis*, *Hyacinthis*. *Lilio Persico*, *convallio*, ratio, quia folia habent crassa & firma, & quodlibet folium basi falcitur largâ & robustâ, indeque sibi ipsis sunt sufficientia; in quibus verò adest plerumque altiùs in foliola multiplicia laciniatur, unde angularis & dentatus apparet, & quoad colorem herbaceus, quia ex caulis cortice seu tunicâ enascitur, unde & in quibusdam à flore disjungi nequit, ut in *Ornithogalo*, cujus flos interius lacteus est, exterius herbaceus ob caulis tunicam; idem *Helleboro* contingit, quod in causâ est ut totus flos quasi herbaceus sit & non decidat, quia retinetur à tunicâ adjunctâ. Qualiter verò in Rosâ tubulos roridos velut lagenulas inversas hic calix obtineat videre est *Observ. VII. Exc. Majoris Ann. VIII. Decad. I. Miscell. Curios.* *Internæ* sunt Folia, stamina, stylus, cujus gratiâ quia velut uterus fœcundus (in quibus enim nullum relinquit post se semen, florem non saltem longè ab utero pendere voluit Natura, ac instar subventanei ovi, sed & plantas infœcundas reddidit) se habet, reliquæ partes circumlocantur. *Folia* floris præcipua ornamenta sunt laminæ illæ tenellæ, colore insignes & fugaces (Petala Recentioribus dicta, unde flos simplex vel *monopetalos*, *uniformis* & *difformis* isque vel *semifistularis*, *labiatus*, *corniculatus*, vel *polypetalos uniformis* dipetalos, tripetalos, &c. *difformis*; compositus autem flos est vel *discoides*, de quo supra, *naturâ plenus*, *fistularis*) quæ supra calycem à dilatato caule vel petiolo erumpunt, fistulis, costulis, utriculis catenatim locatis, quibus folii latitudo & crassities excitatur, constantes, conchis item, quibus mel custoditur, uti acutissimus *Malpighius Anat. Plant. p.* 47. refert, qui & dubius est, an hæc floris folia à solis & externi aëris irruentibus conatibus tenellum uterum tutentur, an ulterius etiam depurando, præparent auctivam seminis materiam, quorum tamen utrumque instar foliorum viridium præstare dici possunt. Configurantur & colorantur hæc variè, sic enim alia *cava* sunt instar campanarum ut in *Convolvulis*, alia *galeata*, ut in *Salviâ*, *Lamio*, *Sclareâ*, *&c.* alia *expansa*, *recta*, *rotunda* ut in *Rosa*, alia *repanda & inflexa* ut in *Iride*, *Martago*, alia *cochleata*, ut elegans ille phaseolus Indicus cochleato flore *Joh. Bapt. Triumfetti*, cujus fratrem *Rever. DN. Lælium Botan. Bonon.* mihi Bononiæ cum aliis rarioribus monstrasse recordor. Quantus Colorum hîc sit splendor alibi dictum est. *Stamina* stylum ambiunt, ac petiolo & appensâ capsulâ constant, cujus ortus *Cæsalpino* similis videtur fungis, qui in lucernarum luminibus ex fuligine oriuntur, juxta *Malpighium* verò horum materia probabiliter ab intimiori pediculi substantiâ percolatur, quia in Cucurbitæ floribus fibrosum & plurimis fistulis contextum corpus globulorum capsulæ substernitur, cujus ope confluens staminum materia in globulos percolatur: talia in *Lilio*, *Rosis*, luteo colore nasum tingentia conspiciuntur, globulorum, quasi atomorum congerie secundùm

Malpighium

Malpighium turgentia: *Grevv* ait constare hæc stamina *Seminalia* (in quibus enim multa semina, plurima sunt, ut in *papavere* quasi hæc sint singulorum seminum propagines) ipsi vocata ex cœpulis & seminulis, quæ seminula cava sint & tandem ab invicem dissiliant, in quibus particulæ minutæ formâ pulveris continentur: Stamina verò floralia seu Comam floridam v. gr. *Flor. Calend. Tanacet.* (unde flos discoides *Raji* radiatus & nudus) ex flosculo floris epitome, vaginâ, ensi in quâ pulvis globulorum itidem continetur, componi, unde & cum illo *Rajus* ejusdem est sententiæ plantas ut Cochleas esse utriusque sexûs, quatenus dictus pollen instar spermatis masculini seminibus fœcundandis inservit, imò propriè sexu differre plantas illas, quarum aliæ semen absque flore, aliæ (ab ejusdem plantæ semine ortæ) florem absque semine producunt, ut *Salices, Cannabis, Mercurialis, Palma.* &c. *Stylus* pars est centrum floris occupans, quæ concavitate semen fovens, appendice assurgit, luditque inter stamina. Et quia in hâc concavitate styli colliquamenti vesicula vel seminis inchoamentum latet & in ipso augetur, non sine causa statuitur esse Plantarum uterus, cujus gratiâ etiam, ut dictum, reliquæ floris partes circumlocantur, absumpto in eas, vel ad analogiam menstruę purgationis in sequiori sexu, certo tempore, certo humore seminum generationi incongruo, dum non nisi certę particulæ in semen præcipitantur, unde tum tuba quo magis uterus augetur, tantò minor apparet, tandemque velut maturus fœtus

VI. *Fructus* excluditur, cujus nomine nunc *Semen* saltem intelligitur, nunc præter id Caro (Pericarpium dicta) cum semine in specie *Fructus* nominatur: Differentiam autem horum clarè ostendit *Galenus de Alim. Fac. Lib. II. p. m.* 89. etenim Fici fructus sunt ipsæ ficus, quod verò in ipso est κεγχραμὶς *Gr.* dictum, semen est fici, sicut & acinus totius vitis est fructus, solum autem γίγαρτον vitis est semen: pari modo & piri & mali fructus est pirum & malum, semen autem tria vel quatuor grana, quæ in ipsorum medio habentur, uti in *Fragis* ordine inverso exteriùs. Specialius hoc quoad diversa fructuum genera designant *Grevv & Malpighius*: *Malum* constat ex Cute, Parenchymate, Ramificatione & Pericarpio. *Pyrum* ex Cortice Parenchymate, Ramificatione, Corp. sabuloso, quo nimirum fibrosum rete firmetur, & Acetario, pariter Cydonia. *Prunum* ex Cute, Parenchymate, Ramif. & Nucleo seu osseo putamine. *Nux* ex Cortice viridi, Putamine & Medullâ, quâ crescente, tabescunt reliqua. *Uva* ut Grossulæ (Ribes, Uvæ vitis) Cerasa præter semen ex Folliculo, Parenchymate & Ramificatione seu fibrosis plexibus, à quibus pendent utriculi, quales maximè in *Cucurbitæ carne* à fibrarum lignearum fasciculis tracheas continentibus à quibus pendent, apparent, quales à pediolo fructûs emanantes mox interius circulares redditi, extremo tandem fine, à quo semen pendet, in me-

diam hiant cavitatem, velut in Corde fibrarum ductus se habent. Elegans etiam omnino apparet *mali limonii & aurantii pericarpium* (maximè si exiccatum sit) ejus nimirum exterior caro concavitates efformat, quæ utriculis velut intestinulis cœcis acido succo refertis, repletur, quibus contenta semina stipantur, ubi omnino mirandum, quod refert *Campanella de Sens. Rer. p. m.* 324. se vidisse apud Neocastrum Citria & Limones grandes, quorum alia formantur à naturâ instar manus hominis cum digitis & brachiali prorsus & plantâ: alia sicut cor, aliud sicut veretrum cum præputio & testibus, alia sicut cunnus omnino: Vid. *icon Priapi Vegetabilis monorchis Breynl ab Excell. D. Amanno Dec. II. Ann. I. Misc. Curios. p.* 58. communicati. Verùm quia in seminum usum cuncta conspirant, meritò, etiam secundùm *Hon. Fabrum Lib. I. de Plant. prop.* 19. omnis fructus planta alteri plantæ adnata, cum umbilicari nodo, quo mediante pediculus plantæ adhæret & succum suscipit, salutatur, unde & *Malpighius Anat. Plant. p.* 73. Pericarpium seminum, quod propriè *fructus* vocari solet *v. g. Mala, Pyra*, &c. Utero crassiori Prægnantium, à contento sanguine tumenti, (neque enim ut sectio anatòmica Gravidæ, cujus mentio fit apud *Excell. Dn. D. Joh. Jac. Harderum Bot. & Anat. Profess. celeberr. in Apiar. Observ. XI.* docuit, uterus quo magis fœtus crescit & extenditur, gracilescit, sed solitam crassitiem triplo excessit) comparat, quod crassius pericarpium seminibus obducatur, quatenus elongantur fibrarum & trachearum fasciculi, à quibus utriculi succo turgidi pendent, & conglobantur hujusmodi stiriæ in commune corpus, quod fructus dicitur quasi molle laxumque lignum; & quod magis mirandum & auditu novum, statuit, pericarpii succum, suis utriculis turgentem, maturum reddi, non ita exigente peculiarem finem naturâ, sed ex transpiratu & externorum actione talem fieri statum, qui per accidens hominibus in aliquibus gratus succedit, cùm plurium pericarpium immaturum corrumpatur, vel quasi osseum vel ligneum reddatur. Nam ubi in pericarpii utriculis aqueus halituosusque abundat humor, urgente aëris calore, hujusmodi facilè digeritur, unde utriculorum tunicæ, solæque ligneæ fibræ supersunt, quatenus nimirum & ipse humor nutritius ob pororum laxitatem citissimè in altum elevatur, multumque alimenti hinc in fructum admittitur, accedente verò calore solari æstivo ob eosdem poros laxos citissimè pereunt, dum velut ex sudore nimio citò exolvuntur: in aliis verò utriculorum succus salibus ita acidus redditur, ut vigente Sole commixtæ fixentur particulæ in naturam cartilagineam & non rarò osseam: Frequentius tamen pericarpii carnem multo vitriolo (unde nonnunquam ab aciditate ejusmodi ☉laceâ sævissimæ dysenteriæ scatere asserit idem *Malpighius*, unde ingens austeritas & aciditas persentitur; temporis tamen tractu, fermentatione mediâ, exaltatis, defœcatis, digestis succis, ac velut in spumæ

ſpumæ modum intumeſcentibus, aſperis corpuſculis foràs emergentibus, vel inverſis vel ramoſis particulis intimiùs immixtis, uti & eleganter de hiſce *le Grand Diſſert. de Carent. Cogn. in Brutis* §. 54. *pag. m.* 40. novus ſubſtantiæ modus, partium transpoſitio acquiritur, & hinc novus Sapor, Odor & Color emergunt, unde etiam ſenſibus noſtris redduntur acceptiores & blandiores, ac hinc colligi ſolent, de quo *Ovid. de Remed. Amor. pag. m.* 326.

Poma dat Autumnus: formoſa eſt meſſibus æſtas,
Ver prabet flores: igne levatur hyems.
Temporibus certis maturam ruſticus uvam
Colligit: & nudo ſub pede muſta fluunt.
Temporibus certis deſectas alligat herbas,
Et tonſam raro pectine verrit humum.

Cœterùm exinde quoad fructuum partes vel internas vel externas, inſignis eſt varietas, hinc namque cortex quo foris veſtiuntur quibusdam eſt ſaltem cuticula, ut *moro,* aliis minus tenuis, ut *pruno, uvæ,* aliis craſſior, isque vel mollis ut *piſtacio,* vel aſper ut *xyli folliculo,* ſpinis verò horridus in *caſtaneis*: aliis eſt craſſior & carneus vel quoad totum ut *amygdalæ, juglandi,* vel quoad partem ſaltem ut *avellanæ* quum maturuerint, maximè verò hoc in diſco *chryſanthemi maximi* viſitur: aliis eſt cortex durior & teſtaceus ut *glandi*: aliis oſſeus, ut *Pino,* &c.

CAPUT XVIII.

De Partibus Plantarum excrementitiis dictis.

ET hæc de Partibus Plantarum neceſſariis; *Excrementitiæ* juxta mentem Clar. *Rolfincii de Veget. p. m.* 170. ſunt non tam partes quàm partium vitia, *v. g* in robore *gallæ, ſpongiola in Cynosbato,* &c. ſed hoc equidem concedit *Malpighius Anat. Plant. Id. p.* 10. quòd ſint partium vitia, minimè verò à planta intrinſecè provenientia ſed extrinſecè ab animalibus, quæ ova in nidum ejiciant, unde ex obſervatorum ſerie conjectatur, *Gallas* & ſimilia nidum eſſe ejecti illuc ovi vel vermiculi à parente animali, nequaquam verò à planta, hinc enim dum futuri ſurculi alimonia circa ovum vel plura etiam, affunditur, & utriculorum ordines ſurculum compoſituri, immutati viâ, circa ovum contorquentur, fieri gallum judicat; & hoc probare videntur, non ſolùm *ſpongiola in Cynosbato,* in quibus *vermiculi* (de quibus certò aſſerit *J. D. Major in Genio err. h.* 3. illas in pulchrè pictas, rutilantes corniculatasque Cantharidulas tandem abire, ac etiam Cantharidum more

intra corpus in puerulis caduco actis agere, nimirum ventriculo mediante jusculo datos vesicatorii, ob caloris æqualitatem indolorifici, loco esse, colligereque intra tenuissimas bullas, sponte dein ad rupturam sui tendentes, binam partem miasmatis epileptici haud aliter ac Quartanæ & febrium aliarum paroxysmos declinari pulvere pyrio cum succo allii & portiuncula fermenti carpis exposito, vel Ischiadicos aut articulorum doloribus tentatos contusâ flammulæ plantâ impositâ, mitius habere cognovit) reperiuntur, dubio procul è semine muscarum aut alterius insecti, illic deposito progenerati, vel dicendum erit cum *Illustriss. Dn. Redi* Archiatro Florentino, Fautore honoratissimo, multos arborum fructus, non quidem primariò & principaliter, sed secundariò & minus principaliter hunc in finem productos esse, ut generationi horum vermium servile hoc ministerium præbeant & matricis loco inserviant, ex quâ debito tempore prodeuntes, solis calore vegetantur, quâ de re curiosissimam orbi literato promisit *Historiam variorum & diversorum fructuum & animalium, quæ ex quercubus aliisque arboribus generantur.* Vid. *Malpighii Anat Plant. Part. II. Exercit. de Gallis, item de Plantarum Tumorib. & excrescent.* ut & *Plant. Rad.* ubi ingenuè fatetur plantas non saltem pro animalium usibus passim succidi & mactari, sed adhuc vegetantes ad fovendos enutriendosque insectorum præcipuè fœtus damnari. Nos missis partibus, Species Vegetabilium considerabimus.

CAPUT XIX.

De Speciebus Vegetabilium, Arbore, Herbâ.

ATque hactenus de Divisione Regni Vegetabilis, prout consideratur ut Totum essentiale; hanc excipit illa, prout dividitur ceu *Totum universale* & *Genus in Species* κατὰ εἴδη, nimirum, quia figurarum, impressionum ac formarum in Plantis, summa conspicitur diversitas, immensa & copiosa illarum est varietas, in tantâ multitudine videndum, ut exemplo Polemarchorum confusum exercitum in ordinem redigentium, similiter Plantarum exercitum in suas classes dividamus, quod commodiùs fieri vix poterit, quàm si more præterea Hortulanorum, Hortos in areas ac pulvinaria, ut vocant, commensurantium ac dividentium, Plantas in debitas velut cellulas, pulvinos æmulantes, locemus, cujus mox specimen dabimus, dum Plantas notissimas & usitatissimas, earumque nomina generaliora, in duodecim velut pulvinis sistemus; nam si ad specialissima descenderemus, idem facilè nobis contingeret, quod Dario, qui referente *Curtio Lib. III.*

Cap. 2.

Cad. 2. p. m. 29. Xerxis exemplo numerum copiarum iniit, adeò ut cùm conaretur exercitûs sui numerum cognoscere, metiri potius quàm numerare coactus sit, muro scil. cujus ambitus decies mille viros caperet, extructo; Prout autem Phalanx seu peditum stabile agmen in exercitu Alexandri Magni in duo cornua, dextrum & sinistrum dividebatur, ita etiam stirpium exercitum, insignes quidam Botanici, in duas solùm secant classes, *Arborem* vid. & *Herbam*, quod ex *loco S. S.* supra *Cap. X.* allato, probare intendunt, & quamvis à *Theophrasto* & aliis *Frutex* & *Suffrutex* addantur, etiam Cremium, Fruticulus dictus, commodè putant hæcce, neglectâ specierum ac entium multiplicatione, sub prioribus comprehendi, sic enim vocat *Sperlingius* Fruticem, arborem parvam, minorem adhuc suffruticem, imò *Malpighius* quamplurimas herbas tenellas & humiles Arbores dici posse scribit, quia in multis truncus, folia & radices occurrunt & conspiciuntur solâ duritie & mollitie varia. Et certè *Frutex* quid nisi arbor parva est? Ab Arbore sane non differt nisi ratione magnitudinis & diuturnitatis. *Suffrutex* verò nunc ad herbas nunc ad arbores spectat. *Malva*, ait *Theophr.* in altum se attollit & in arborem transit, senis mensibus ut in usum baculo cedat. *Frutex*, Arborum abscissione in naturam arborum transcendit, ut *Avellana*, nimirum ut in animalibus, ita & in Vegetabilibus natura non facit saltum, sed dùm ab uno in alterum genus transit, quædam facit ancipitis inter prius & posterius genus naturæ, exemplo principis Vegetabilium *Vitis*, quæ velut medio loco honorata quoad altitudinem supremas excedit arbores, sua tamen sponte fruticosa. Ita verò *Arbor* definitur, quòd sit planta quę singulari vel multiplici à radice trunco, altiùs assurgit, & multos postea ramos & surculos extendit ac durabilis est. *Herba* est planta humiliùs subsidens, statim à radice foliata. *Arbor* rursum dividitur in *Frugiferam*, quæ fructum, & *Infrugiferam* seu Infelicem, quæ nullum fructum edit, idque secundum *Hippocr. de Nat: Puer. §. 33.* quia in se pinguitudinem tantam non habet, quantum ejus in fructum expendendum. *Frugiferæ Sperlingio*, pro fructuum diversitate, dividuntur in *Pomiferas, Nuciferas, Bacciferas & Siliquiferas*, quibus *Jonsthonus Not. Regn. Veget. Lib. I. Cap 1.* sub arboribus similiter Frutices comprehendendo, *& de Arbor: & Frut.* addit *Aromaticas, Glandiferas, Lachrymiferas* (lachrymi bacciferas & lachrymi-coniferas, de quibus *Axtius Tr. peculiari*) *Rhodofloras* & *Miscellas*. *Rajus Meth. Plant.* dividit illas in eas, quarum fructus constant aut pericarpio, ut *Pomiferæ, Pruniferæ, Bacciferæ*, aut materiâ ficciore ut *Coniferæ, Nuciferæ, Lanigeræ, Siliquosæ, Variæ* seu *Miscellaneæ*; ubi & docet Arbores pomiferas foliis florum deciduis à pruniferis distingui, quòd in his flos sedi seu basi fructûs cohæreat, in illis summo fructui innascatur, ejusque calix non decidat unà cum flore, sed in umbilico fructûs etiamnum maturi supersit.

CAPUT XX.

De Denominatione, Dispositione Plantarum.

ATque sub his speciebus magna Individuorum continetur turba, ut difficillimum sit ad certos cancellos singula redigere, & secundùm *Virgil. Georg. II.* 103. eorum numerum velle scire idem fere sit ac æquoris Lybici arenas, & Jonii fluctus numerare; Etsi enim hæc in parentis naturæ sinu haud secus ac Animalia, numero certo sint definita, ob intellectûs tamen nostri incapacitatem & obscuritatem, quâ facilè seduci se patitur, fit ut Plantæ nostram diligentiam & cognitionem exactam subterfugiant, hinc ex variorum rei Botanicæ studiosorum exaratis monumentis & beneficio Navigationum indies novorum cognitorum Vegetabilium (de quibus *Auctores Horti Malabarici* & harum studiosissimi Illustriss. *DN. a Beverningk*, Ampliss. *Breynius* & Excell. *Hermannus*) quem non confunderet Nominum Plantarum varietas? ita ut qui unum Botanicum legit, alterum vix intelligat. quod quantum sit obstaculum aut remora in studio Botanico & Medico quis ignorat? Taceo tædiosum in iis digerendis negotium. Mira hîc præstitisse Medicorum Decus *Casparum Bauhinum primum apud nos Botanices Professorem Celeb.* quis nescit? unde & eminet inter omnes Botanicos, *Quantum lenta solent inter viburna Cupressi*: hic enim scriptis suis Botanicis, Anatomicis, Theatris splendidissimis, nominis sui famam, virtutis, sedulitatis & eruditionis alis subvectam, non tamen absque invidiæ telis & calumniarum morsu, in ultimas terrarum oras, odore velut fragrantissimo, satis dispersit, incredibili namque suâ diligentiâ, exantlatoque labore Herculeo, primò quidem edito *Phytopinace, Notis super Matthiolum ac Tabernæmontanum, Prodromo* item, inde verò *Pinace Theatri Botanici*, variorum Botanicorum nomina varia Plantis imposita recenset, artificiosissimè verò Plantarum classes & affinitates nos saltem ab externo omnium Partium aspectu figurâque quam percipimus visu, quæ plantam ambit atque illi circumjacet, sed & aliquatenus formâ internâ quæ mente & ex effectibus cognoscitur, (prout & *Cardanus de Subtil. Lib. VIII pag. m.* 285. tum à viribus odore, sapore, tum & præcipuè à figurâ foliorum, florum, fructûs, stipitis, corticis, radicum, denique totius plantæ differentiam plantarum constitui verissimè docet) deducit, ut non sine maximo commodo & compendio quis in Plantarum Regnique Vegetabilis notitiam devenire possit. id quod etiam ab eo in *Catal. Plant. circa Basileam sponte nascentium*, magno Studiosorum commodo, est præstitum. Etsi autem ea sæpius in Plantis similitudo figuræ

figuræ adpareat, ut facilè falli possit qui unicam ejus rationem habeat, exemplo *melissæ & ballote*, quin & sæpius in eusdem speciei rebus, imò in eadem singulari re tanta externæ hujus figuræ mutatio est, ut sæpius, dicente *Costæo*, acceptus sit pro accipitre cuculus, imò & dispositio plurium plantarum longè aliter & melius in *Bauhini Pinace* fieri potuisset, non tamen penitus cum *Roberto Morisonio*, prius Pharmacopæo, summo alioquin Botanico Anglo folia plantarum (quæ Melonibus dum primò germinant, abscissa ipsos marcescere faciunt) explodenda, quasi plantarum omnium discrimina essent saltem ex seminum varietate venanda, sed unà florum quoque formæ & seminum conformationi combinanda, ut certa plantæ habeatur quasi facies quædam quâ ritè dignosci possit, nimirum ex symmetriâ & harmoniâ omnium partium quæ sensui occurrunt, dici possit plantam ad hanc vel illam classem transferendam & collocandam esse, nimirum præter rectum & obliquum quoddam spectandas cavitates, meatus, eminentias, aculeos, asperitates, nodos, certis incertisque spatiis, mensuris positos, quod si observasset *Morisonius in Plantagine, Tract. de Umbelliferis*, (in quo seminum umbelliferarum picturam eleganter aliàs proponit) eam haud umbelliferis adjudicasset ob spicam, quam habet in summitate caulis. Hinc & ex *Leontopetalo*, cujus flores sunt instar brassicæ, foliis & radice multùm variantibus, ineptis ut ad Brassicas referantur, collegit Diligentiss. Botanicus Monspel. *D.N. Magnol Botanico Monspeliensi* à se edito clarissimus, cujus suavi conversatione sæpius frui licuit, novam *Morisonii* methodum, quâ à seminum formâ characterem proprium & naturalem ceu potissimâ herbæ parte deducit, in totum haud valere, nec strictè unicum semen expectandum esse ad cognitionem plantæ exactam habendam, ita ut quibus partes externæ seminum similes sunt & conformes, illæ genere conveniant, quibus verò dissimiles differant. ut insuper Cumini vulgaris semine striato, lævi & ejus quod hispidum & villosum est, pastinacæ itidem latifoliæ & Sisari, papaveris corniculati & capitati aliorumque exemplo docetur contrarium, quamvis ut verum fateamur cum *Helmontio Potest. Med.* § 29. primitiva veritas velit, ut arborem cognoscamus ex fructibus: verùm quia ipsa seminum anatome monstrat, ea præcipuè esse foliola eleganter complicata primùm in germinatione, emergentia exemplo phaseoli, in quo folia phaseolorum, qualiter post germinationem adparent, manifestè patent, ut & *Convolvuli*, quod ex foliolis in rotundum convolutis constat, patebit quod ipsa fructificatio haud adeo excludat folia, quamvis illa bina foliola à reliquis in plurimis plantis varient ceu quæ velut radix in aërem quoque & exinde nutrimentum hauriunt, protrusa videntur, imò & ipsa folia subsequentia, ut *Cap. X.* diximus, in gemmarum ulteriorem protrusionem, succum intra se digerendo faciant. Quare & alius è gente Anglorum de re Bo-

nicâ

tanicâ meritissimus, etsi ex professo non sit Medicus, *Johannes* nimirum *Rajus* præter semina plantarum earumque conceptacula, insuper flores & perianthia ad genera & Vegetabilium constituenda in usum (vel ad ductum *Cæsalpini*, qui ex situ seminis & floris differentias jam desumendas dixit) adhibuit, eò quòd nonnullorum generum certiores longè notas quàm aut semina vel eorum involucra suppeditent. Prout autem is methodo inversâ, quàm est Bauhini nostri, prius ab Arboribus incipit, ita non inconveniens erit hîc proponere qualiter ille *Meth. nov. Plant.* per Tabulas synopticas universum Plantarum apparatum ob oculos sistat, nimirum primum locum concedit (ut & supra dictum) *Arboribus* Pomiferis, Pruniferis, Bacciferis, Nuciferis, Coniferis, Lanigeris, Siliquosis, arboribus vasculis seminalibus membranaceis membrisque extantibus aut adjunctis auctis, Anomalis tandem & sui generis Dein *Fruticibus*, bacciferis foliis deciduis non spinosis & spinosis, Fruticibus seminibus nudis aut vasculis per maturitatem siccis inclusis floribus non papilionaceis & papilionaceis, tandem herbis frutescentibus. Has sequuntur *Herbæ* primùm *imperfectæ*, semine minutissimo, capillares, flore imperfecto stamineo, flore imperfecto sexu carentes & monospermæ semine triquetro, flore composito planifolio naturâ pleno lactescentes, Papposæ herbæ flore discoide, flore discoide nudo, flore composito discoide, Corymbiferæ, Capitatæ, flore composito anomalæ; *Herbæ flore perfecto* seminibus nudis solitariis, *Umbelliferæ*, semine crassiore & minus compresso, *Stellatæ*, asperifoliæ, verticillatæ fruticosæ, verticillatæ herbaceæ, semine nudo polyspermæ perianthio vel nullo tectæ, Pomiferæ, Bacciferæ, multisiliquæ, Herbæ *flore monopetalo* uniformi & difformi bicapsulares, vasculis seminalibus in terna vel plura loculamenta divisis, ut & herbæ *tetrapetalo flore* uniformi siliquosæ, item semine globoso & capsulâ brevi incluso, anomalæ tales & sui generis variæ. Herbæ flore *papilionaceo* scandentes, erectæ, siliquis articulatis, siliquis geminatis, trifoliæ. Herbæ flore *pentapetalo* seu polypetalo foliis in caule conjugatim vel nullo aut alterno ordine dispositis, anomalæ. Herbæ *culmiferæ*, grano majore, minore. Herbæ *graminifoliæ* non culmiferæ flore stamineo. Herbæ *radice bulbosâ* magis vel minus graveolentes, his affines aliæ & *anomalæ*. Uti verò exactam eamque amplam Ingeniosissimi hujus Auctoris hinc elucescentem Vegetabilium notitiam plurimùm admiramur, non tamen nobiscum aberit Clariss. *Rajus* florum formam quoque non minus ac foliorum in ejusdem generis plantis plurimùm variare, ut sæpius etiam in ejusdem generis plantis à foliis genus essentiale, subalternas species verò à floribus desumi debeant, vel exemplo *Helleborinum* specierum, in quibus folia ubivis similia, flores autem dissimiles, ut in *Calceolo Mariæ*, à floribus juxta *Morisonium* ita dicto, (quique flore juxta *Bauhinum* apud Helvetios duplo est majore quàm

apud

apud Noricos) qui ob folia helleborum pro genere agnoſcit, floribus autem ab aliis Helleborines ſpeciebus diſcrepat. Quare & cum aliis magis optandum erit, ne ſemper eandem cantilenam cantando quoad Virtutes Vegetabilium parcè cognitas, ut in Veterum ſcriptis patet, potiùs ob formam intrinſecam ſeu Virtutes intimas & ſpecificas cognoſcendas *tandem* certemus, quàm ſaltem in nominibus & locationibus plantarum nos exceſſivè exerceamus, ceu non ſine causâ hac de re conqueritur, præter *Helmontium*, *Thurneiſerus in Epilogo Tr. de Quint. Eſſent.*

Seh einer alle Herbaria an/
Da iſt nichts denn der erſt Effect,
Kein neu-erfundne Kunſt drinn ſteckt/
Und iſt nichts anders drinn denn Zanck/
Vom Gſchmack der Kräuter/Gſtalt/Farb/Gſtanck/
Und obs den rechten Namen hab/
Was der ſchreibt/ ſchlägt jhm jener ab/
Und ſpricht/ er hab das recht nicht gnennt/
So es doch jhrer keiner kennt/
Und zancken ſich zu aller Zeit.

Qualem etiam ſuperabundantem ſcrupuloſitatem exſibilat Amicus honorandus *Cl. Cardilucius Præf. in Offic. Chymiatr. Hartm.* exemplo Vetularum, quæ quibusdam experimentis ſæpe difficiles affectus curant, quamvis pauciſſimas herbas cognitas habeant, id quod ſatis vulgare eſt in mundo, qui minus neceſſariis occupatur, eaque quibus maximè opus eſt negligit, quod tamen citra præjudicium allatum volo: Attendiſſe tamen quoque ad hoc videtur celebris ille trium Cæſarum Medicus *Crato à Crafftheim in Epiſt. ad Joh. Scalig. Exercitat. de Subtilitate*, ubi ita de ſe loquitur: De me nihil „ præclarum & eximium quod ad βοτανικὴν attinet, dicere poſſum, alios „ βοτανικοὺς malo; Mihi ſatis eſt neceſſaria noſſe & ſimplicium medicamen- „ torum non facultates primas tantùm, verùm ſi queam proprias, & expe- „ rientiâ & ratione ſeparationis purioris partis ab impuriori & quaſi ſpi- „ ritus naturalis, qui humido aqueo vel oleaginoſo inſidet, ut ita dicam, „ evocatione cognoſcere, & ut ad tuendam valetudinem uſui ſint, ope- „ ram dare; quem proin ſpiritum prælaudatus *Thurneiſerus* ita loquentem „ proponit, *p.* 81.

Wer mich auß Metall treibt und bringt/
Hat ein Ding/das all Ding durchdringt/
Wo ich von Gold und Silber weich/
Da iſt es Meſch und Bley geleich:

Wer mich Bley/Kupffer geben kan/
Der darff kein Sorg umb Nahrung han/
Wo er woll nemmen Tranck/Kleid/Speiß/
Den heiß ich Philosophum weiß/

Welcher mich in den Planten kennt/
Mich von allen Saltzen/Säfften trennt/
Der schäm sich nicht der Kunst noch meyn/
Der wird ein geschickter Artzt seyn.

Atque hic quoque spiritus quia non minus in foliis aliisque partibus radice, caule prius dispersus erat, eaque vivere & vegetare fecit, quàm postea in seminibus se concentravit & abscondidit, ultrò patebit, injustè folia plantarum, ex quibus spiritus præparatione elici & decenter capi debet, pro partibus haud haberi. Maneat hinc laus *Morisonio, Rajo* Anglis, priorisque monumentum ære perennius duret à *Clariss. Dn. Ammanno Lips.* ipsi adornatum: *Qui Plantarum naturas dedit, meruit esse stator perpetuus*; Floreat & in æternum Magnus noster *Casparus Bauhinus*, quem nisi prævium habuisset *Morisonius*, ut in suis ad me datis *Ampliss. S. R. I. Acad. Nat. Cur. Præses*, oleum & operam in curioso hoc studio perdidisset, unde nil quicquam detrahendum laudibus ejus, quas ipsi meritò attribuit *Jonsthonus in Præfat. de Arbor. & Frut.* ubi ita de *Bauhino* loquitur: *Casparus Bauhinus in Botanicâ eruditione PRINCEPS est*, ceu qui *admirabili & stupendo artificio, ad aliquot centurias, immensum illum ex terrâ erumpentium plantarum exercitum tanquam sub sua signa reduxit, & ne aliorum monumenta protererentur, Synonimias quoque addidit.* Dum verò tanti Viri opus 40. annorum, *Pinacem* scilicet, quis perlustrabit, velut in horto eleganti & jucundo Vegetantium theatro constitutus, notabit Libros ceu *pulvinos XII.* Sectiones velut *Areolas* 72. tribus his hexametris comprehensas à *Zach. Rosenbachio*:

Gramen adest *Bulbus*que, *Olus* atque *Umbella*, *Venenum*,
Atque Corona, *Odor* & *Flos* est, vescumque *Legumen*,
Carduus in spinis, *Frutex* succedit & *Arbor*.

Ad hujus ergo imitationem, Lectori meo haud adeò ingratum fore confido, si sequentem Hortulum Plantarum notissimarum & usitatissimarum in Culinis & Officinis, Ichnographiâ Bauhinianâ depingam, ac suos in velut thalamos vel pulvinos, quibus illæ insternantur, adornem, sepimentisque includam, sicque ipsi Methodum disponendarum commodè Plantarum velut digito commonstrem.

Hortus

Hortus

Vegetabilium notabiliorum ac maximè uſualium in duodecim pulvinos diviſus.

Pulvinus I.

1. *Gramina*, Caninum.
2. Juncus odoratus, Floridus. Nardus *Ind.* Cyperus. Equiſetum.
3. Arundo *farcta max. atro-rubens*, *Saccharifera.*
4. *Frumentum.* Triticum. Zea. Hordeum. Avena. Oryza. Milium. Panicum.
5. Aſphodelus.
6. Iris *noſtras*, *Florentina.* Acorus verus. Galanga. Zingiber. Zedoaria. Curcuma.

Bulboſa fovens II.

1. Iris bulboſa. Hyacinthus, *Stellar. Indic. radic. tuber.*
2. Narciſſus, *fl. ſimpl. pleno.* Leucojum. Tulipa. Fritillaria.
3. Crocus. Colchicum, *varieg. autumn.*
4. Cepa. Porrum. Scilla.
5. Lilium alb. purpuro-croceum. Martagon. Corona Imperialis.
6. Orchis, *fucum, muſcam* referens. Ophris.

Oleracea continens III.

1. Rapa. Rapunculus. Raphanus. Lepidium. Iberis. Eruca. Sinapi. Eryſimum. Perſicaria.
2. Naſturtium. Thlaſpi. Burſa paſtoris. Alliaria. Cochlearia.
3. Braſſica *capitata*, *Criſpa.*
4. Iſatis. Acetoſa. Lapathum hort. Oxylapathum. Rhabarbarum. Centaurium *majus.*
5. Beta. Atriplex. Parietaria Mercurialis.
6. Lactuca. Endivia. Cichorium. Dens leonis. Hieracium. Chondrilla. Senecio. Jacobæa.

IV.

1. Tanacetum *vulg. Africanum.* Matricaria. Chrysanthemum. Buphthalmum. Chamæmelum.
2. Abrotanum. Artemisia. Botrys. Absynthium *pont. Santon.*
3. Millefol. Consol. reg. Fumaria. Chelid. *maj.* Aquileg. Nigella.
4. *Umbellifera.* Cumin. Fœnicul. Anethum. Meum. Pyrethrum. Daucus. Pastin. *tenuif.* Chærophyl. Apium *hort. crispum.*
5. Pastinaca *sat. latif.* Sisarum. Angel. Imperat. Sphondyl. Carui. Coriandr. Anis. Pimp. Cicut. Ligust. Filipend. Ulmar.
6. Valeriana *hort. sylv. maj. min. campest. inodora maj.* Nardus *Celt.*

V.

1. Solanum, *baccif. pomif.* Mandragora. Hyoscyamus. Nicotiana. Papaver *hort. erraticum.*
2. Anemone. Adonis.
3. Ranunculus *prat. palustr.*
4. Aconitum. Doronicum. Helleborus *albus, niger.* Helleborine.
5. Gentiana. Plantago. Psyllium.
6. Pyrola. Bistorta. Nymphæa. Arum. Asarum. Tussilago. Petasites. Lappa.

VI.

1. Viola *Mart. matron.* Leucojum *non bulb. lut.* Lychnis Sapon.
2. Caryophylléi flores seu Armerii.
3. Antirrhin. Linaria. Linum. Stœchas. Lavendula. Rosmarinus.
4. Hyssopus. Satureja. Thymus. Epithymum. Serpillum. Pulegium. Dictamnus *alb. Cret.* Origanum. Marum. Majorana. Clinopodium. Basilicum.
5. Mentha. Calamentha. Melissa. Marrubium. Urtica. Sideritis. Euphrasia. Betonica. Scrophularia.
6. Salv. Hormin. Verbascum. Verbascul. Auricula Ursi. Digit.

VII.

1. Veronica. Scordium. Chamædrys. Chamæpitys. Beccabunga.
2. Borrago, Bugloſſum. Echium. Cynogloſſum, Lithoſpermum. Conſolida, *maj. med.* Pulmonar. Brunella. Bellis.
3. Piloſella. Gnaphalium. Conyza. After Atticus. Virga aurea.
4. Verbena. Succiſa. Scabioſa. Cyanus. Tragopogon. Scorzonera. Caltha. Calendula. Helenium.
5. Centaurium *min.* Gratiola. Hypericum. Polygonum. Sedum. Umbilicus ♀. Aloë.
6. Telephium. Portulaca. Tithymalus. Lathyris.

VIII.

1. Scammonia. Convolv. Bryonia. Jalapa. Lupul. Vitis.
2. Clematis daph. Periclym. Aſclep. Polygonat. Lilium conv. Unif.
3. Hedera *arb. terr.* Cymbalaria. Balſamina. Ariſtolochia. Cyclamen. Gram. Parnaſſi. Saxifraga. Chelidonium *min.* Nummular.
4. Cucumis. Melo. Citrullus. Cucurbita. Colocynthis.
5. Malva. Althæa. Geran. Sanicula. Alchimilla. Cannabis. Eupator. Agrim. Agerat. Caryophyllata. Dentaria. Pœonia.
6. Quinquefol. Tormentilla. Fragaria. Trifol. *acetoſ. hepat.* Melilotus *Ital.* Lotus hort.

IX.

1. Rubia. Aparine. Matriſylva. Mollugo mont. Gallium lut. Cruciata.
2. Ruta. Thalictrum.
3. *Legumina.* Faba. Phaſeolus. Piſum, *coccin. Americ.* Vicia. Lens.
4. Ervum. Cicer. Lupinus. Fœnumgræcum. Glycirrhiza, *ſativ. ſylveſtris.*
5. Securidaca. Ferrum equinum. Polygala. Ornithopod.
6. Orobus ſylvat. Galega.

X.

1. *Capillares.* Lingua cervina. Hemionitis. Ophioglossum. Ceterach. Lunaria. Capillus ♀. Trichomanes. Polytrichum aureum. Ros solis.
2. Filix *mas, fœmina.* Lonchitis. Polypodium.
3. Muscus, *pulm.* Lichen. Lenticula palustris.
4. Corallina. Alga. Corallium. Androsaces. Spongiæ.
5. *Fungi.* Agaricus. Tubera.
6. *Cardui,* benedict. Mariæ. Carthamum. Carlina. Scolymus. Dipsacus. Eryngium. Euphorbium. Tragacantha. Anonis.

Frutices, Arbores XI.

1. Lign. Rhod. Santal *rubr. alb. citr.* Aloës, Colutea. Senna.
2. Jasmin. Lentisc. Terebinth. Balsam. Pistacia, *sylv.* Siliqua. Cassia.
3. *Arom.* Nux *myr. Maciæ.* Cinam. Caryoph. Piper. Cubeb. Cardam.
4. Sorbus. Frax. Nux, *jugl. avellan.* Castan. Fagus. Querc. Ilex.
5. Tilia. Ulmus. Ostrya. Betula. Alnus. Euonymus. Viburn. Populus. Gossipium. Acer. Platanus. Sassafras. Ricinus.
6. *Pomiferæ.* Malus. *Cydon. Citria, Arantia, Punica, Persica, Armen.* Pyrus, Amygd. Prunus, *sat. sylv.* Myrobal. Sebesten. Jujubæ. Cornus *hort. mas. fœm.* Lign. Gujac. Ebenus. Cerasus.

XII.

1. Mespillus. Berberis. Grossul. Ribes. Sambucus. Ficus. Morus. Laurus. Laureola. Chamelæa. Thymelæa. Oleander.
2. Cistus, hypocistis. Chamæcistus. Cistus ledum *unde* Ladanum.
3. Myrtus. Ruscus. Myrtillus. Buxus. Olea. Salix. Agnus castus. Ligustrum.
4. Rhamnus. Rubus. Capparis. Rosa *rubr. pallid. varieg. alb. sylvest.*
5. Tamariscus. Sabina. Cupressus. Juniperus. Asparagus.
6. Pinus. Pinaster. Larix. Abies. Palma. *Succi inspissati. Gummi, Resina.*

Quòd si verò in Plantarum in hactenus depictis sepimentis inclusarum Nomenclaturam (quæ adeo variat, ut plus laboris consumpserint plures Botanici, quoad nomen plantarum quàm earundem vires ritè indagandas, ut dictum) inquirere lubet, patebit hæc nomina iis pro diversitate circumstantiarum esse imposita. Sic enim aliæ nominantur ab 1. Inventoribus, ut *Gentiana* à Gentio Illyriorum Rege, teste *Dioscorid. Lib. III. Cap.* 3. *Artemisia* à Reginâ Artemisia, referente *Cardil.* Stadt- und Land-Apotheck/ *Tom. III. Dedicat.* *Nicotiana* à Joh. Nicotio Regis Galliæ Consil. scribente *Casp. Bauhin Pinac. Theatr. Bot. p. m.* 169. &c. 2. Loco natali, verb. gr. *Caltha palustris, Ruta muraria, Colchicum*, &c. 3. Tempore, *Viola Martia, Primula Veris, Calendula* eò quod singulis calendis floreat, &c. 4. A Facultatibus *Hepatica nob. Consolida*, quæ tamen ut *infra* dicemus, pluribus adhuc plantis ex usu communis est; *Acorus*, quia, ut notant *Bauhinus* & *Galenus* τῆς κόρης, id est, pupillis sive aciei oculorum caliginosæ medetur, *Dictamnus* ἀπὸ τοῦ τίκτειν à pariendo, quòd facilè parere faciat, doloresque mitiget, quare & Lucina olim dictamnis coronata fertur, nam in potione non solùm assumptus, verùm & appositione & suffitu partus emortuos ejicit, verba sunt *Dioscorid. Lib. III. Cap.* 37. quod nec Virgilio ignotum, ita enim *Æneid. Lib. XII.*

At Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Idâ.

Scrophularia, Polygala, Urtica, Centaurium, Saponaria, &c. 5. Sapore, ut *Acetosæ, acetosella, Pyrethrum.* 6. Odore, *Caryophyllata, Alliaria*, &c. 7. Colore, *Iris* ab arcûs cœlestis similitudine, notante *Dioscorid. Lib. I. Cap.* 1. *Chrysanthemum, Virga aurea*, de quâ vid. *Barclajus in Satyrico*, &c. 8. Ab Animalibus, *Pulegium, Psyllium, Melissa, Ranunculus*, quorum nota characteristica, habere florem ex quinis filiolis conflatum, quem sequatur capitulum compactum ex seminibus compressis & acutis, quia non per omnia in omnibus respondet, patet quod *Morisonius* novâ suâ methodo in vastissimo plantarum numero, minimè omnem confusionem evitari sic posse, præstiterit. 9. Formâ externâ, ut *Nummularia, Asphodelus, Pyrola, Cochlearia, Digitalis*, &c. item à figurâ radicis, ut *Cyclamen* ob radicem cyclum repræsentantem. Vid. *Mœllenbroëccii Cochlear. Cap. I. pag. m.* 15. & seq. ut & *Tiling. de Rhabarb.* maximè verò *D. D. Paulum Ammannum in Charact. Plant. pag.* 29.

CAPUT

CAPUT XXI.

De Horti continuò virentis adornatione.

PRædicti verò Hortûs Vegetabilis occasione, non alienum erit cum *Verulamio in Sermon. Fidel.* hîc proponere, qualiter *Hortus Regius* instituì debeat pro singulis anni mensibus, in quo separatim Plantæ, quæ illo mense florent & vigent producuntur, præsertim dum ad hujus normam Methodum in cognoscendis plantis tradit *Hortus Eystettensis*, quam ut ut insigniter carpat *Morisonius Hort. Blesens. p.* 474. eò quod characteristicam Vegetabilium notam minimè sistat, nil tamen impediet, quò minus curiosus Botanicus in his se exercere possit, præsertim quia ad memoriam localem facit & tempus vigoris plantarum unà indicat, quò sciri possit, si v. g. *Dentaria, Chelidonium minus, Fumaria bulbosa*, &c. aptè (observatis aliis) colligenda, ea ruri mox acri soluta hyeme reperiri, autumno verò in cassum inveniri, monente *Sim. Pauli Quadripart. Botanici Class. I. p. m.* 2. qui & inde quadripartito (qualiter Societas Indiæ Orientalis Belgica in Regno Siamensi hortum suum divisit in quatuor areas, quarum una Africanas, Asiaticas altera, tertia Americanas & quarta Europæas arbores plantasque complectitur) Commentarium divisit & de iis plantis primò quæ hyeme, mox quæ vere, dein quæ æstate, tandem quæ autumno vel florent vel vigent vel fructus ferunt, exemplo *Dodonæi*, agit. In *Floribus* speciatim quî hoc adornari possit, docet *Laurembergius*, nimirum postquam in pulvillos dirempta est floriferii area, primò omnium *Rorismarini* aut *Cupressi humilis* fruticem unum & caryophylli item alternis locis colloca, ut quisque *Rosmarinus* à latere sibi oppositum habeat caryophyllum, sic verò instruantur plusculi pulvilli, dehinc *Tulipæ, Narcissi, Fritillariæ, Coronæ imperiales* passim sine ordine inter *Roremarinum* & *Caryophyllos* plantentur, tertiò *papaveris pleniflori* granula similiter huc illuc per totam aream & bulbosa illa spargantur & seminentur: Tali verò factâ dispositione, videntur primò omnium florere Narcissi & Tulipæ & Coronæ Imper. ut si eminus hortum quis adspiciat, judicet totum esse obsitum his floribus: emortuis Tulipis aliisque bulbosis, *Rorismarinus* viridissimus comparebit & paulatim flores papaveris se produnt & altius assurgunt, qui brevi pulcherrimè florent; quibus denique paulatim decidentibus novissimè florebunt *Caryophylli* & obtegent faciem totius floriferii, quo spectaculo jucundissimè oculi pascuntur. Verùm uti flores saltem aliquot menses durant, ita constanter magis per integrum annum Hortus amœnus & elegans habebitur, si naturâ duce, pro genio

genio Vegetabilium & climatis conſtitutione, certis menſibus certa Vegetabilia aſſignentur, nimirum pro *Menſe Decembri, Januario* & *fine Novembris* plantæ eligendæ, quæ per totam hyemem vireſcunt, velut *Abies, Pinus, Cupreſſus, Laurus, Juniperus, Ilex. Buxus, Caſtanea equina, Lavendula, Roſmarinus, Aurantia, Limones & Myrtus,* ſi calidariis conſerventur, *Amaracus* juxta parietem & versùs ſolem ſatus, *Helleborus, Aconitum* : pro *fine* verò *Januarii* & *Februarii*, prout erit tempeſtatis conditio, *Mezereon, Crocus vernus, Leucojon bulboſum, Pſeudonarciſſus luteus, Primula veris, multiflora, prolifera, Auricula urſi, Anemones, Tulipa præcox, Hyacinthus orientalis, Chamairis, Fritillaria.* Pro *Martio*, omne genus *Violarum*, maximè *purpureæ ſimplici flore, Bellis rubra, cærulea, Ornithogalum, Amygdalus, Malus Perſica, Cornus, Rubus odoratus, Arbor Judæ, Hyacinthus racemoſus.* Pro *Aprili, Viola flore albo multiplice, Tuliparum varia genera, Narciſſi varii, Lillach, Lilium inter ſpinas, Pæonia, Ceraſus* & *Pirus & Prunus diverſi generis in flore*: Pro *Majo* & *Junio* omne genus *Roſarum, Lilium convallium, Leucojum luteum, Flos Africanus, Caryophyllorum varia genera, Vitis flores, Malus florens, flos cyaneus, Orchidum genera, Nigellaſtrum.* Pro *Julio, Tilia florens, Malva hortenſis, Lychnis coronaria, Conſtantinopolitana miniata, Flos Barberini, Amaranthus tricolor, Jaſmini flores, Campanula pyramidalis, Pira & Poma & Pruna pracocia.* Pro *Auguſto, Pruna* omnium generum, *Pira, Mala Armeniaca, Nuces avellanæ, Morus, Melones moſchatellini & varia genera Conſolidarum regalium Stœbesque Auſtriacæ, Sena,* &c. Pro *Septembri, Uvæ, Poma, Mala perſica, Cotonea, Corna, Pyra hyemalia.* Pro *Octobri* & *initio Novembris, Sorba, Meſpila, Pruna ſylveſtria, Roſa ſeræ,* &c. Quæ omnia elegantiùs virebunt, ſi, horto in medio exiſtente, Graminetum ſit in introitu & Fruticetum in exitu. Vid. *Hiebneri Horticultura.*

CAPUT XXII.
De Collectione Plantarum vulgari, Medicâ & Aſtrologicâ.

UT autem aliquis feliciter non ſolùm in prænominatarum & aliarum Plantarum Notitiam, Formam ſcil. externam pervenire poſſit, Comite exercitato & perito Botanico, diligens *Vivarum Inſpectio*, præter illam quæ ex *Horto Eyſtett. Horto Malabarico, Lobel. Dodon. Fuchſio, Tabernæmontano, Breynio* haberi poteſt, omnem abſolvit paginam, ſed prout tum in Augmento, tum ſtatu, tum declinatione ſunt, vel flores vel ſemina exhibent (quo præterea patet etiam à foliis cognitionem Plantarum deſumi debere non ſaltem à floribus vel ſemine) quod inculcat Pedanus *Dioſcorides* Anazarbeus

zarbeus, imperante Augusto Cæsare, apud Ægyptios sub Antonio & Cleopatrâ Medicus famosissimus *de Mat. Medic. Præfat. Lib. I. p. m. 3. Cui in animo est*, inquit, *harum peritiam assequi, necesse est eum primâ germinatione solo emergentibus, adultis & senescentibus adesse. Nam qui pullulanti herbæ duntaxat adstiterit, adultam cognoscere non potest, neque qui adultam tantùm inspexerit, nuper erumpentem noscet. Quo fit ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum seminisq; magnitudinem, & id genus alias peculiares notas, nonnulli qui olim has rerum varietates non perspexerunt, magno in errore versentur. Ergo qui sæpiùs ad visendas herbas & earum natales se contulerit, earum cognitionem maximè consequetur.* Colligendæ autem cum floribus & integræ, ac tum in certum ordinem redigendæ, quare Autores varia subministrant adminicula, variam suadent methodum, ex quibus meritò nobis series Horti nostri hactenus depicti, ac *Magni Bauhini* methodus supra laudata arridet, juxta quam Plantæ ornatissimè disponentur, ad *Herbarium*, ut vocant, *Vivum* (quale elegans Bononiæ in *Musæo Aldrovandi* & *Caspiano* & hîc in *Archivo Plateri* videre licuit) concinnandum, si prius herbæ virescentes in chartam bibulam diligenter extendantur & in prelo aut alio modo decenter comprimantur (qualiter & plantæ prius atramento impressorio ope pilarum typographicarum superillitæ egregiè depinguntur, coloresque insuper florum vernice adpropriatâ repræsentantur, ut sic in momento vix accuratior effigies haberi possit) sicque siccatæ postea chartæ scriptoriæ annectantur, iisque tandem nomina adscribantur, qui modus vulgaris est. *Spigelius Isag. in Rem Herbar.* peculiarem hortos hyemales conficiendi rationem exhibet, dum plantas compressas, exiccatas, glutine ex taurocolla in Aceto maceratâ & igne liquefactâ, additâ Aloë hepaticâ & pulvere caryophyllorum ne à vermiculis erodantur, parato, oblinit & sic chartæ agglutinat. *Excell. Hannemannus Meth. cogn. Veget. p. m. 24.* communem Viridarium artificiale componendi modum secundùm Plantas hortenses, Exoticas & Sylvestres proponit, curiosum verò herbas integras condendi, quo parùm à nativo suo vigore differre videntur, reservat, id quod tamen Baronem quendam exiccatione earum ad ignem prius in arenâ cribratâ vel ovorum corticum tritura, quæ alias ad clepsammidium usurpatur, reconditarum obtinuisse novi. Videatur *Laurenb. in Botanotheca* in *Pauli Quadrip. Botan.* Atq; hæc de *collectione Plantarum Botanicâ vulgari.*

Quod verò *Collectionem Plantarum earumque Partium usûs Medici* gratiâ factam concernit, colligendæ quando sui Vigoris terminum attigerunt, & Virtus earum in statu proximè est, & hoc pro diversâ singularum partium natura, unde *Verno* tempore eoque sereno *Radices* effodiendæ, quo succus nutritius nondum in plantam est exantlatus, sed, ut loquitur *Helmontius Pharmacopol. §. 16. p. 284.* multâ jam quiete saturæ, expergefacto Archæo germi-

germinascere meditantur, quod in *Polypodio* & *Bryoniâ* &c. expertus didicit: *Æstate* verò cùm à radicibus in folia & flores ferè est exhaustus: *Folia* & *Flores*, dum succulenta pleno cruore madent: Circa *Autumnum* cùm ad ἀκμὴν perfectionis suæ terminum devenerunt, *Fructus* & *Semina* ferè arida.

Extra hos limites nonnulli vagantur, dum *siderum aspectus* studiosè observant, ac sec. *influentias stellarum* plantas prædicto tempore colligi debere ex fundamentis *Astrologicis* autumant, quatenus secundùm concatenatum rerum consensum cum stellis consentiunt res terrestres, & ipsæ partes in homine, quæ veluti per spiritum qui in partibus residet stellas microcosmi æmulantur, volunt nimirum *septem Planetis* correspondere septem principaliora viscera Corporis humani, *v. gr.* Soli Cor, Lunæ Cerebrum, Jovi Hepar, Marti Cystim fellis, Saturno Lienem, Mercurio Pulmones, Veneri Renes & Partes genitales (unde etiam *Elias ille Hesling* ex metallis his correspondentibus suum *Azoth Lapidis Philosophici Theophrasti* ceu medicamentum universale elaboravit & suo *Theophrasto redivivo* inseruit,) in quibus veræ planetariæ virtutes eluceant, & *duodecim signis Zodiaci*, viginti octo mansionibus à Veteribus sapientibus simulacris expressis, Partes universi Corporis humani, quas Sol microcosmicus, Cor nimirum mediante sanguine & spiritu vitali, & Luna, Cerebrum mediantibus spiritibus animalibus, imò sec. *Willisium Anatom. Cerebr. Cap. XX. p. m.* 100. mediante succo nervoso perambulat, & à quibus stellis æmulâ virtute homo variè afficiatur, ceu *Paracelsus* præcipuè in Medico requirit, ut astris subtrahere corpora sciat; hinc etiam statuunt Vegetabilia consensum illum cum stellis tam Macrocosmi quàm Microcosmi exprimere, sub duodecim vexillis cœlestium Capitaneorum seu signorum Zodiaci militare, hæc verò suo Regi Soli ejusque conjugi Lunæ, cæterisque quinque astralis regiminis Condirectoribus scil. Planetis ♄, ♃, ♂, ♀, ☿ (quos *Trismegistus Mercurius* septem mundi dominatores vocavit, taliterque de iis *Abbas Trithemius* tractatum conscripsit ad Maximilianum Imperatorem ad futurorum temporum cognitionem adipiscendam) obedire, eorumque influentias per singulos menses aliter atque aliter distribuere, unde rursus alia *Vegetabilia* vocant *Solaria*, quæ sint *Cordialia*, ob ♌ solis domum cordi & plurimùm etiam unà cerebro amica ob ♈ solis exaltationem (qu de re necessum est scire quomodo corpus humanum distribuatur planetis & signis) ut *Citrus*, *Melissa*, *Cinamom.* alia *Lunaria* quæ sint Cephalica, ut *Pæonia*; *Jovialia*, quæ Hepatica, ut *hepatica nobilis*: *Saturnina*, quæ lieni ejusque morbis ut *scolopendrium*, &c. succurrant, prout, præter *Augustum Etzlerum in Isagoge Physico-Magico-Medicâ*, *Helvetium in Amphith. Physiognom. Med.* aliosque, ejusmodi Typum Sympatheticum Microcosmi cum Megacosmo exhibet magnus *Athanasius Kircherus Oedip. Ægypt. Class. IX. Medicin. Hieroglyph. Cap. III.*

p.358. qui & refert, quòd Ægyptii, ut morborum radices efficaciùs extirparent, Medicinas singulis membris appropriatas, ex plantis, animalibus, dictis membris analogis, sub correspondente cœli situ & horâ compositas alembico imposuerint & destillatione continuâ inde aquam purissimam, subtiliss. atque ætheri seu quintæ essentiæ mundanæ, quem spiritum animæ mundi dicebant, simillimam summâ industriâ extraxerint. Prout & ad Spiritum vit. corroborandum Cor hominis rec. occisi & adhuc calidi eximebant. vel hepar, &c. quod minutas in partes contusum, mixtis herbis, si cor esset, cordialibus: si hepar, hepaticis, &c. alembico inclusum igne lento destillabant, liquoremque inde provenientem, Medicinam appropriatam & specificam illius membri vocarunt. Et Cadavera, Mumias, condita, minutim secta, ad Panacæam destillabant, ad cujus imitationem hoc adhuc seculo ex cerebro humano, hominis nimirum decollati, addito ⊖le comm. & ossibus humanis calcinatis affusoque 🜊 & ~ ⊕li liquorem, oleum & ex residuo per elixiviationem sal obtinuit, ut excellentissima arcana ad cerebri morbos, maximè epilepsiam abigendos *Poppius Thesaur. Medic. p m* 52. ceu pariter quoque ex oculorum decollatorum statimque effossorum calescentiumque humoribus in B. M. per 14. dies digestorum, aqua destillatur cœcitatem omnimodam abigens, teste *Becchero* im Chym. Glückhafen *p. m.* 769. Quò verò cognoscatur, quibus Planetis Vegetabilia respondent, attendunt sub quo Planetæ aspectu Vegetabile aliquod meliùs plantetur, nascatur, quando & quo tempore feliciùs promoveatur, sub quo situ, constellatione magis prolificet, maturescat, marcescatque, super quæ omnia Computum & schema quasi Astrologicum conficere jubent, tumque prout Astrologi ex punctô nativitatis, secundùm illud:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu.

varium divinant homini fatum (quod secundùm *Comitem de Flisco pag.* 34. partim inevitabile partim evitabile est, dum voluntas libera, etsi sensu moto à stellis ad consentiendum appetitui allicitur, potest tamen non assentire) ita etiam ex variis mutationibus, passionibus, quas sub hâc vel illâ constellatione Vegetabile aliquod patitur, colligi posse docent, cum quo Planeta illud habeat consensum vel dissensum & cujus etiam virtutes æmuletur vel cui contrarietur, per consequens cui membro corporis succurrat & cui obsit. Quia verò non quovis tempore Vegetabile alicui Planetæ correspondens est in augmento suarum virium, sicut nec Sol v. gr. vires suas habet in ♑ ad nos, prout eas habet in ♌, Vegetabilia etiam statis temporibus hoc augmentum acquirent, & quidem sub hoc vel illo Zodiaci signo, cum quo planta aliqua magis consentit, cognito priùs quas operationes Planeta aliquis vel Zodiaci signum in macrocosmum & microcosmum

exerat,

exerat, & sic illo quoque tempore secundùm recensitam hactenus opinionem erunt colligenda, minimè verò contrario, sic namque facilè ob situm planetæ respectu Vegetabilis diversum possit ejus, v.g calefaciendi vis imminui & natura perverti, id quod *Seseli Æthiopici Matthioli* seu *Cervariæ* (cujus *Plinius Lib.VIII. Cap.* 32. meminit) exemplo *citat. Leonhardus Thurneiserus* asseverat, quæ si colligeretur ☉le vel ♂ in ♌ existente ad internos usus foret summè noxia; Hoc præterea probare intendit *Paracelsus*, ut ex eo refert *Schröderus Pharm. Lib. I. Cap.* 24. *pag. m.* 56. ex frustulo ligni de arbore terræ infixâ deciso & ponderato, & adhuc alio alio tempore æqualiter deciso frustulo, quæ tum simul ponderata, in pondere multùm discrepabunt, unum scilicet erit gravius, alterum levius. Sed hujus causam potiùs deducit *Grube de Arcanis Medicor. Sect. I. Cap.* 4. *art.* 1. *p. m.* 68. ab humiditate excrementitiâ, unde particulis suis adeoque levioribus orbatum, alterum frustulum non possit non esse gravius, absumptis contrà humidioribus, levius, prout res porosa multò fit gravior, si aquam imbibit, eâ verò absumptâ, levior. Hinc etiam minùs verosimile judicat, advertendum esse justò scrupulosiorem in plantis colligendis siderum positum, adeoque anxiè inde arcessendam specificam plantæ vim Medicam, quia plantæ alicujus indoles à semine, non à cœlo sit demum derivanda, & virtus specifica seu manifesta unicè debeatur temperamento, cujus effectus genuinus odor pariter & sapor sunt, virium uterque Medicarum index, præterea plantis etiam tenellis vim æquè specificam inesse quàm adultioribus, *v. gr. matricariam* adhuc teneriorem odore suo æquè se prodere uterinam ac adultiorem, quamvis quò ad terminum suæ perfectionis accessit magis, eò quoque vis sit & efficacia fortior, uti in *Menthâ* inprimis mihi observare licuit, & in Purgantibus innuit *Excell. Pechlin. de Purg. p.*85. cui quoque inde non mirum, quòd Arum Ægyptii esculentum prædicent, nostrates verò acerrimum experiuntur, ex usu enim populi sit teneriores sibi asparagos aut vetustiores, adeóque acriores surculos in cibum sibi deligentis. Hinc etiam *Helmontius Pharmacopol.* § 7. *p.* 283. in illâ sententiâ refutandâ occupatus, nauseabundus inquit: *Apage cum nugis istis! seminibus herbarum insunt proprietates, non autem cœlo vel stellis.* Insuper sibi favere scribit *Grube loc. cit. p. m.* 71. *Experientiam* quotidianam, optimam rerum magistram, quia cernamus sæpius, plantas non ex placitis Astrologorum rigidioribus, sed eo potissimùm tempore, quo ipsum vigoris sui terminum attigerunt, collectas, suo utentem rectiùs fructu non defraudare. Quicquid sit, constat nihilominus partes ⊖no-🜍as in Vegetabilibus nunc esse puriores nunc impuriores, & pro vario siderum positu materiæque subtilis influxu Vegetabilia non minus ac Mineralia & Animalia variè alterari & affici posse, dum de spirituosissimo ente mundi omnia pervadente cuncta participant, adeò

ut vel ex Cartesianæ Philosophiæ principiis ex antiquissimis olim Philosophorum opinionibus revocatis, (consulatur *Astrologus Medicus Excellentiss. D. D. Waldschmidii Prof. Marpurg. Celeberr.* ut & ea quæ præter *Corn. Agrippam* & *Paracelsum*, occasione figurarum Talismanicarum *Miscell. Curios. Decad. I. Ann. I.* diximus, posse nimirum nos juxta *Paracelsum* v. gr. ♃ appropriare & rejicere ♂ tem aut alias nobis eligere stellas utiles & commodas loco maleficarum, id est, ex eorum inclinativâ virtute per medium aliquod efficere, ut operentur & postmodum in nos, uti per annulos planetarum, imagines & alia) omni præsertim judicio seposito, *Astrologia nobilissima scientia*, si intra limites se contineat, in totum Medico inprimis non sit repudianda, hinc etiam haud sinistrè *Mœbius Titul. Instit. Med. Astrologiam* vocat *Oculum Medicinæ sinistrum, ut Anatomiam dextram* : Hinc etiam in *Operibus Hippocratis à Van der Linden editis, Tom. I. p. m. 422.* continetur *Libellus Hippocrati adscriptus de signif. Vitæ & Mortis.* qui illud *Paracelsi in Paramiro p. m.* 18. *Nemo Astronomiâ vacuus Medicinâ plenus fieri potest* apertè innuit: *Hippocrates optimus medentium dixit, cujusmodi Medicus est, qui ignorat Astronomiam : Nemo debet se committere manibus ejus, quia non est perfectus Medicus*, nimirum juxta laudatum *Paracelsum* ejusmodi Medicus tentator saltem est, tum tentat in iis rebus, quæ corpus & vitam attinent, estque illud quod nos *Christus* orare docuit, ne in tentationem inducamur. Sunt & alia apud *Hippocratem* loca, quibus Astrologiam magnifacit, ut *de Aere, Aquis & Locis* §. 2. *Oper. Tom. I. p. m. 329.* ubi *non minimam partem conferre ad rem Medicam Astronomiam scribit, sed omnino plurimam* & §. anteced. 1. *Qui temporum mutationes & astrorum ortus ac occasus observârit, quemadmodum singula horum eveniant, prænoscet utique & de anno, qualis hic sit futurus : hoc namque modo si quis rimatus fuerit ac præcognoverit temporum occasiones, maximè de singulis sciet, ut plurimumque sanitatem adsequetur & rectâ viâ procedet, non minima artis suæ gloriâ*, id quod etiam canit *Virgilius*:

Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo
Possumus, hinc messisq; diem: tempusq; serendi
Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat, quando armatas deducere classes,
Aut tempestivam in sylvis evertere pinum.

Adeò ut conjecturę nonnullorum peritorum Astrologorum ab ęquis rerum æstimatoribus non penitus sint rejiciendæ, ceu judicio ex schemate hausto occasione Cometæ Ann. 1664. apparentis à *Celeb. quondam nostro Mathematico D. D. Megerlino p. m.* quoad bellum Belgicum vel ex ipsis verbis laudati Viri patere potest, imò etiam quoad hodiernum bellum Turcicum ob trigonum contrarium, de quo in & *Orat. de Comet. An. 1661.* viso: Vid. suprà *Cap. III.* unde & *Avicenna*: *Quæcunque hic fiunt oportet præexistere*

in motibus

in motibus & conceptionibus stellarum & orbium, & *Agrippa de Occult. phil. Lib. I. Cap.* 12. *p m.* 20. Infunduntur virtutes omnes à Deo per mundi animam, „ particulari tamen virtute imaginum & intelligentiarum præsidum & „ concursu radiorum & adspectuum stellarum peculiari quodam & har- „ monico concentu, quo res velut hymnis quibusdam semper suum opifi- „ cem collaudant, vel exemplo puerorum in fornace Babylonicâ consti- „ tutorum cantantium: *Benedicite Dominum universa germinantia in terrâ*, „ &c. Pariter etiam de *Diæta Lib. I. §. 2. Hippocr. Oper. Tom. I. p. m.* 81. *Sed & Astrorum ortus & occasus cognoscere oportet, quo mutationes & excessus ciborum ac potuum & ventorum & totius mundi, ex quibus sanè morbi hominibus exoriuntur, observare sciat.* Videatur insignis Astrologus *Rutilius Benincasa in Almanaco perpetuo* & *Origanus in Ephemerid. p. m.* 237. ut & *Argolus, Stoeflerus,* quorum hic judicat eum, qui relicto superiorum intuitu circa ægrotos se sapere arbitratur, non saltem desipere verùm etiam insanire, ut meritò laudandus sit Welschius in *Decad. Observ. & Curat.* quod mox figuram cœli erexerit ad crisin eò accuratius formandam. Ejusmodi verò *Influentias stellarum* vocat *Kircherus Oedip. Ægypt. Class. IX. Med. Hierogl. Cap.* 3. *fol.* 366. effluvia peculiaribus facultatibus prædita, quibus res sibi familiares, si robustæ & in vigore stellæ fuerint, roborant, fœcundant, promovent; contrà res sibi contrarias debilitant, depravant, impediunt. Sunt qui dividunt *Familiaritatem* ejusmodi plantarum cum stellis in *primariam* quà stellis illis immediatè subsunt; & *secundariam* qui per stellas amicas, planetas amicos & asteriscos horumque affectiones planetas respiciunt, qua de re videatur *Carrichteri Herbarium*, & qui eum sequitur *Cardilucius in Zodiaco Medico*, ubi de Concordantiâ Vegetabilium cum Zodiaco cœlesti, juxta quatuor trigonos seu qualitates elementares ac complexiones agit ac etiam morbos juxta hanc methodum (qualis & videatur in *Jatromathematicâ Herm. Trismegisti* ad Ammonem Ægypt. ab *Hoeschelio August.* latinè redditâ) raram curare allaborat, quamque experientiæ correspondere præprimis Visci quercini *Paracelsus de Caduc.* §. 4. *pag. m.* 571. & Borellus ligni fraxini, præsertim verò *Myrrhidis* exemplo docet citat. *Thurneiserus*, ceu cujus radix & herba in ☌ ♄ & ♃ in ♋ vel in ✱ ut ♄ in ♋ & ♃ in ♍ sit, ☽ aque in domo IV. collecta in cerevisiâ decocta & cuculi ventro indita & per 13. dies, ☽ crescente usurpata, infallibile sit remedium contra *phthisin* & alia pulmonum vitia, haud aliter ac *Pimpinella saxifraga* odore hirci, ♄ no in ♋ ante ☉ ortum existente collecta, ⊖ le communi s. s. s. faciendo condita per 30. dies & in 🜄 de novo destillata, intus & extus usurpata certò *Hydropem* curat, imò vel in annulo (de quibus & *Agrippa Lib. I. Occult. Phil. Cap.* 47. ubi refert Apollonium à Philostrato Jarchâ Sapientum Indorum Principe acceptis annulis septem planetarum virtutibus & nominibus insignitis singu-

ſingulisque diebus geſtatis ſupra 130. annos vixiſſe juventæque nitorem ſemper retinuiſſe, id quod & hexaedro ſuo corpore taliter ex 7. metallis conflato poſſibile eſſe apertè docet *Hiebnerus de Myſt. Sigill. p. m. 158.* præſertim ſi thema genethliacum ritè obſervetur) ſaltem geſtata *radix Brancæ urſinæ*, ♄no in ♒ & ☽ in ♌ exiſtente, omne delirium melancholicum pellat. Faciat huc candidi *Hier. Welſchii Hecatoſt. I. Obſerv. 122. p. m. 106.* hac de re judicium: *Myrrham Germanicam ex myrrhide ſeu Chærephyllo ſilveſtri proponit Leonhardus Thurneiſſerus de Plant. Cap. 37. cujus tamen nonnulli mendacia incuſant, parùm advertentes in nugarum aſtralium illo cumulo haud pauca tamen etiam præclara & utilia latere.* Præter hos igitur illi etiam circa *Plantarum Collectionem* ſunt curioſi, qui *modum decerpendi in Viribus varietatem* efficere autumant, ut eſt *Helmontius*, qui de *Magnet. Vulner. Curat. §. 30. pag. m. 459.* de *Foliis Aſari* ſcribit, quòd ſi quiſpiam folia Aſari decerpendo ſurſum vellicaverit, purgare aliam, id eſt, tertiam perſonam tractionis neſciam, per vomitum tantùm: ſin autem deorſum carpendo torqueantur ſolam dejicere alvum, prout ſimile de *ſambuco* Idem, & de *Cortice Sambuci* medio refert *Becherus* in Beſchreibung des Hollunders *Cap. 6.* Hæc verò quidam ut ſuperſtitioſa rejiciunt; verùm *Hanneman. Meth. cogn. Veget. p. m. 86.* ad Philoſophiam corpuſcularem confugit, ſtatuens, Particulas dum ſurſum avellitur ille medius cortex, ſitum, motum, figuram & magnitudinem accipere, aptè natam ad ſurſum tendentiam, nam cùm ſuccus ſurſum tendat per hunc corticem, hinc manere in iſto motu primigenio particulas, quo ſemel à prima nativitate imbutæ, hinc etiam illarum operationem propter motum ſemel impreſſum eſſe ſurſum: deorſum verò ſi trahatur cortex, tunc particulas motum primigenium impreſſum amittere, & juxta motum violenter inditum, (qualiter & Ægyptii circumvolutione umbilici, quo inteſtinorum motus aliò vertitur, Dyſentericos ſanant) etiam deorſum præcipitare humores: prout idem *Verbenâ* (quam *Agrippa* præſtare vaticinium & expiationem fugareque cacodæmones cum aliis docet) taliter collectâ comprobat *Maxvellus Medicina Magn. p. m. 195.* quæ dum ☉le in ♋ exiſtente colligitur, ad Cephalalgiam viâ inversâ herba à ceſpite vellenda, quo ſic quaſi alterâ ſeu novâ nativitate ſignetur, ad adſcenſionem humorum fumorumque impediendam in caput, quaſi hinc modo omnes herbas capiti convenientes è terrâ eruendas eſſe opportunum ducit *Artemiſia*que aliorumque inſuper exemplo quoque confirmat *Excell. D. D. Muraltus* in *Colleg. Anat.* Qualiter autem verborum quorundam prolatione (exulet illa Sanctiſſimæ Trinitatis) herbæ colligantur, *Menthæ* exemplo docet *Apulejus de Virt. Herb. p. m. 397.* quam menſe Auguſto legendam jubet manè primo priuſquam Sol exeat, à mundo qui dicat: Te precor herba hedyoſmos per eum qui naſci te juſſit, venias ad me hilaris

hilaris cum tuis virtutibus & effectu tuo & ea mihi præstes quæ fide à te posco: quâ in re vim phantasiæ potiùs quàm verba nuda consideranda esse vult *Wirdigus de Spirit. Nat. Lib. I. Cap.* 30. *p. m.* 233. imperet nimirum desiderio & intentione spiritus fortior imbecilliori, ut hinc ansa data sit *Paracelso* (qui & refert *Lib. I. de Vit. long.* per hanc imaginationem Archasium uniuscujusque eruditi & prudentis hominis scientiam & prudentiam attraxisse) statuendi: In verbis magnam inesse virtutem ut herbis & lapidibus, id quod pluribus quoque probat notissimus ille *Happelius* in *Cormantin* vel *Europ. Histor. Teut. T. IV. p.* 133. exempli loco non solummodo, præter reliqua, adducens Comites Habsburgicos qui manu propriâ, saltem exhibito haustu frigidæ, strumas abigerint, & quendam Tabellarium sibi notum ex ictu in frontem, solâ imaginatione febres abigentem, sed & novissimum exemplar *P. Marci d'Aviano* qui seriò suis ad curandum benedictione vel attactu susceptis, confidentiam cum Diætâ strictâ imperârit, de quâ re quoque vid. *Regn. Anim. Sect. I. Art. VIII.* §. 1. ut & *Pictorium de Spec. Magia*, qui refert Hebræis solenne fuisse collo suspendisse verba (vel exemplo Abracadabra ad febres diminuendo literam ab ultimâ ad primam de quo etiam *Sachsius in Gamarolog.*) maximè sacra, quibus tantam virtutem & potentiam inesse *Rabi Hama Libr. de Speculat.* dicit, ut contra omnes hominum adversas valetudines remedio sint & quascunque molestias propellant scil. Itinerum, Aquarum, Incendii, hostium, Dæmonum vel Armorum ceu Aquis-Sexiis apud *Dn. Lauthier* talia à Turcis gestata vidi. Huc verò etiam spectat quod ex hypothesi Astrologorum modò allatâ, quidam etiam certum situm in colligendis herbis observent, ad Orientem & Meridiem spectando si herba ♄na, ♂lis, vel ♃lis colligitur, eo quòd hi gaudeant esse orientales à ☉le & principalia eorum domicilia, ♒ ♍ ♐ sint signa meridionalia; si verò herba ♀rea, ☿lis, vel ☽ris versùs occidentem, quia gaudent esse occidentales vel contra septentrionem, quia domus earum ♉, ♊, ♋, ♍ sunt septentrionalia. Nos circa collectionem Plantarum ampliùs nil notamus, præterquam quòd *Pharmacopœi* circa illam debeant esse prudentes ac vigilantes, ne in turpem & tristem errorem delabantur, quod maximè monet insignis ille Chirurgus *Bernas*, *Fabritius Hildanus in Præfat. Oper. Medico-Chirurg.* ubi refert, quod periculosum sit à quibusvis hominibus radices emere, eò quòd viderit Radices Napelli commixtas radicibus Ellebori nigri & albi, & observârit hinc matronam quandam Extr. helleb. nigr. ℈ß. interiisse, ingredientibus dubio procul etiam radd. Napelli. Sed pergendum nobis ad alia.

CAPUT XXIII.

De Præparatione Vegetabilium, Aquis destillatis, Spiritibus, Tincturis, Syrupis, Extractis, Elixiribus, Oleis, Salibus & Pulveribus.

QUia verò Collectionem Vegetabilium plerumque subsequitur Præparatio eorum, dum cruda vix in usum exhibentur, (egregiè enim *Paracelsus in Fragm. Med. pag. m.* 343. Stomachus Alchimista est, id est, qui officium alchimiæ administrat, unde Medicamenta majori cum utilitate foris præparantur, priusquam in stomachum illabantur in corpus, tum enim multò potentior operatio erit, id enim nisi fiat crudæ carnis instar erit, quam stomachus multo exquisitius digerit si ingeratur cocta, si ergo is studio flagrat præparandi corpora ciborum multò id verius de præparatione Medicinæ erit) absonum minimè erit hîc quædam de Præparatione eorum proponere; Præparatur autem è Vegetabilibus tum liquida, ut *Aquæ, Spiritus, Tincturæ, Essentiæ*, tum mediæ consistentiæ, ut *Extracta, Olea, Elixiria*, tum solida ut *Salia, Pulveres* debitè exiccati.

I. AQUÆ DESTILLATÆ aliaque qualiter parentur, si non olim Hippocrati & Galeno notum erat (notum autem forsan fuisset, si planta destillatoria, qualem depingit *Grimm Miscell. Curios. Dec. II. Ann. I. Observ.* 146. quæ humorem radice susceptum ope solis per caules & nervos foliorum defluentem, tandem in naturali vase recipienti adversus sitim hominum asservat, ipsis cognita fuisset) vel hodie muliercula non ignorant herbæ, cujuslibet temperamenti eæ sint, in cumulum concisæ aquam fontanam affundentes & opus destillandi in vasis ad hoc aptatis urgentes; Verùm juxta *Helmontium* non nisi sudores plantarum & corpora sine animis, i. e. cadavera audiunt & *Excell. Hannemanni* judicio in *Prodr. Lexici Med. Pr. pag.* 516. nil aliud præ se ferunt ejusmodi aquæ quàm nomen aquæ, v. g. *aqua fl. tiliæ* nil præter aquam fontanam odore florum tiliæ imprægnatam. Ast hoc non nisi de plantis insipidis & inodoris vel parùm odoris, exhibentibus acidisque, quæque viscidæ sunt & in fixiori sui parte terrâque virgineâ maximam virium partem absconditam gerunt, intelligendum esse facilè patet, non autem de iis quæ sapore & odore fortiori excellunt, ⊖osis, △libus aromaticis ♀reis particulis plurimùm fœtæ sunt & haud difficulter in alembicum ascendere vi ignis possunt, maximè si rore matutino menstruali adhuc madeant, vinumque prius affundatur vel pro faciliori resolutione

♌ ♓ci adſpergatur, qualiter *Lilium convallium, Pulegium, Fœniculum, Amaracus, Salvia, Thymus, Spica, Roſmarinus* in Aquas deſtillatas ſuaves viriumque præſtantium deduci poſſunt; Quod ſi autem herbæ ſint, quæ crudè deſtillatæ noxias corroſivasque fœtidoque ſulphure imprægnatas aquas, largirentur, ut *Napellus, Aconitum, Cicuta, Hyoſcyamus*, &c. iis prius *liquor nitri fixi* affundendus, quo deſtillatione inſtitutâ liquor fixus cum herbæ fecibus inutilibus relinquatur, ceu aliàs quoque 🜈 ♀ſatus optimum eſt corrigens ⊖leque ♀ri fixo ſed △ſato Napellus correctus fit innocuus, teſte *Ettmyllero*. Quo verò omnia ex Vegetabili aliquo obtineri poſſint, quæ virium ſunt inſignium, eaque concentrata, ut vel gutta plus valeat integrâ menſurâ vulgariter deſtillatarum aquarum, omnium optimus modus nobis perplacet, quem Chymiater expertus *Stillerus Specul. Nat. Chym. p. m. 5.* communicat: *℞. Herb. rec. cujusvis debito tempore manè ante Sol. ort. dum rore adhuc madet, collectæ quantit. decent. concidatur minutim & indatur cucurbitæ vitr. alembico probè lutato cum apto recipiente, ponatur in B. M. per 14. dies igne leni macerando, poſt augeatur ignis & deſtilletur, uſque dum aliquid adſcendat, quo adparente eximatur cucurbita è B. M. ſuccusq; exprimatur, reſiduum ſiccatum incineretur & propriâ aquâ elixivietur, cryſtalliſeturq; ut purum ſit, hoc miſceatur proprio ſucco denuò in cucurbitâ vitr. macerenturq; per 14. dies, dein deſtillentur, aquaq; viridis exiens cohobetur duodecies, eritq; aqua omnium efficaciſſima: Reſiduo verò in cucurbitâ affund.* 🜈 *opt. dephlegmat. & cucurbita claudatur aliâ inversâ, omnibus probè lutatis, ſtent per 40. dies in digeſtione & ſpiritus recludet ſal, ſubſidente terrâ, filtretur liquor & abſtrahantur ejus part. 3. ex B. M. remanebitq; Vera herbæ Eſſentia, quæ in vitro decenti eſt aſſervanda: Spiritus verò prædictus* ⊖*le imprægnatus longè nobilior eſt vulgaribus* 🜈 *ſimpliciter paratis, Eſſentiaq; talis multum antecellit Extracta communia ſimiliter* 🜈 *parata.* Atque hic Aquarum deſtillandarum parandi modus vel ideò etiam commendatur, quod ob ſulphur non ita fixum magisque ſolubile, quam in mineralibus, præviâ putrefactione facilius coloratæ adſcendunt, qualiter è floribus centaurii minoris ſpiritum taliter prolexit *Excell. Ehrenfr. Hagendornius Dec. II. Miſc. Cur. Ann. III. Obſ. 28.* aurei coloris ad nubedinem aliquam vergentem, quo Lectorem relegamus. Cœterùm quia Nobilis ille *Burrhus* credidit Ignem vulgarem in ejusmodi deſtillationibus Plantarum adhiberi ſolitum transmittere unà particulas quasdam aliorum corporum, quæ ipſis in alimentum cedant impurasque reddant, is non uſus eſt tali igne vulgari, ſed è fimo plantæ putrefactæ emergente, v. gr. *Fimo chelidoniæ* ad deſtillandam *aquam chelidoniæ*, quam aliàs cum ⊕*lo* ♂*tis optimè depurato* ad oculorum humores reparandos in ſpecie cryſtallinum illum adhibuiſſe relatum eſt, quò nimirum radii viſivi ſine obſtaculo turſus retinam tunicam ferire pervaleant.

II. SPIRITUS in Vegetabilibus copiosè reperiri vel Rorismajalis aquæque Martiæ exemplum docuit; ficut enim hæc congelata, ruptâ glacie, flatus seu halitus maximo impetu & stridore sursum versùs ad vitri altitudinem erumpentes dedit, quia nimirum imprægnata est influxu astrali & fœta est spiritu mundi universali, ita quoque cum *Paracelso Archidox. Lib. V. Cap. 6.* in palatio Franciscanorum, ubi vinum hîc ordinariè venditur, observare licuit vinum hyeme intensissimè frigori expositum & congelatum in centro spiritum vini incongelatum (haud secus ac in Cerevisiâ hoc contigisse refert *Boyle Chym. scept. p.m.90.* & in fuligine ad ⏜um & oleum obtinendum tentavit *Glauberus*, & in musto, cerevisiâ recenti demonstrare annisus est, cujus occasione magna commoditas esset, si pera cellæ vices suppleret, prout refert *ten Rhyne de Med. Veter. Text. p.m.157.* sibi concreditum esse, hoc ⊖le ♀ri, qui ex variis vini doliis spiritus exhausit, perfici posse) exhibuisse, qualem aliàs *Theophrastus* omnibus aliis circa vinum processibus præfert: Quia verò ejusmodi 🜈 vel alio modo ex fecibus verb. gr. aut vino ipso destillatus, non nisi oleum est vini in phlegmate resolutum seu ⊖ volatile oleosum dissolutum, ita particulæ oleosæ balsamicæ aliorum Vegetabilium, v. g. eorum Corticum, seminum, fructuum vel prævià fermentatione in phlegmate resolutæ eidemque junctæ vel absque illâ (quod in plurimis laudatissimum est) saltem oleosæ vegetabilium partes à Sp. Vini v. g. absorbentur & per alembicum unà abripiuntur, similiter abire possunt in spiritus ejusmodi ardentes, (quibus tamen supra allatos sale suo imprægnatos præferendos judicamus) idque pro diversâ eorum texturâ variè, nunc majori nunc minori copiâ, ut hæc exactè determinare haud ita facilè sit, præsertim quia pro aëris & caloris diverso regimine fermentatio variat, uti exemplo Cerevisiæ (quæ aliàs ex frugibus leni fermentationi expositis coctione cum aquâ elicitur & fermentatione superveniente spiritum copiosum præbet) quæ in Brasiliâ nec parari nec conservari potest, patet, id magè mirandum quod ex sacchiaro ♄ni ✝to parato & ex retortâ destillato spiritus prodeat ardens sapore & odore præditus peculiari, verùm si consideremus esse in aceto partes duas, quasdam vinosas suppressas, quasdam acidas & exaltatas, ambas nihilominus cum ♄ combinatione adhærere: patebit tum volatiliores spirituosioresque partes primùm divelli & separari, illumque spiritum ardentem constituere, acidas verò arctius & fixius plumbo adhærere ac non nisi addito ℞li quodam abscedere, remanente vero ♄no, uti in aliis ejusmodi præparationibus Chymicis, ☉ *fulminante, Lapide Infernali &c.* observatur. Verùm notandum ejusmodi Spiritus ardentes seu mixturas ramoso salinoaquosas, oleosas internè solas usu diuturno assumptas, nisi turgeant multo sale volatili ▭so vel nasturcino, multùm nocere, quia inde omnia corpora

glandulosa

glandulosa duritiem acquirunt, ut necessariò excrementitii humores aliorsum exudent, quare, ut dictum. Spiritus salini ^les alcalici (quorum mentionem supra *Cap. III.* fecimus) pro usu interno magis proficui, verb. g. in *Apoplexiâ*, aliisque affectibus soporosis, incitando spiritus & subtilitate suâ mox nervos & arterias feriendo. Tandem præter prædictos spiritus dantur & *spiritus acidi* è lignosis durioribus stipitibus prolecti, ut infra *Cap. XXXV.* dicetur, quos tamen artificiales potius esse ignisque actione fieri judicat *Majorv*, quatenus particulæ ⦶-aëreæ ignis cum particulis ligni ♀reo-⊖linis inter destillandum congressæ, particulas halce salinas atterunt & ad fluorem perducunt, unde & sæpius fit, ut dum res meliorare quis studet, easdem pejores reddat.

III. TINCTURÆ. Vegetabilium maximè eorum florum qualiter pareutur ex Dispensatoriis notum, quatenus nimirum aqua tepida affusa & acidulata superficialem ♀ris extractionem cum particulis plantarum salinis efficit: taliter verò parata *Tinctura Rosarum* in febribus continuis egregii usus est seq. ℞. *Rosar. rubr.* ℥ ß. *vel* ℥ *j. Pomor. citri succul. num.* 1. succus exprimatur manibus eoque irrorentur rosæ; reliquum dein in orbiculos dissectum addatur, affundendo *Aquæ tepidæ Mens. j.* stent 12. horis loco tepido, Colat. add: *Sacchar. albiss.* ℥ *ij.* si magis acidula desideretur ⁓ûs ⦶li acuenda guttis xx. Quoad ejusmodi verò ℞as infusione parari solitas, quoad tempus infusionis minimè spernendum monitum *Verulamii Histor. Nat. Cent. I. §.* 18. in *foliis & floribus borraginis*, quæ excellenti spiritu valent ad discutiendos melancholiæ vapores, adeoque medentur insaniæ, nisi folia diutius infusa maneant, tum enim crudam tantùm præbent substantiam omnis virtutis expertem, unde si in musto aut fece cerevisiæ dum fermentatur, necdum transvasata borrago parvum temporis spatium maceretur, novis subinde additis, conficitur potio efficacissima ad melancholicam passionem: idem statuit de floribus mali aurantii: quoad *Decocta Plantarum* eodem inclinat *Perrault Essais de Physiq: Tom. I. de la Circulat. de la seve des Plantes p.* 253. qui vult, ut in decoctionibus Vegetabilium ea sub finem è liquore eximantur, ne crudior succi pars liquori insimul communicetur & quòd post eorum exemptionem liquor ulterius igne sit decoquendus, ut crudum quod irrepsit, mitigetur, stomachoque sic minus negotium facessat: Verùm qualiter Decocta Vegetabilium ritè paranda sint, elucescet, ex decenti syruporum præparatione.

IV. SYRUPI Ægyptiis & Europæis familiares, ab *Helmontio verò Dispens. Mod.* §. 31. speciosis ratiociniis explosi (dum nimirum solo odore ignis cu usdam ♀rei absque saccharo succos herbarum expressos conservari posse docet) sunt vel *fragrantes*, vel *inodori*; Itidem *dulces* vel *subacidi*; rursum *simplices* vel *compositi*; Et denique *Confortantes*, *Alterantes*, *Laxan-*

tes & *Purgantes*. In *Præparatione Syruporum aromaticorum* è rebus scil. fragrantibus existentium singulariter attendendum est, ne partes volatiliores diuturniori coctione (unde & ex tempore Syrupi haberi possint, si plantæ alicujus sal essentiale aut aqua ad modum *Stilleri* suprà allatum saccharo clarificato affundatur) qua Syrupi quandoque indigent, suâ virtute priventur, atque Syrupi debiles atque omnino vappidi stomachoque molesti existant, quare si quis ad hoc solùm incumbit, ut Syrupi aromatici probè virtutibus suorum ingredientium imprægnentur, is tali modo procedat, quem *Zwelferus* partim *in animadv. supra Dispensat. August.* partim *in Pharmacop. Regiâ* observat: E. G. In *Syrupo Absynthii.* ℞. *Herb. recentu Absynthii* ℥ *vj. Menthæ crispæ* ℥ *ij. Rosar. recent.* ℥ *iij. Spicæ Indicæ* ℥ ß. *Radic. Calam. arom. recent.* ℥ *ij.* Quæ minutim incisa & contusa immittantur cucurbitæ vitreæ superaffundendo *vini opt. generosi*, vel *Hispanici* ℔ *iiij.* stent in digestione loco calido die unâ: postea apposito capitello & juncturis benè clausis fiat ∫ℓtio & abstractio ℔ *j.* circiter & ℥ ß. residuæ in Cucurbitâ species una cum vappâ vini (quæ exantlatâ spirituosâ parte tota est nauseosi saporis odorisque ingrati ventriculo insignem labefactationem afferens) abjiciantur. Abstractæ verò aquæ odoriferæ & spirituosæ de novo immergantur seq. minutim concisa; scilicet *Herbæ recent. Absinthii* ℥ *iv. Menth.* ℥ *ij. Caryophyllor.* ʒ *ij. Nuc. mosch.* ℥ ß *Mastich. sel. conquass.* ʒ *ij.* Factâque digestionem per diem unum vel alterum in alembico vitreo bene clauso fiat *Colatura* & *Expressio Liquor colatus* & per residentiam depuratus filtretur iterumque asservetur, tum ℞. *Residuas ab infusione præcedente species*, additis *Herbar. Absinthii* ℥ *iv. menthæ crispæ* ℥ *ij. Radic calam. aromat. rec.* ℥ *j. galangæ* ʒ ß. *Rosar. rubr.* ℥ *j. santali rubri* ℥ ß. *Incisa* conquassata eoq; cum aquæ simpl. ℔ *iij.* ad remanentiam ℔ *j* ß. Colatura post expressa ac probè clarificata, additis *sacchari albi* ℔ *iij.* porrò ad *consistentiam fere tabulati* coquatur, tum demum jungatur Aqua-∽osa superiùs asservata ac recentibus speciebus imprægnata ac solâ dissolutione fiet *Syrup.* præstantissimus, qui egregiè Ventriculo à causa frigidâ debilitato conducit. *Syrupi* quorum ingredientia *nullius sunt odoris* aut *fragrantiæ* ad talem *formam* parandi sunt, quæ in *Syrupo de Betonicâ* observatur. ℞. *Herb. betonicæ florescent. q. s.* ∫ℓ tur ex Balneo vaporoso sine ulla additione aquæ, cui aquæ destillatæ ℔ *ij.* immerge *herbæ ejusdem betonicæ rec. incisæ* ℥ *iiij.* factâque maceratione unâ alterave die, aqua per Colaturam & expressionem separetur, quâ per filtrum clarificatâ ℞. *succi Betonicæ recenter expressi ac probè depurati* ℔ *j* ß. additisque *sacchari albi* ℔ *iij.* coquantur ad consistentiam tabulati, cui demum adde *superioris aquæ destillatæ* ℔ *j* ß. & solâ dissolutione sacchari fiet Syrupus. Quod si verò quis Syrupum purgantem desideret, is ad modum *Timæi à Guldenklee* ita procedere poterit: ℞. *succi pomor. Borsdorff.* ℥ *xxj.*

Fol. senn.

Fol. senn. mund. ℥ j. ß. *Mechoac. alb. Jalap. gummos.* ℥ ß. *sem. anis. fœnic.* ℥ j ß. *Cinam. acut.* ℈ ij. *Zinz. alb.* ℈ j. *Fl.* 4. *cord. M.* j. Infund. per 24. loco tepido post coq. in diplomate lento igne, Colat. clarif. adde *Sacchar. q. s.* ad consist. Syrup. *Syrupi dulces & acidi*, vel ex *succis fructuum* aut *herbarum* conficiuntur. *Succi fructuum* uti sunt *Fragariæ, Berberum, Ribium, Citri* &c. facili negotio conficiuntur etiam mulierculis notissimo, hoc tamen singulariter notandum venit ne *Syrupi acidi* in vase *æneo, cupreo*, vel *orichalchico* præparentur, fit enim ut succi acidi non minus ac vinum & acetum acrimoniâ suâ æruginem eliciant ex metallo contrahantque pro confortativa qualitatem emeticam humanæ nostræ naturæ perquam nocivam: Purior ergo & emendatior acidorum & vinosorum præparatio succedit in *Fictilibus* debitè vitreatis aut etiam planè vitreis instrumentis. *Syrupi ex Floribus* ut sunt *Papaveris erratici, Rosarum, Violarum, Nymphææ Pœoniæ*, ad hanc normam redigi possunt, qua *Syrupus de Nymphæâ*, præparatur, ∫\ tur ex *Floribus Nymphææ aqua* sine ulla additione in balneo vaporoso, cujus *aquæ destillatæ* ℔ iij. immerge *Flor. rec. Nymphææ* ℔ j factâ digestione per biduum aqua à floribus colatura separetur & clarificetur, quâ interim asservatâ fiat *è florum Nymphææ* ℔ j. & *Aquæ communis fervent.* ℔ iiij. Infusio atque unius diei circiter maceratio, quâ peractâ, colatura etiam & florum expressio, hinc porrò Aquæ fervefactæ prius denuo immergatur *Florum Nymphææ recentium* ℔ ß. peractaque digestione denuo brevi aqua iterum à floribus per expressionem separetur atque albumine ovi optimè clarificetur, cui adde *sacch. albi* ℔ iiij. *Coqu* ad omnem ferè aquositatis exhalationem & tabulati consistentiam, cui tandem jungantur *superioris aquæ destillatæ* ℔ ij ß. & unicâ saltem ebullitione conficitur *Syrupus*: Pariter quoque ex plantis partium tenuium seu quæ sale volatili turgent aqua per destillationem prius collecta sub finem affunditur, verb. gr. in *Syrupo composito aperitivo* sequenti, egregii usus in glandularum mesenterii obstructione: ℞. *Herb. rec. cerefol. pentaphyll. Nasturt. hort. Heder. terr. M.* ij ß. Conquass. cum *succ cochlear. rec.* ℥ iij. abstrahantur inde ℥ iij. circiter, residuum exprimatur & cum sacchar. ℥ vj. coquantur ad consistent. ferè tabulati, cui de superiori aqua, pro syrupi dilatioris consistentiâ quantitas sufficiens addatur. Huc & spectat *syrupus de cochleariâ compositus* sequens Basiliensibus usualis: ℞. *Herb. cochlear. rec. Nasturt. aquat. M.* ij. *Rad. raphan. rustic.* ℥ ij. *Pom. aurant. num.* j. Express. succo adde *sacchar. q. s.* F. Syrupus absque coctione. Vid. & *Excellent. DN. D. Theod. Zuingeri Prof. Phys. & Acad. Curios. Celeberr. Dissert. de Tabe Infant.* & neues Artzneybuch. Neque hîc prætereundi *Syrupi sicci Excellentiss. D. D. Scretæ* Societ. Leopold. Nicandri acutiss. v. gr. *Syrupus è succo citri siccus* ℞. *succ. Citri, Berberum, Crystallor. tartar.* ℥ j. *Elæosacchar. citri, sacchar. rosat. tabul.* ℥ j. F. pulv. subtil. de quo cochlear. plenum aquæ fontanæ mensuræ

menſuræ mediæ commixtum probè, dein è vitro in vitrum infundatur & ita turbidum ad immodicam ſitim aliquot hauſtibus epotetur. Atque ejusmodi ſyruporum modus peregrinantibus percommodus, ceu & olim jam *Pulverem pro peregrinantibus* ad ſitim compoſuit *Hartmann.* in Praxi, ſuaſitq; ſæpius ab eo edoctus Excell. p. m. *Carolus Sponius* Medicus Lugdunenſis, ℞. *ſem. Aniſi, Piper. gr. v. rad. liquir.* ℥ ij. *Irid. Flor. gr. xv. ſacchar.* ℥ iij. F. pulv. ſumatur quantùm tribus cultri mucronibus capi poteſt in aqua fontana transvaſetur; eſtque potus ſuaviſſimus ſitim ſedans & interiora corroborans vel ℞. ♀ *eſſential. Citri Cryſtall.* ♀ri, ⊕tri ⊕lati vel ſucco citri ſeu berberum imprægnati ℥ j. *Morſul. è ſucco citri* ℥ vj. Mſ. f. pulv. ſubtil. ut præcedens uſurpandus. Vid. Schatzkammer rarer Curioſitäten *Part. III. p.* 425. Alium adhuc ſyruporum ejusmodi ſiccorum modum parandi communicat *Excell. DN. D. Nebelius Heidelb.* in eruditâ de *Malo citreo Diſſert.* ſi nimirum ex. gr. Elæoſaccharum citri ⊖le △li oleoſo corticum citri ſufficienter imbuatur, quod in vaſe probè clauſo ad eosdem ac Syrupus liquidus, uſus pro quibuſcunque mixturis liquidis mollibus ſiccisque aſſervari poterit, & ſic quoque cum aliis Vegetabilibus ⊖le △li oleoſo turgidis.

IV. ESSENTIÆ & EXTRACTA non niſi conſiſtentiâ liquidiori aut ſolidiori variant, pro abſtractione maximè 🜄 cui in plurimis ſi prius Spiritus ſalis affundatur, Oleum rubrum ſupernatat. Elixir enim *Chymicis* dicitur remedium quoddam partes principes roborandi, putredinem arcendi, vitamque prolongandi virtute pollens, maximè ſi corpora ſolida plura conjuncta & electa ſint, ut *Elixir Vitæ Matthioli*, præſertim verò illud *è quinque Eſſentiis Paracelſi*, quod *Tackius* in ſe ipſo dum incipienti phthiſi infeſtaretur, ut heroicum remedium expertus eſt. Eſſentiæ parantur nunc per ſe ex ſucco ſaltem ſæpæ inſtar inſpiſſato (v. gr. *plantaginis* ovi albumine depurato, unde referente *Salâ Eſſent. Veg. Sect. II. Cap. V.* animalium hepati ſimilis eſt & urinis exeuntibus rubris luteis vel in hydrope penitus ſubſiſtentibus aliisque vitiis expertiſſimi eſt uſûs, ceu & cum ſaccharo in morſellos formatum certum antifebrile eſſe novi) vel cum ſaccharo in decoctione admixto (ex. gr. *Eſſentia ſaccharata Dan. Ludov.* ut *ſcorzoneræ*, cujus radices recentes circa autumnum ſumuntur, cùm lacte maximè turgent, eæque lotæ & in taleolas ſciſſæ aquæ immerguntur & poſt diei naturalis digeſtionem, factâ levi ebullitione brodium colandum & fortiter exprimendum quod ſuper lignis lenibus ſubinde deſpumando tam diu coquendum, donec Syrupi ſpiſſioris conſiſtentiam acquiſiverit, addito prius ſaccharo ad gratiam) vel cum menſtruo adpropriato, ut non niſi partes homogeneæ purioresque ab heterogeneis & impurioribus liberè ſequeſtrari, divelli & intra poros ſuſcipi poſſint, visque vegetabilis ſic concentratior obtineri, qua de re poſt Celeberrimos Viros *Wedelium, Bohnium, Ettmyllerum*

rum aliosque plures plura hîc adducere, esset post Homerum Iliada canere, nimirum mira & ineffabilis corporum vegetabilium textura infinitam præbet congeriem tubulis innumeris perviam, in quibus quia ceu in labyrintho ingressus non æquè facilè omnibus fluidis, menstruis dictis, aditus patet, sed oportet ut spiritus subtilior, ⊖no maximè confortatus, plurimâ materiâ subtili repletus poros decenter aperiat & subintret & cum debitâ aquæ quantitate permisceat, ut pro corporis illius constitutione decenti, justa Essentia viribus ritè imprægnata obtineatur, qualis vera Plantarum essentia si habeatur, *Borrichio* ad *Bartholinum* ex ore *Boylei* referente *Cent. IV. Epist. Med. p. m.* 235. efficit, ut ungues manuum pedumque excidant sine dolore, ut gallinis plumæ veteres delabantur, renascentibus novis, ut vetulis menstrua post diuturnam stationem iterum profluant, id quod de *Essentiâ Melissæ, Chelidonii maj.* ℥ij. præcipuè & *Rebis* testatur *Paracels. Archidox. Lib IV.* Cœterum qualiter Essentiæ veræ ejusmodi à compedibus suis fœculentis liberentur, ne nubes pro Junone amplectatur, docuit Paracelsista haud indoctus, mihique olim amicissimus *Frider. Haucke Eiderestadiâ Holsatus*: *Committe*, inquit, *subjectum tuum modo ac ritu legitimo debitæ sue Matrici; Irriga illud regno ac speciei ipsius convenienti humore, teporeq; calori solis amulo humorem in matrice optimè conclusum attenua & exalta, que corpus subjecti intimè permeet, penetret ac repleat prorsus, usque dum ob sui angustiam tanti humoris ampliùs non capax, suaviter ac sponte natura hinc satiscat, dissolvatur & diruatur, corporeaq; inutilis moles adeò relaxetur & porosa fiat, ut ne atomus quidem ejus in composito totâque maßâ remaneat ac supersit, quo Divina hac essentia ulteriùs constricta habeatur, fiat tum genuina, naturalis ac spontanea principiorum hypostaticorum analysis, non à se invicem per localem vel manualem dujunctionem sed solummodò cum discretione eorum ac extractione à fæcibus heterogeneis suaviter per appetitum, raptum ac tractum similium; Tenebræ hic fient densißima & specimen tibi exhibebunt antiqui illius chaos confusi; sis constans ac solers in opere tuo! sic tibi tandem affulgebit signum gratia Iris, apparebitq; spiritus albicans instar roris, pellucidus & micans, anima instar sanguinis saturè rubens ac rutilans, liquor verò ille æthereus, vi occulti sui ac insiti coaguli jam ad corporationem vergens, sub specie gelatina crystallina: Anima & spiritus tam diu agant in laticem æthereum, usque dum illum totum ab inferiori suo statu ad summum ac parilem gloria exaltaverint sibiq; aßimilaverint, tum ille anima ac spiritui pro firmo habitaculo inservit, cujus beneficio perstent ac oculis exstent, cùm sine eo in hisce inferioribus & lutulento suo externo receptaculo alias ne quidem ad individui periodum persistere possent; At spiritus clarificat & illuminat corpus & Animam ad instar cœli crystallini; Anima verò tingit & exornat spiritum & corpus Tincturâ suâ Divinâ Rubinoq; æmulâ; Tandem quoque à fæcibus sese separant, ac in granum homogeneum insimul coëunt, sicq; è sensibus externis imper-*

imperceptibili manibus palpabile, è spirituali corporeum, superiori inferius factum est, poßideturq; quod verè Medicum nobilitat. Vid. Schützens *Harmonia Macro-Microcosmi.* Sicut autem Essentiæ tales ope ignis parantur ita ingeniosissimè ex candore singulari suas Essentias (qualibus se indies uti felicissimo cum successu ad nos perscripsit) *absque igne* parare docet *Excellentiss. Experientiss. D. D. Clauderus Fautor honoratißimus Tr. de Balsam. Cap.* 7. nimirum *Essentiam alexipharmacam* rubini formem è *fuligine splendenti* & spiritu apertivo balsamico è ⊖*le cinerum clavellatorum* & ⊕*le* ✱*co* (qui Castorei additione *Essentiam Castorei volatilem* præbet, *spiritu melissæ, lilior. conval.* temperandam) item *Essentiam purificantem* è *mumiâ humanâ Ægypt.* & *mixturâ præcipitante*, & quod huic simile est *Elixir Proprietatis aperitivum* ex balsamicis notis unitis vel solis & dict: *mixturâ præcipitante* quæ facilè habetur *ex sale cinerum clavellatorum* ab impuritatibus libero, superfundendo *aq. fl. sambuc. acac. nasturt cochlear. q. s.* vel juxta nostrum parandi modum ex *cineribus fagi* & *rasur. ligni juniperi* odoratiss. cum *aq. pluviali*, qualem elegantem flavescentem tincturam obtinemus vel per se vel ad alia paranda usurpandam.

V. OLEA Plantæ earumque partes copiosè suppeditant, quia turgent partibus volatilibus ∿sis & sulphureis, unde non mirum quòd pro ejusmodi particularum ♀rearum cum ⊖linis plus minus volatilibus concentratione etiam Olea varia quoad formam, consistentiam aliaq; habeantur: Habentur autem vel per *trituram* & *expreßionem*, ut *Oleum amygdal. dulc. olivarum* (quod à sale suo purgatur affusione ▽æ, in quâ id solvitur & dein ad siccitatem abstrahitur) aliaque, vel per *infusionem* & coctionem ut *Ol. violar. rosar.* (quale excellens videre est apud *Excell. Muraltum in Coll. Anat.* præsertim si in acervum formicarum vitrum deponatur circa Nativ. Mar. & postea insoletur) *hyperici*, præsertim si loco olei olivarum laterinum sumatur, quale in vulneribus lethalibus balsamum omnibus aliis præferendum exhibet: vel tandem Olea ætherea *essentialia* per destillationem habentur, eaque summè tenuia penetrantia volatilia, crasinque seminalem spirantia, ob spirituosa salia, ramosis intertexta particulis, unde si *oleum cinamomi* destilletur, relictus cortex omni virtute est exhaustus, nisi incineratione sal fixus extrahatur & addito oleo per longam circulationem & digestionem *sal cinamomi volatile* (de quibus supra) paretur, quod egregiè incidit & *ἀναιμίαν* seu pauperiem sanguinis restituit, fixiorem resolvit & mucagines in cordis ventriculis & arteriis, maximè in corporibus Batavorum existentes dissipat, adeo ut ejusmodi olea non nisi materialis crasis suorum concretorum sint, sicque insigne discrimen in iis notari possit. Etsi autem alia Plantarum olea ob partes leviores subtiliores ⊖no-∿so-ramosas occultè acidas particulas foventes, verb. gr. *Ol. rosar.* aquæ supernatent.

tent, tamen si partibus sulphureis -∽-sis intricentur & adhæreant partes quædam resinosæ admodum tenaces, fundum petent, ut (teste *Boyle Chym. scept. p. m.* 231.) prædictum non saltem *Oleum cinamomi* & Caryophyllorum (ceu in cujus rectificatione in fundo vasis remansisse & conspexisse se partes ejusmodi retulit Patavii *Excell. Celeberr. D. D. Joh Maur. Hoffmanno Jun. Professori Altorfino Dexterrimo*, Fautori honoratissimo *Clarissimus Barnerus* Chymiater experientissimus) sed & alterum crassius picem redolens è *Guajaco* prolectum, aliaque quæ non nisi summâ ignis violentiâ è corporibus maximè duris & valde lignosis extruduntur. Qualiter verò hæc Olea destillentur ex Dispensatoriis notum, ille verò modus nondum adeo cognitus quo in cucurbitâ magnâ herbæ, floribus, seminibus &c. affunditur ad faciliorem reclusionem spiritus salis, ut eo cooperiantur, unde ex arena, subdito igne ad coctionem spiritûs omne Oleum cum pauciori phlegmate adscendit, abstracto postea spiritu eoque ad similes usus reservato. Atque hic modus pro pretiosioribus oleis, ne nihil exhalet, præcipuè valet.

VI. SALIA tum volatilia tum fixa Vegetabilium quali modo parentur & demonstrentur, diximus *supra Cap. XIV.* Certum verò est naturaliter salinum principium vegetabilibus inesse, quo mediante decenter vegetantur, unde pòst, si vi ignis salinæ ejusmodi partes volatiles in motum concitentur & inde fugam tentent, contingit, ut insimul partes terrestres quoque commoveantur, hæ illas abituras intra poros retineant, ut instar acicularum puncta minima sola remaneant, quæ figuram & formam propriam amiserunt; differentia saltem consistit in eo, quòd inde quò magis vel minus abundant particulis terrestribus, eò quoque vel magis vel minus obtusæ fiant, unde si salia hæc alcalia optimè fundantur & liquefiant magis purgantur, & partes terrestres expelluntur & magis acutæ fiunt, quamvis experientia doceat, nullum esse sal quàm nitidum etiam appareat, quod non adhuc terram foveat, si enim candefiat & in aqua solvatur, hæc turbida redditur ac etiam filtratione terram ostendit, non secus ac in aqua pluvia. Quòd si autem lento igne Vegetabilia calcinentur, apparebit in crystallisatione diversam quoque figuram salia obtinuisse, conservatur namque sic aliqualiter eorum figura acidumque præsens (peregrinum verò tum additum seu à ♃re admixto seu aliàs ▽ti affusa enixa reddit ⊖lia) particulas discessuras regit figuramque propriam communicat, ast si in fusionem particulæ illæ reducantur, omnes volatiles adhuc residuæ fugam tentant & solæ particulæ minimè acutæ & pungentes restant, quo facilè patet parùm tum specificæ virtutis remanere posse, ceu in proprio corpore se expertum refert *Stisserus* sal hyoscyami ejusdem esse virtutis ac *Sal carduibenedicti*: Virtus nimirum est in destruendo acido, abstergendo viscido mucagine, quare optima antifebrilia, præsertim quia in corpore enixa

⊖lia evadunt, ceu & *Pulvis diaphoreticus ex triplici Regno Rosencreuzeri* secretior in febri maligna non satis laudari potest: ℞. ⊖ *card. ben. vel frax.* ℈ß. *Bezoard. min. gr. vj.* ⊖ C. C. ♁*til. gr. iiij. Ms. f. Pulv.* Vid. *Helmont. Tr. Blas Human.* & *Tachen. Hippocr. Chym. Cap.* 21. Quod si autem partes volatiles nimiùm exhalatæ essent, illæ olei proprii additione reparari possent, ut supra *Cap. XIV.* dictum. Quia verò præter salia fixa & volatilia etiam è succis vegetabilium acidis decoctis & nonnihil inspissatis concretum salino-forme habetur sal essentiale dictum, etiam de his hîc mentio facienda, præsertim quia hæc utilitate suâ haud carent. prout *Sim. Pauli Quadrip. Bot. p. m.* 1 5. elegantem proponit modum ex *succo berberum* parandi Tartarum qui gratus corruptioni humorum & febrili æstui insigniter resistit; talis quoque habetur ex succo acetosæ, acetosellæ, item decocto tamarindorum, qui tamen *Ettmyllero* judice præ *Tartaro communi* vel *Cremore* ♀*ri* quoad vires nullam prærogativam habet, id saltem cum eodem mirantes ⊖lia ejusmodi essentialia ⦶sa parata ex decoctis & succis Vegetabilium amarorum & amarore penetrante præditorum, ut *Absinth. Cent. min.* si cum alcali proprio combinentur, in perfectum ⦶ inflammabile instar ⦶tri mineralis abire, id quod ea quæ supra *Cap. XIV.* attulimus, egregiè confirmat. Huc verò & spectant *Salia dulci sapore prædita*, ut *Saccharum* è saccharifera arundine prolectum, *Galeno* & *Dioscoridi* non planè ignotum, itemque ex *musto* nonnihil inspissato concrescens, non secus ac illud ex *passularum succo* expresso proveniens.

VII. PULVERES *Vegetabilium* curiosè habentur, si ad modum *DN. Joh. Röderi Physici Hilperhusani* exiccentur in fornace in vitris clausis, ne quod volatile est, exspiret, sic namque ut in *Anno V. Dec. II. Miscell. Cur. Excell. DN. Rosinus Lentilius* communicavit, obtinetur è quibusdam sal volatile, ex aliis oleum (ceu & resinam è radicibus Imperatoriæ exiccatis circa corticem intra certos utriculos latitantem effluere & exudare cum *Excell. Welschio* vidi, uti aliàs in radicibus helenii aliisque id apparet, ut *Hecatost. I. Observ.* 122. laudatus *Welschius* docet) in aliis v. gr. *Carlinâ* liquor inter oleum, aquam & spiritum quasi ambigens seu horum neutrum & gummoso affinis sed longè penetrantissimus, ut etiam vitro nitidissimè purgato & ad lixiva & alia acria adhibito post aliquot hebdomadas odor carlinæ (cujus vim defatigantem præter nos quoque asserit *Staricius* in suo *Thes. Heroum* Germanicè edito, asserens ejus oleo intra quatuor angulos officinæ pharmaceuticæ collocato omnes vires medicinalium expelli) remanserit: sic verò radices maximè odoratæ & aromatiæ exiccatæ aliæque herbæ minutim concisæ multis parasangis penetrantiores sunt & acutiores vulgariter arefactis, etiam illarum feculis vel monito *Celeberrimi Dn. D. Lucæ Schröckii Fil.* Fautoris mei magni, juxta præscriptum *Excellentissimi Dn. Gabr. Clauderi*

Clauderi Patroni itidem noſtri honoratiſſimi *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Obſ. 135.* communicatum, ovum vitreum conflet ur aut urinalia duo vitra, quorum ſibi orificia reſpondeant, quærantur, quibus inditæ radices, herbæ, ſemina &c. vitris arctiſſimè, ne quid exhalet, commiſſis arenæ, ſæpius, ne vas rumpatur, invertendo, donec appareas eſſe ſatis exiccata, ut in pulverem redigi queant, contenta, quâ ratione *C.C. bezoardicum* ipſi lapidi bezoardico præferendum ingenioſè parare jubet.

CAPUT XXIV.

De Saporibus Vegetabilium in genere.

ET quia Vegetabilium magnam conſpici varietatem ſupra diximus & oſtendimus, hinc impoſſibile eſt, quin diverſus notetur *Sapor, Odor, Figura, Color & Tactiles Qualitates,* de quibus omnibus, quia non minimum ſuggerunt adminiculum ad *Virtutes ſeu Facultates* indagandas, in ſequentibus diſſeremus. Et quidem ante omnia de illorum Sapore, præſertim quia *Galenus* voluit, Medicum guſtum debere exercitatum habere ut Coquus. *Sapor* enim Guſtûs objectum eſt, humoris tenuis, aquoſi, multùm ſpirituoſi ope, ſalivæ nimirum è ductibus ſalivalibus in os eructatæ, nervos guſtatorios ſeu papillas linguæ nerveas, (vide *Regnum Animale*) ex intima tenui membranâ emergentes ac ſe ſe inſinuantes in poros ſeu exiles ſcrobiculos exteriori craſſæ membranæ inſculptos, certo modo ac ſatis validè feriens, hinc enim prout ſpiritus præſentes per linguam diffuſi ad cerebrum uſque per nervos tanquam παρχορδὰς inſtar fidium continuatos moventur ac pulſantur, ſic etiam differentiæ ſaporum judicantur. Quia nunc ſimplex, nunc duplex percipitur, inde etiam *Sapores* in *ſimplices & duplices* dividuntur: Differentias Saporum ſimplicium quod attinet, eorum *Grew Anglus* ſexdecim ſtatuit, nimirum *Amarum, Dulcem*: *Acidum, Salſum*: *Calidum* ut in Caryophyllis, *Frigidum* ut in nitro: *Aromaticum, Nauſeoſum*: *Vapidum, Unctuoſum*, ut Sapores *Molles, Duros* verò *Penetrantem, Stupefacientem, Adſtringentem, Pungentem, Intermittentem* in *rad. doronici, Tremulum* in *rad. pyrethri*: *Compoſitos* verò Sapores ſex ſtatuit, *Acerbum, Auſterum, Acrem, Muriaticum, Lixivum, Nitroſum*; Verùm quia juxta *Helmont. Tr. Logica inutilis* (cujus examen aliàs dedimus) ex diffuſâ Diviſione facilè obſcuritas ingruit, dum quantò aliquid magis in partes dividitur, tantò magis id appropinquat indefinitis, eſtque ideo minus ſcibile, imò etiam in allatis membris tantùm quædam affectiones ſaporum denotantur, ſicque plures imò infiniti alii eſſent ſtatuendi non abſurdum erit elegantiſſimi Medici *Fernelii*

⊖lia evadunt, ceu & *Pulvis diaphoreticus ex triplici Regno Rosencreuzeri* secretior in febri maligna non satis laudari potest: ℞. ⊖ *card. ben. vel frax.* ℈ß. *Bezoard. min. gr. vj.* ⊖ C. C. *Ætil. gr. iiij. Ms. f. Pulv.* Vid. *Helmont. Tr. Blas Human.* & *Tachen. Hippocr. Chym. Cap.* 21. Quod si autem partes volatiles nimiùm exhalatæ essent, illæ olei proprii additione reparati possent, ut supra *Cap. XIV.* dictum. Quia verò præter salia fixa & volatilia etiam è succis vegetabilium acidis decoctis & nonnihil inspissatis concretum salino-forme habetur sal essentiale dictum, etiam de his hìc mentio facienda, præsertim quia hæc utilitate suâ haud carent, prout *Sim. Pauli Quadrip. Bot. p. m.* 1‹›5. elegantem proponit modum ex *succo berberum* parandi Tartarum qui gratus corruptioni humorum & febrili æstui insigniter resistit; talis quoque habetur ex succo acetosæ, acetosellæ, item decocto tamarindorum, qui tamen *Ettmyllero* judice præ *Tartaro communi* vel *Cremore* ♀ri quoad vires nullam prærogativam habet, id saltem cum eodem mirantes. ⊖lia ejusmodi essentialia ⊕sa parata ex decoctis & succis Vegetabilium amarorum & amarore penetrante præditorum, ut *Absinth. Cent. min.* si cum alcali proprio combinentur, in perfectum ⊕ inflammabile instar ⊕tri mineralis abire, id quod ea quæ supra *Cap. XIV.* attulimus, egregiè confirmat. Huc verò & spectant *Salia dulci sapore prædita*, ut *Saccharum* è sacchariferа arundine prolectum, *Galeno* & *Dioscoridi* non planè ignotum, itemque ex *musto* nonnihil inspissato concrescens, non secus ac illud ex *passularum succo* expresso proveniens.

VII. PULVERES *Vegetabilium* curiosè habentur, si ad modum DN. *Joh. Röderi Physici Hilperhusani* exiccentur in fornace in vitris clausis, ne quod volatile est, exspiret, sic namque ut in *Anno V. Dec. II. Miscell. Cur.* *Excell.* DN. *Rosinus Lentilius* communicavit, obtinetur è quibusdam sal volatile, ex aliis oleum (ceu & resinam è radicibus Imperatoriæ exiccatis circa corticem intra certos utriculos latitantem effluere & exudare cum *Excell. Welschio* vidi, uti aliàs in radicibus helenii aliisque id apparet, ut *Hecatost. I. Observ.* 122. laudatus *Welschius* docet) in aliis v. gr. *Carlinâ* liquor inter oleum, aquam & spiritum quasi ambigens seu horum neutrum & gummoso affinis sed longè penetrantissimus, ut etiam vitro nitidissimè purgato & ad lixiva & alia acria adhibito post aliquot hebdomadas odor carlinæ (cujus vim defatigantem præter nos quoque asserit *Staricius* in suo *Thes. Heroum* Germanicè edito, asserens ejus oleo intra quatuor angulos officinæ pharmaceuticæ collocato omnes vires medicinalium expelli) remanserit: sic verò radices maximè odoratæ & aromatiæ exiccatæ aliæque herbæ minutim concisæ multis parasangis penetrantiores sunt & acutiores vulgariter arefactis etiam illarum feculis vel monito *Celeberrimi Dn. D. Lucæ Schröckii Fil.* Fautoris mei magni, juxta præscriptum *Excellentissimi Dn. Gabr. Clauderi*

Clauderi Patroni itidem nostri honoratissimi *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Obs.* 135. communicatum, ovum vitreum conflctur aut urinalia duo vitra, quorum sibi orificia respondeant, quærantur, quibus inditæ radices, herbæ, semina &c. vitris arctissimè, ne quid exhalet, commissis arenæ, sæpius, ne vas rumpatur, invertendo, donec appareas esse satis exiccata, ut in pulverem redigi queant, contenta, quâ ratione C.C. *bezoardicum* ipsi lapidi bezoardico præferendum ingeniosè parare jubet.

CAPUT XXIV.

De Saporibus Vegetabilium in genere.

ET quia Vegetabilium magnam conspici varietatem supra diximus & ostendimus, hinc impossibile est, quin diversus notetur *Sapor, Odor, Figura, Color* & *Tactiles Qualitates*, de quibus omnibus, quia non minimum suggerunt adminiculum ad *Virtutes seu Facultates* indagandas, in sequentibus differemus. Et quidem ante omnia de illorum Sapore, præsertim quia *Galenus* voluit, Medicum gustum debere exercitatum habere ut Coquus. *Sapor* enim Gustûs objectum est, humoris tenuis, aquosi, multùm spirituosi ope, salivæ nimirum è ductibus salivalibus in os eructatæ, nervos gustatorios seu papillas linguæ nerveas, (vide *Regnum Animale*) ex intima tenui membranâ emergentes ac sese insinuantes in poros seu exiles scrobiculos exteriori crassæ membranæ insculptos, certo modo ac satis validè feriens, hinc enim prout spiritus præsentes per linguam diffusi ad cerebrum usque per nervos tanquam *παχυ Δυάδις* instar fidium continuatos moventur ac pulsantur, sic etiam differentiæ saporum judicantur. Quia nunc simplex, nunc duplex percipitur, inde etiam *Sapores* in *simplices* & *duplices* dividuntur: Differentias Saporum simplicium quod attinet, eorum *Grew Anglus* sexdecim statuit, nimirum *Amarum, Dulcem: Acidum, Salsum: Calidum* ut in Caryophyllis, *Frigidum* ut in nitro: *Aromaticum, Nauseosum: Vapidum, Unctuosum*, ut Sapores *Molles, Duros* verò *Penetrantem, Stupefacientem, Adstringentem, Pungentem, Intermittentem* in *rad. doronici, Tremulum* in *rad. pyrethri*: *Compositos* verò Sapores sex statuit, *Acerbum, Austerum, Acrem, Muriaticum, Lixivum, Nitrosum*; Verùm quia juxta *Helmont. Tr. Logica inutilis* (cujus examen aliàs dedimus) ex diffusâ Divisione facilè obscuritas ingruit, dum quantò aliquid magis in partes dividitur, tantò magis id appropinquat indefinitis, estque ideo minus scibile, imò etiam in allatis membris tantùm quædam affectiones saporum denotantur, sicque plures imò infiniti alii essent statuendi non absurdum erit elegantissimi Medici

⊖lia evadunt, ceu & *Pulvis diaphoreticus ex triplici Regno Rosencreuzeri* secretior in febri maligna non satis laudari potest: ℞. ⊖ *card. ben. vel frax.* ℈ß. *Bezoard. min. gr. vj.* ⊖ C. C. △til. *gr. iiij. Ms. f. Pulv.* Vid. *Helmont. Tr. Blas Human.* & *Tachen. Hippocr. Chym. Cap.* 21. Quod si autem partes volatiles nimiùm exhalatæ essent, illæ olei proprii additione reparari possent, ut supra *Cap. XIV.* dictum. Quia verò præter salia fixa & volatilia etiam è succis vegetabilium acidis decoctis & nonnihil inspissatis concretum salino-forme habetur sal essentiale dictum, etiam de his hîc mentio facienda, præsertim quia hæc utilitate suâ haud carent. prout *Sim. Pauli Quadrip. Bot. p. m.* 1?5. elegantem proponit modum ex *succo berberum* parandi Tartarum qui gratus corruptioni humorum & febrili æstui insigniter resistit: talis quoque habetur ex succo acetosæ, acetosellæ, item decocto tamarindorum, qui tamen *Ettmyllero* judice præ *Tartaro communi* vel *Cremore* ♀ri quoad vires nullam prærogativam habet, id saltem cum eodem mirantes. ⊖lia ejusmodi essentialia ⦶sa parata ex decoctis & succis Vegetabilium amarorum & amarore penetrante præditorum, ut *Absinth. Cent. min.* si cum alcali proprio combinentur, in perfectum ⦶ inflammabile instar ⦶tri mineralis abire, id quod ea quæ supra *Cap. XIV.* attulimus, egregiè confirmat. Huc verò & spectant *Salia dulci sapore prædita*, ut *Saccharum* è saccharifera arundine prolectum, *Galeno* & *Dioscoridi* non planè ignotum, itemque ex *musto* nonnihil inspissato concrescens, non secus ac illud ex *passularum succo* expresso proveniens.

VII. PULVERES *Vegetabilium* curiosè habentur, si ad modum DN. *Joh. Röderi Physici Hilperhusani* exiccentur in fornace in vitris clausis, ne quod volatile est, exspiret, sic namque ut in *Anno V. Dec. II. Miscell. Cur. Excell.* DN. *Rosinus Lentilius* communicavit, obtinetur è quibusdam sal volatile, ex aliis oleum (ceu & resinam è radicibus Imperatoriæ exiccatis circa corticem intra certos utriculos latitantem effluere & exudare cum *Excell. Welschio* vidi, uti aliàs in radicibus helenii aliisque id apparet, ut *Hecatost. I. Observ.* 122. laudatus *Welschius* docet) in aliis v. gr. *Carlinâ* liquor inter oleum, aquam & spiritum quasi ambigens seu horum neutrum & gummoso affinis sed longè penetrantissimus, ut etiam vitro nitidissimè purgato & ad lixiva & alia acria adhibito post aliquot hebdomadas odor carlinæ (cujus vim defatigantem præter nos quoque asserit *Staricius* in suo *Thes. Heroum* Germanicè edito, asserens ejus oleo intra quatuor angulos officinæ pharmaceuticæ collocato omnes vires medicinalium expelli) remanserit: sic verò radices maximè odoratæ & aromatiæ exiccatæ aliæque herbæ minutim concisæ multis parasangis penetrantiores sunt & acutiores vulgariter arefactis, etiam illarum feculis vel monito *Celeberrimi Dn. D. Lucæ Schröckii Fil.* Fautoris mei magni, juxta præscriptum *Excellentissimi Dn. Gabr. Clauderi*

Clauderi Patroni itidem nostri honoratissimi *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Obs.* 135. communicatum, ovum vitreum conflettur aut urinalia duo vitra, quorum sibi orificia respondeant, quærantur, quibus inditæ radices, herbæ, semina &c. vitris arctissimè, ne quid exhalet, commissis arenæ, sæpius, ne vas rumpatur, invertendo, donec appareas esse satis exiccata, ut in pulverem redigi queant, contenta, quà ratione C.C. *bezoardicum* ipsi lapidi bezoardico præferendum ingeniosè parare jubet.

CAPUT XXIV.
De Saporibus Vegetabilium in genere.

ET quia Vegetabilium magnam conspici varietatem supra diximus & ostendimus, hinc impossibile est, quin diversus notetur *Sapor, Odor, Figura, Color* & *Tactiles Qualitates*, de quibus omnibus, quia non minimum suggerunt adminiculum ad *Virtutes seu Facultates* indagandas, in sequentibus disseremus. Et quidem ante omnia de illorum Sapore, præsertim quia *Galenus* voluit, Medicum gustum debere exercitatum habere ut Coquus. *Sapor* enim Gustûs objectum est, humoris tenuis, aquosi, multùm spirituosi ope, salivæ nimirum è ductibus salivalibus in os eructatæ, nervos gustatorios seu papillas linguæ nerveas, (vide *Regnum Animale*) ex intima tenui membranâ emergentes ac se se insinuantes in poros seu exiles scrobiculos exteriori crassæ membranæ insculptos, certo modo ac satis validè feriens, hinc enim prout spiritus præsentes per linguam diffusi ad cerebrum usque per nervos tanquam πανδούρας instar fidium continuatos moventur ac pulsantur, sic etiam differentiæ saporum judicantur. Quia nunc simplex, nunc duplex percipitur, inde etiam *Sapores* in *simplices* & *duplices* dividuntur: Differentias Saporum simplicium quod attinet, eorum *Grew Anglus* sexdecim statuit, nimirum *Amarum, Dulcem*: *Acidum, Salsum*: *Calidum* ut in Caryophyllis, *Frigidum* ut in nitro: *Aromaticum, Nauseosum*: *Vapidum, Unctuosum*, ut Sapores *Molles, Duros* verò *Penetrantem, Stupefacientem, Adstringentem, Pungentem, Intermittentem* in *rad. doronici, Tremulum* in *rad. pyrethri*: *Compositos* verò Sapores sex statuit, *Acerbum, Austerum, Acrem, Muriaticum, Lixivum, Nitrosum*; Verùm quia juxta *Helmont. Tr. Logica inutilis* (cujus examen aliàs dedimus) ex diffusâ Divisione facilè obscuritas ingruit, dum quantò aliquid magis in partes dividitur, tantò magis id appropinquat indefinitis, estque ideo minus scibile, imò etiam in allatis membris tantùm quædam affectiones saporum denotantur, sicque plures imò infiniti alii essent statuendi non absurdum erit elegantissimi Medici

⊖lia evadunt, ceu & *Pulvis diaphoreticus ex triplici Regno Rosencreuzeri* secretior in febri maligna non satis laudari potest: ℞. ⊖ *card. ben. vel frax.* ℈ß. *Bezoard. min. gr. vj.* ⊖ C. C. *Δtil. gr. iiij. Ms. f. Pulv.* Vid. *Helmont. Tr. Blas Human.* & *Tachen. Hippocr. Chym. Cap.* 21. Quod si autem partes volatiles nimiùm exhalatæ essent, illæ olei proprii additione reparari possent, ut supra *Cap. XIV.* dictum. Quia verò præter salia fixa & volatilia etiam è succis vegetabilium acidis decoctis & nonnihil inspissatis concretum salino-forme habetur sal essentiale dictum, etiam de his hîc mentio facienda, præsertim quia hæc utilitate suâ haud carent. prout *Sim. Pauli Quadrip. Bot. p. m.* 1‸5. elegantem proponit modum ex *succo berberum* parandi Tartarum qui gratus corruptioni humorum & febrili æstui insigniter resistit; talis quoque habetur ex succo acetosæ, acetosellæ, item decocto tamarindorum, qui tamen *Ettmyllero* judice præ *Tartaro communi* vel *Cremore* ♀ri quoad vires nullam prærogativam habet, id saltem cum eodem mirantes. ⊖lia ejusmodi essentialia ⦶sa parata ex decoctis & succis Vegetabilium amarorum & amarore penetrante præditorum, ut *Absinth. Cent. min.* si eum alcali proprio combinentur, in perfectum ⦶ inflammabile instar ⦶tri mineralis abire, id quod ea quæ supra *Cap. XIV.* attulimus, egregiè confirmat. Huc verò & spectant *Salia dulci sapore prædita*, ut *Saccharum* è sacchariferа arundine prolectum, *Galeno* & *Dioscoridi* non planè ignotum, itemque ex *musto* nonnihil inspissato concrescens, non secus ac illud ex *passularum succo* expresso proveniens.

VII. PULVERES *Vegetabilium* curiosè habentur, si ad modum *DN. Joh. Röderi Physici Hilperbusani* exiccentur in fornace in vitris clausis, ne quod volatile est, exspiret, sic namque ut in *Anno V. Dec. II. Miscell. Cur.* *Excell. DN. Rosinus Lentilius* communicavit, obtinetur è quibusdam sal volatile, ex aliis oleum (ceu & resinam è radicibus Imperatoriæ exiccatis circa corticem intra certos utriculos latitantem effluere & exudare cum *Excell. Welschio* vidi, uti aliàs in radicibus helenii aliisque id apparet, ut *Hecatost. I. Observ.* 122. laudatus *Welschius* docet) in aliis v. gr. *Carlinâ* liquor inter oleum, aquam & spiritum quasi ambigens seu horum neutrum & gummoso affinis sed longè penetrantissimus, ut etiam vitro nitidissimè purgato & ad lixiva & alia acria adhibito post aliquot hebdomadas odor carlinæ (cujus vim defatigantem præter nos quoque asserit *Staricius* in suo *Thes. Heroum* Germanicè edito, asserens ejus oleo intra quatuor angulos officinæ pharmaceuticæ collocato omnes vires medicinalium expelli) remanserit: sic verò radices maximè odoratæ & aromatiæ exiccatæ aliæque herbæ minutim concisæ multis parasangis penetrantiores sunt & acutiores vulgariter arefactis etiam illarum feculis vel monito *Celeberrimi Dn. D. Lucæ Schröckii Fil.* Fautoris mei magni, juxta præscriptum *Excellentissimi Dn. Gabr. Clauderi*

Clauderi Patroni itidem noſtri honoratiſſimi *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Obſ.* 135. communicatum, ovum vitreum conflετur aut urinalia duo vitra, quorum ſibi orificia reſpondeant, quærantur, quibus inditæ radices, herbæ, ſemina &c. vitris arctiſſimè, ne quid exhalet, commiſſis arenæ, ſæpius, ne vas rumpatur, invertendo, donec appareas eſſe ſatis exiccata, ut in pulverem redigi queant, contenta, quà ratione *C.C. bezoardicum* ipſi lapidi bezoardico præferendum ingenioſè parare jubet.

CAPUT XXIV.
De Saporibus Vegetabilium in genere.

ET quia Vegetabilium magnam conſpici varietatem ſupra diximus & oſtendimus, hinc impoſſibile eſt, quin diverſus notetur *Sapor, Odor, Figura, Color* & *Tactiles Qualitates*, de quibus omnibus, quia non minimum ſuggerunt adminiculum ad *Virtutes ſeu Facultates* indagandas, in ſequentibus diſſeremus. Et quidem ante omnia de illorum Sapore, præſertim quia *Galenus* voluit, Medicum guſtum debere exercitatum habere ut Coquus. *Sapor* enim Guſtûs objectum eſt, humoris tenuis, aquoſi, multùm ſpirituoſi ope, ſalivæ nimirum è ductibus ſalivalibus in os eructatæ, nervos guſtatorios ſeu papillas linguæ nerveas, (vide *Regnum Animale*) ex intima tenui membranâ emergentes ac ſeſe inſinuantes in poros ſeu exiles ſcrobiculos exteriori craſſæ membranæ inſculptos, certo modo ac ſatis validè feriens, hinc enim prout ſpiritus præſentes per linguam diffuſi ad cerebrum uſque per nervos tanquam *τετραχόρδου* inſtar fidium continuatos moventur ac pulſantur, ſic etiam differentiæ ſaporum judicantur. Quia nunc ſimplex, nunc duplex percipitur, inde etiam *Sapores* in *ſimplices* & *duplices* dividuntur: Differentias Saporum ſimplicium quod attinet, eorum *Grevv Anglus* ſexdecim ſtatuit, nimirum *Amarum, Dulcem*: *Acidum, Salſum*: *Calidum* ut in Caryophyllis, *Frigidum* ut in nitro: *Aromaticum, Nauſeoſum*: *Vapidum, Unctuoſum*, ut Sapores *Molles, Duros* verò *Penetrantem*, *Stupefacientem, Adſtringentem, Pungentem, Intermittentem* in *rad. doronici, Tremulum* in *rad. pyrethri*: *Compoſitos* verò Sapores ſex ſtatuit, *Acerbum, Auſterum, Acrem, Muriaticum, Lixivum, Nitroſum*; Verùm quia juxta *Helmont. Tr. Logica inutilis* (cujus examen aliàs dedimus) ex diffuſâ Diviſione facilè obſcuritas ingruit, dum quantò aliquid magis in partes dividitur, tantò magis id appropinquat indefinitis, eſtque ideo minus ſcibile, imò etiam in allatis membris tantùm quædam affectiones ſaporum denotantur, ſicque plures imò infiniti alii eſſent ſtatuendi non abſurdum erit elegantiſſimi Medici

imperceptibili manibus palpabile, è spirituali corporeum, superiori inferius factum est, possideturq́ quod verè Medicum nobilitat. Vid. Schützens *Harmonia Macro-Microcosmi.* Sicut autem Essentiæ tales ope ignis parantur ita ingeniosissimè ex candore singulari suas Essentias (qualibus se indies uti felicissimo cum successu ad nos perscripsit) *absque igne* parare docet *Excellentiss. Experientiss. D. D. Clauderus Fautor honoratissimus Tr. de Balsam. Cap.* 7. nimirum *Essentiam alexipharmacam* rubini formem è *fuligine splendenti* & spiritu apertivo balsamico è ⊖*le cinerum clavellatorum* & ⊕*le* ✱*co* (qui Castorei additione *Essentiam Castorei volatilem* præbet, *spiritu melissæ, lilior. conval.* temperandam) item *Essentiam purificantem* è *mumiâ humanâ Ægypt.* & *mixturâ præcipitante*, & quod huic simile est *Elixir Proprietatis aperitivum* ex balsamicis notis unitis vel solis & dict. *mixturâ præcipitante* quæ facilè habetur *ex sale cinerum clavellatorum* ab impuritatibus libero, superfundendo *aq. fl. sambuc. acet. nasturt. cochlear. q. s.* vel juxta nostrum parandi modum ex *cineribus fagi* & *rasur. ligni juniperi* odoratiss. cum *aq. pluviali*, qualem elegantem flavescentem tincturam obtinemus vel per se vel ad alia paranda usurpandam.

V. OLEA Plantæ earumque partes copiosè suppeditant, quia turgent partibus volatilibus -ʌ-sis & sulphureis, unde non mirum quòd pro ejusmodi particularum 🜍rearum cum ⊖linis plus minus volatilibus concentratione etiam Olea varia quoad formam, consistentiam aliaq; habeantur: Habentur autem vel per *trituram* & *expressionem*, ut *Oleum amygdal. dulc. olivarum* (quod à sale suo purgatur affusione ▽æ, in quâ id solvitur & dein ad siccitatem abstrahitur) aliaque, vel per *infusionem* & coctionem ut *Ol. violar. rosar.* (quale excellens videre est apud *Excellent. Muraltum in Coll. Anat.* præsertim si in acervum formicarum vitrum deponatur circa Nat. Mar. & postea insoletur) *hyperici*, præsertim si loco olei olivarum laterinum sumatur, quale in vulneribus lethalibus balsamum omnibus aliis præferendum exhibet: vel tandem Olea ætherea *essentialia* per destillationem habentur, eaque summè tenuia penetrantia volatilia, crasinque seminalem spirantia. ob spirituosa salia, ramosis intertexta particulis, unde si *oleum cinnamomi* destilletur, relictus cortex omni virtute est exhaustus, nisi incineratione sal fixus extrahatur & addito oleo per longam circulationem & digestionem *sal cinamomi volatile* (de quibus supra) paretur, quod egregiè incidit & ἀναιμίαν seu pauperiem sanguinis restituit, fixiorem resolvit & mucagines in cordis ventriculis & arteriis, maximè in corporibus Batavorum existentes dissipat, adeo ut ejusmodi olea non nisi materialis crasis suorum concretorum sint, sicque insigne discrimen in iis notari possit. Etsi autem alia Plantarum olea ob partes leviores subtiliores ⊖no -ʌ-so. ramosas occultè acidas particulas foventes, verb. gr. *Ol. rosar.* aquæ superna-

tent.

tent, tamen si partibus sulphureis ♒︎sis intricentur & adhæreant partes quædam resinosæ admodum tenaces, fundum petent, ut (teste *Boyle Chym. scept. p. m. 231.*) prædictum non saltem *Oleum cinamomi* & Caryophyllorum (ceu in cujus rectificatione in fundo vasis remansisse & conspexisse se partes ejusmodi retulit Patavii *Excell. Celeberr. D. D. Joh. Maur. Hoffmanno Jun. Professori Altorfino Dexterrimo*, Fautori honoratissimo *Clarissimus Barnerus* Chymiater experientissimus) sed & alterum crassius picem redolens è *Guajaco* prolectum, aliaque quæ non nisi summâ ignis violentiâ è corporibus maximè duris & valde lignosis extruduntur. Qualiter verò hæc Olea destillentur ex Dispensatoriis notum, ille verò modus nondum adeo cognitus quo in cucurbitâ magnâ herbæ, floribus, seminibus &c. affunditur ad faciliorem reclusionem spiritus salis, ut eo cooperiantur, unde ex arena, subdito igne ad coctionem spiritûs omne Oleum cum pauciori phlegmate adscendit, abstracto postea spiritu eoque ad similes usus reservato. Atque hic modus pro pretiosioribus oleis, ne nihil exhalet, præcipuè valet.

VI. SALIA tum volatilia tum fixa Vegetabilium quali modo parentur & demonstrentur, diximus *supra Cap. XIV.* Certum verò est naturaliter salinum principium vegetabilibus inesse, quo mediante decenter vegetantur, unde pòst, si vi ignis salinæ ejusmodi partes volatiles in motum concitentur & inde fugam tentent, contingit, ut insimul partes terrestres quoque commoveantur, hæ illas abituras intra poros retineant, ut instar acicularum puncta minima sola remaneant, quæ figuram & formam propriam amiserunt; differentia saltem consistit in eo, quòd inde quò magis vel minus abundant particulis terrestribus, eò quoque vel magis vel minus obtusæ fiant, unde si salia hæc alcalia optimè fundantur & liquefiant magis purgantur & partes terrestres expelluntur & magis acutæ fiunt, quamvis experientia doceat, nullum esse sal quàm nitidum etiam appareat, quod non adhuc terram foveat, si enim candefiat & in aqua solvatur, hæc turbida redditur ac etiam filtratione terram ostendit, non secus ac in aqua pluvia. Quòd si autem lento igne Vegetabilia calcinentur, apparebit in crystallisatione diversam quoque figuram salia obtinuisse, conservatur namque sic aliqualiter eorum figura acidumque præsens (peregrinum verò tum additum, seu à ♃ re admixto seu aliàs 🜄ti affusa enixa reddit ⊖lia) particulas discessuras regit figuramque propriam communicat, ast si in fusionem particulæ illæ reducantur, omnes volatiles adhuc residuæ fugam tentant & solæ particulæ minimè acutæ & pungentes restant, quo facilè patet parùm tum specificæ virtutis remanere posse, ceu in proprio corpore se expertum refert *Stillerus* sal hyoscyami ejusdem esse virtutis ac *Sal carduibenedicti*: Virtus nimirum est in destruendo acido, abstergendo viscidâ mucagine, quare optima antifebrilia, præsertim quia in corpore enixa

⊖lia evadunt, ceu & *Pulvis diaphoreticus ex triplici Regno Rosencreuzeri* secre-
tior in febri maligna non satis laudari potest: ℞. ⊖ *card. ben. vel frax.* [illegible]
Bezoard. min. gr. vj. ⊖ C.C. *Δtil. gr. iiij. Ms. f. Pulv.* Vid. *Helmont.* [illegible]
Blas Human. & *Tachen. Hippocr. Chym. Cap.* 21. Quod si autem partes vo-
latiles nimiùm exhalatæ essent, illæ olei proprii additione reparari pos-
sent, ut supra *Cap. XIV.* dictum. Quia verò præter salia fixa & volatilia etiam
è succis vegetabilium acidis decoctis & nonnihil inspissatis concretum
salino-forme habetur sal essentiale dictum, etiam de his hîc mentio facien-
da, præsertim quia hæc utilitate suâ haud carent, prout *Sim. Pauli Quadrip.*
Bot. p. m. 1[illegible]5. elegantem proponit modum ex *succo berberum* parandi Tar-
tarum qui gratus corruptioni humorum & febrili æstui insigniter resistit:
talis quoque habetur ex succo acetosæ, acetosellæ, item decocto tamarin-
dorum, qui tamen *Ettmyllero* judice præ *Tartaro communi* vel *Cremore* [illegible]
quoad vires nullam prærogativam habet, id saltem cum eodem [illegible]
⊖lia ejusmodi essentialia ⦶sa parata ex decoctis & succis Vegetabilium
amarorum & amarore penetrante præditorum, ut *Absinth. Cent. min.* si [illegible]
alcali proprio combinentur, in perfectum ⦶ inflammabile instar ⦶ [illegible]
neralis abire, id quod ea quæ supra *Cap. XIV.* attulimus, egregiè confirmant.
Huc verò & spectant *Salia dulci sapore prædita*, ut *Saccharum* è sacchari[illegible]
arundine prolectum, *Galeno* & *Dioscoridi* non planè ignotum, itemque [illegible]
musto nonnihil inspissato concrescens, non secus ac illud ex *passularum* [illegible]
expresso proveniens.

VII. PULVERES *Vegetabilium* curiosè habentur, si ad modum
DN. Joh. Röderi Physici Hilperhusani exiccentur in fornace in vitris clausis,
ne quod volatile est, exspiret, sic namque ut in *Anno V. Dec. II. Miscell.* [illegible]
Excell. DN. Rosinus Lentilius communicavit, obtinetur è quibusdam sal vo-
latile, ex aliis oleum (ceu & resinam è radicibus Imperatoriæ exiccatis [illegible]
ea corticem intra certos utriculos latitantem effluere & exudare cum [illegible]
cell. Welschio vidi, uti aliàs in radicibus helenii aliisque id apparet, ut [illegible]
rosi. I. Observ. 122. laudatus *Welschius* docet) in aliis v. gr. *Carlinâ* liquor
inter oleum, aquam & spiritum quasi ambigens seu horum neutrum [illegible]
gummoso affinis sed longè penetrantissimus, ut etiam vitro nitidissimè
purgato & ad lixiva & alia acria adhibito post aliquot hebdomadas odor
carlinæ (cujus vim defatigantem præter nos quoque asserit *Staricius* in [illegible]
Thes. Heroum Germanicè edito, asserens ejus oleo intra quatuor angulos of-
ficinæ pharmaceuticæ collocato omnes vires medicinalium expelli) re-
manserit: sic verò radices maximè odoratæ & aromatiæ exiccatæ aliæque
herbæ minutim concisæ multis parasangis penetrantiores sunt & acutiores
vulgariter arefactis, etiam illarum feculis vel monito *Celeberrimi Dn. D.* [illegible]
Schröckii Fil. Fautoris mei magni, juxta præscriptum *Excellentissimi Dn.* [illegible]

Clauderi

Clauderi Patroni itidem noſtri honoratiſſimi *Dec. II. Ann. III. Ephem. Germ. Obſ.* 135. communicatum, ovum vitreum conſletur aut urinalia duo vitra, quorum ſibi orificia reſpondeant, quærantur, quibus inditæ radices, herbæ, ſemina &c. vitris arctiſſimè, ne quid exhalet, commiſſis arenæ, ſæpius, ne vas rumpatur, invertendo, donec appareas eſſe ſatis exiccata, ut in pulverem redigi queant, contenta, quì ratione C. C. *bezoardicum* ipſi lapidi bezoardico præferendum ingeniosè parare jubet.

CAPUT XXIV.
De Saporibus Vegetabilium in genere.

ET quia Vegetabilium magnam conſpici varietatem ſupra diximus & oſtendimus, hinc impoſſibile eſt, quin diverſus notetur *Sapor, Odor, Figura, Color* & *Tactiles Qualitates,* de quibus omnibus, quia non minimum ſuggerunt adminiculum ad *Virtutes ſeu Facultates* indagandas, in ſequentibus diſſeremus. Et quidem ante omnia de illorum Sapore, præſertim quia *Galenus* voluit, Medicum guſtum debere exercitatum habere ut Coquus. *Sapor* enim Guſtûs objectum eſt, humoris tenuis, aquoſi, multùm ſpirituoſi ope, ſalivæ nimirum è ductibus ſalivalibus in os eructatæ, nervos guſtatorios ſeu papillas linguæ nerveas, (vide *Regnum Animale*) ex intima tenui membranâ emergentes ac ſe ſe inſinuantes in poros ſeu exiles ſcrobiculos exteriori craſſæ membranæ inſculptos, certo modo ac ſatis validè feriens, hinc enim prout ſpiritus præſentes per linguam diffuſi ad cerebrum uſque per nervos tanquam παραδυάδης inſtar fidium continuatos moventur ac pulſantur, ſic etiam differentiæ ſaporum judicantur. Quia nunc ſimplex, nunc duplex percipitur, inde etiam *Sapores* in *ſimplices* & *duplices* dividuntur: Differentias Saporum ſimplicium quod attinet, eorum *Grew Anglus* ſexdecim ſtatuit, nimirum *Amarum, Dulcem*: *Acidum, Salſum*: *Calidum* ut in Caryophyllis, *Frigidum* ut in nitro: *Aromaticum, Nauſeoſum*: *Vapidum, Unctuoſum*, ut Sapores *Molles, Duros* verò *Penetrantem, Stupefacientem, Adſtringentem, Pungentem, Intermittentem* in *rad. doronici*, *Tremulum* in *rad. pyrethri*: *Compoſitos* verò Sapores ſex ſtatuit, *Acerbum, Auſterum, Acrem, Muriaticum, Lixivum, Nitroſum*; Verùm quia juxta *Helmont. Tr. Logica inutilis* (cujus examen aliàs dedimus) ex diffusâ Diviſione facilè obſcuritas ingruit, dum quantò aliquid magis in partes dividitur, tantò magis id appropinquat indefinitis, eſtque ideo minus ſcibile, imò etiam in allatis membris tantùm quædam affectiones ſaporum denotantur, ſicque plures imò infiniti alii eſſent ſtatuendi non abſurdum erit elegantiſſimi Medici

Fernelii vestigiis insistere, nimirum ex haud inconcinnâ materiæ ejusque variâ modificatione & hinc ad motum habitudine Sapores *Simplices Fernelio Meth. Med. Lib. IV. Cap.* 3. *p. m.* 346. sunt novem: *Acris, Acidus, Pinguis: Salsus, Austerus, Dulcis: Amarus, Acerbus, Insipidus. Tres primi à tenui materiâ prodeunt: medii è mediocri, postremi è crassâ & terrenâ: Omnes verò vel Calidum, vel frigidum vel medium arguunt.* Et *Johan. Baptista van Helmont. Toparcha Lib. de Potest. Med. §.* 12. *p.* 292 *& Pharmacop. p. m.* 284. præter hosce sapores gustui obvios, ingeniosissimè alium adhuc simplicibus Vegetabilibus attribuit, *specificum* nimirum ac semini appropriatum, à parte intrinsecâ, sale centrali denominationem habentem, eundemque immediatè spiritui nostro, Archæo objecto suo in quod agat (sanationes enim fiant per sedationem agitati archei & ablationem seminalis & morbosi characteris ab Archæo producti) communicantem, unde etiam hujus vestigia premens *Ettmyllerus Medic. Hippocratis Chym. pag m.* 18. *docet ex specificâ concretionis crasi à semine oriundâ specificas simplicium dotes eorumque indices specificos sapores prodire, unde omnis ferè specificorum remediorum in morbus promanat efficacia, quòd nempe Chelidonium majus, ceu expertum, curet* Icterum flavum, *Cochlearia* scorbutum *quod Myrrha aut Sabina* lunare mulierum tributum *exigat, quod priapus Cervi & Ceti* dysenteriam, *Papaver rhœas* pleuritidem, *succus stercoris equini cum floribus chamomillæ* Colicam *tam virorum quàm mulierum, seu passionem hystericam, spiritus sanguinis humani* Epilepsiam, *Castoreum* variolas, *Lumbrici* arthritidem vagam *sanent.* Hinc namque cum *Helmontio* omnino asserendum videtur, in simplicibus perfectam esse curam & sanationem omnium *morborum*, ut non opus sit, semper ad sublimiora provocare arcana, & tentandum compositis, quod simplici effici potest. Hinc etiam *Theophrastus Paracelsus*, teste *Crollio Præfat. de Signat. p. m.* 5. diligentissimus Luminis naturæ scrutator, exoticam multorum Medicorum curiositatem, plantas saltem nomine nosse cupientium, meritò ridens, affirmat, Rusticum quemlibet verum Pharmacopolium ante suas ædes habere, *securiores scilicet notis inemptisq́;* (simplicibus) *remediis, quàm in Medicorum fide iniquissimam mercedem ex supervacuâ curationis morâ interdum captantium*, ut falsè loquitur cum *Livio Barclajus Argenid. Lib. I. p. m.* 8. nimirum *Archagathus quidam Lysaniæ filius ex Peloponneso Romam venit, qui Medicinam professus, jure Quiritum donatus est, eiq́; taberna in Compito Acilio empta publicè, res ad memoriam minimè celebris, nisi tum primum artis Medicæ nomen auditum Romæ agnitumq́; esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantiâ & inemptis remediis.* Vid. *Freinshem. in Loc. Lib. XX. Liv.* Crediderim hinc & ego cum *Bartholino de Danor. Med. Domest.* & *Helmont. Dispens. Med. §.* 33. ut & *Derebecque Medic. Helvet. Prodr.* Deum & Naturam adeò fuisse liberalem & benignam, ut unicuique Regioni medicamentorum sufficientiam distribuerit necessa-

necessariam morbisque abundanter prospexisse, prout inprimis eximium est Divinæ bonitatis ac providentiæ symbolum illud, quòd Guajaci Arbores (cujus succedaneum nobis fertur esse *Buxus*, ut Sassafras juxta *Platerum lignum Juniperi*, salsæparillæ juxta *Fioravantam sarmenta vitis*, radicis Chinæ *radix pentaphylli*, Chinæ Chinæ *Lignum colubrinum* vel *cortex fraxini* aut *quercûs*, herbæ Thée *folia betonicæ* aut *veronicæ*, Coffée *leguminosa nostratia* similiter tosta ad menses evocandos aliaque) & Herbam Cochleariæ præcipuè copiosè provenire jusserit iis in locis, quibus Lues venerea & scorbutus morbi sunt Endemii, in America scil. & circa mare Balthicum: valet itaque quam optimè quod *Excell. Dolæus Obs.* 128. *Ann. IX. & X. Dec. I. Misc. Curios.* Moxæ Sinensis (cui nimirum succedaneum est *lanugo Artemisiæ* vel *pulvis Ranunculi pratensis*) occasione monet: Natura nobis necessariis passimque obviis medicamentis prospexit, quibus pari cum successu atroces morbos debellare possumus, si modo Hermetis exemplo experiri & cum *Galeno* piscatores aut alios de fece plebis casu sæpius medicinas invenientes, consulere non gravemur. *Chymici* pro varietate ac figurâ salium saporum varietatem emergere docent, prout inquit *Exc. Wedelius Physiolog. Medic. Sect. IV. Cap.* 6. *p. m.* 206. Sal cùm sit primùm solubile, omnino quoque esse primum sapidum; salia nimirum à salivâ nostrâ dissolvi, linguæ papillas subintrare, figurisque suis fibrillas nerveas ferire, prout sal vel acidum vel alkalinum prædominatur, vel sibi invicem combinantur ac plus de sale vel acido vel alkalino participant, de quo *Tachenius in suo Hippocr. Chym.* nimirum Sapor à materiæ peculiari texturâ emanat, cujus ratione gustabile mixtum omne illud est, quod per sui certam dispositionem organis proportionatis determinatas passiones imprimit & in his illam perceptionem movet, quæ *Gustatus* dicitur, ex quo & laudati Chymici non malè Virtutes Vegetabilium, ex variis scilicet salium modificationibus deducunt, ut &. nudarum qualitatum loco, totius alicujus simplicis Vegetabilis crasin probè considerant, quamvis & haud diffitendum sit alterationibus Chymicis per ignem inductis & hinc texturâ mutatâ, multum virtutis nativæ sæpiùs destrui, exemplo ☉ *fulmin.* ☽ *a hydragogæ*, atque hoc partim per addita, partim ex operationum varietate, ita ut quo magis composita sunt medicamenta aut magis operosa, pro variâ nimirum operatione, variè immutatas habeant virtutes nativas. Sed quid sapor unusquisque sit, è quanam texturâ fluat & quid virium inde deducatur, attentius ruminari haud inutile erit.

CAPUT

CAPUT XXV.

De Sapore Acri, Acido, Pingui.

I. *Acris Sapor* eſt qui linguam & partes vicinas pungit, acrimoniâ ferit, caleſacit & interdum quaſi exurit. *Gaſſendus Syntagm. Philoſ. Epicuri p. 369. & Willis de Animâ Brutor. Lib. I. Cap. 12. pag. m. 94.* hunc ut & alios ſapores per particulas hoc vel illo modo figuratas & diſpoſitas explicant; ſic ſtatuit *Gaſſendus loc. cit.* particulas, quæ Acrem ſaporem faciunt eſſe orbiculatas, tenues, angulatas, incurvas, & *Willis loc. cit.* aſſerit, Acrem ſaporem dividere tenuibus, teretibus ac aculeatis particulis inſtar aculeorum urticarum. Deprehenditur in ſemine *ſinapi. cæpis, Naſturtio, Pipere*(maximè *Indico* exiccato cujus ℥ j. cum *farina* ℔ j. ope fermenti in paſtam cocta & denuo biſcocta, pòſt pulveriſata condimentum optimum eſt ſtomachicum) *Zinzibere* & aliis, quorum Catalogum proponit *Gieſvvein in Syſtem. Mat. Med. Galeno-Chym. p. m. 39.* *Vim* habet attenuandi, penetrandi, reſerandi, fixa volatiliſandi, acidum corrigendi, effœtum ſpiritibusque orbum ſanguinem pleroſque ſenſus hebeſcentem vigorandi, in motum cogendi, fibrillas irritandi, ſpiritus noſtros incitandi, ita etiam ut exaltatæ particulæ acres & ad ſummum gradum evectæ, vim cauſticam & Venenoſam exerant, unde *Differentias & Gradus* admittit ſapor Acris, & vocatur alius *Aqueus*, qui coctione redditur blandior, quatenus aqueus humor ſalem volatilem aliaque acria corpuſcula exolvit & laxatis calore meatibus ſecum defert: alius *Terreus* qui fixioris naturæ, quatenus molleculis terræ obvallatur: alius *Septicus* qui ſale ſuo cauſtico arrodit, unde & *Arſenicalis*, qui deleterius, quare ſi ulla remedia quæ ratione motûs agunt, quem illis ſolutis materia ſubtilis imprimit, ea ſunt ejusmodi acria, partibus ſuis acuminatis & pernici motu præditis maximam vim obtinentia in maſſam humoralem & ſpirituum ſyſtaſin. *Antiſcorbutica* hinc egregia.

II. *Acidus ſapor* in *Philoſophia Peripatetica* definitur, qui ex ſicco terreo & humido multo, attenuato quidem, ſed non perfectè cocto generatur. Sec. *Philoſophos recentiores*, quando corporis alicujus particulæ ſunt tetrahedricæ (quæ nimirum cuſpide tereti & acutâ & dein corpore inſtar cunei majorem in molem acuto conſtant,) adeò ut quovis modo ſenſorio applicatæ ipſum pungant & comprimendo nonnihil conſtringant, ac propterea foveas & inciſiones ampliores, quàm quodvis aliud ſapidum, in ipſo relinquant; huncque ſaporem dependere, docet *Williſius*, à ſale fixo in fluorem evecto (nimirum in ✠ti velut tartari liquidi generatione ſpiritus, qui prius

in Vino

in Vino ope radiorum solarium sua implicatione mixtionis & dulcificationis causæ erant, nunc suâ secretione conspicuitatis & acoris causæ evadunt) cujus figura sit cuneolata ob defectum caloris moventis, qui si adesset valdè minutularum terræ molecularum extantiores & acutiores partes actione suâ diffringeret atque in blanditiem quandam lævigaret, unde etiam Oleosa, pinguia, Aromatica item, acorem p.n. in massa sanguinea & sero alibique hospitantem obtundere & corrigere valent, præsertim verò si per spirituosa status fixitatis in statum volatilitatis vertatur, quâ ratione morbi quivis à tartaro juxta *Paracelsum* enati, ceu in quibus acidum suâ coagulatione omne fert punctum, sanantur. Observatur verò hic sapor non saltem eminenter in *Aceto, Acetosâ, Acetosellâ, Ribesiis, Berberibus*, aliisque, rectè magis in *Gallio luteo*, ceu quod calenti lacti injectum id coaguli loco inspissat, ut ex *Dioscoride Galenus* notavit, nec mirum, cùm compertum sit illud leni destillatione acidum liquorem fundere. *Vim* aliàs habent acida refrigerandi, dum sec. *Ettmyllerum Med. Hippocr. Chym. pag. m.* 67. salis volatilis biliosi in sanguine compescunt vim, quod ceu contrarium temperant in salsum, & ita ab eodem inductam p. n. sanguinis effervescentiam aut nimiam ejus dissolutionem refrænant & blando coagulo compescunt. Calorem ex acredine, mordacitate acidorum *v. g. Aceti*, hîc colligunt nonnulli: *Galenus de simpl Med. Facult. Lib. I. Cap.* 19. *p. m.* 16. *& seq.* pro hocce decidendo *pericula omnia subire amat, si quam machinam aut artem invenire possit sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoque*; unde judicat in Aceto esse ejusmodi quidpiam, quod nimirum feci in Vino & in Oleo amurcæ respondet, id caloris esse particeps, quod verò frigori, id esse tenue, prout & refert *Fr. de le Boe Sylvius Prax. Med. Libr. III. Cap.* 2?. §. 58. *p. m.* 462. & *Casatus de Igne, longè acrius esse acetum non destillatum, quàm idem destillatum* (quod hinc licet minus acre sit, tamen magis penetrat) *remanere namque in fundo partem aceti acriorem cum sale ejusdem fixiore, unde etiam ob aceti destillationem remanentes in fundo feces esse acerrimas & nares valde ferientes. Wedelius de simpl. Med. Fac. Lib. I. Sect. I. Cap.* 5. *pag. m.* 20. distinguit inter *Calida sulphurea*, quæ nimirum sulphur prædominans habent cùm sale volatili, quæque calorem nativum intendunt; & *Calida salina*, quæ sal fluorem adeptum possident, quæ quidem ob acrimoniam, rigiditatem particularum, dolorem ac rubedinem inducunt (prout refert *Cardil.* Stadt- und Land-Apoth. *Tom. III. p. m.* 933. quòd *Thomas Erastus* insignis aliàs Paracelsistarum antagonista, incauto usu *spiritûs Vitrioli*, per se nimirum sine vehiculo exhibito ceu de quo multa deprædicandi audivit, exemplo nimirum illius Practici qui febres malignas curandas sine usu spiritûs vitrioli suscipere haud voluit, quendam Consiliarium Palatinum ad orcum miserit, & similiter Amplissi. ille Consul Amstelodam. *Nicol. Tulpius*

Observat. Lib. III. p. m. 254. quòd ab Oleo Vitrioli non solùm Ventriculus, hepar, sanguis fuerint accensi, sed & in habitu corporis cinereæ crustæ ac fœda ulcera oborta sint, ut hinc non mirum sit, docere *Convers. Academ. tirées de l'Acad. Abbé Bourdelot par Gallos* plus & minus remediorum non solùm sed & causarum in Medicinâ probè esse observandum, vel exemplo Aceti, cujus cochlear unum asthmate periodico laboranti mox paroxysmum induxerit, hujus verò vel septima pars in momento levamen induxerit) attamen respectu habito ad sanguinem, ad calorem nativum, cujus respectu medicamenta dicuntur aliàs etiam calida, frigida, humida, sicca, ut idem *Lib. cit. Wedelius p. m.* 4. & *Pharmaciâ in artis formam redacta p. m.* 83. docet, meritò sint & dicantur frigida. Unde & *Sachs in Ampelograph. pag. m* 525. Acetum & calefacere & refrigerare statuit: *calefacere* quidem ratione salis fixi acidi, qui calidus, cum quo perfunditur, cujus ope durissima penetrat, succus mali citrii margaritas solvit, (unde Cleopatræ sumptuosissimum convivium) imò etiam lignum sanctum emollit, ut ex saccharo deinde condiri possit, ceu vidit apud *Joach. Curtium* J. B. Venetiis & refert Auctor Atlantis Sinici, ut est apud *Casatum de Igne p.* 323. de fructu Peci Sinæ subacido magnitudine castaneæ, quòd ille monetam cupream ori simul immissam unà in pulpam redigat, ut dentibus mandi & extenuari possit: *refrigerare* verò ob igneam vini qualitatem separatam, remanente copiosâ aquâ frigidâ elementari, cujus respectu immoderatus vini usus diuturnorum frigidorum morborum fit causa. *Acida* itaque habent *vim* & refrigerandi & calefaciendi, fluxiones item repellendi & sistendi, unde mira præstitit in Hæmorrhagiis Acetum intinctum linteis cum moneta frigida, ac etiam ejus vapor susceptus; item sanguinem coagulandi, consistentiam debitam eidem largiendi, unde Magnus *Sylvius pro Curatorio ac præservatorio pestis in Tr. II. Appendicis Prax. Med.* idem laudat: penetrandi item vi pollent ac incidendi aptis maximè vehiculis juncta, rebusque insipidis ac dulcibus vigorem ac robur addendi, appetitum restaurandi, unde sec. versiculum.

Vult acidum stomachus, pulmo dulce, hepar amarum.

Differentia saporis acidi sunt, quod alius sit *Acetosus*, *Acidulus* ut in Trifolio acetoso, *Omphacinus* alius in Syrupo de Agresta ex succo uvarum immaturarum parato, (qui etsi etiam de prosapiâ vitium, tamen minus acres sales complectitur ac ✠tum, quia dum ad maturitatem adducitur uva alii & alii ⊖les subministrantur à radice, quos nondum suppeditavit, quando uva adhuc acerba est) aliis *Citratus, Granatus, Ribesiatus, Vitriolicus.*

III. *Pinguis sapor* linguam orisque partes lentore quodam oblinit, quando secundum *Gassendum* & *Willisium* particulæ ut plurimùm sphæricæ & globosæ sensorium nec vellicant aut pungunt, nec titillant, sed tantùm leni ac molli allapsu demulcent. Talis observatur in *Oleo Olivarum* in febribus

bribus malignis summè proficuum experto, *Butyro* item, quod *Ludovic. Pharmacop. mod. seculo applic. p. m.650.* vocat *Vegetabilium florem aut (vernale præsertim) Magisterium inter peculiarem & semialcabestinam quasi ventriculi liquationem productum*, *Malva* item, *Althæâ*, *Rad. lilior. alb.* &c. *Vim* habent emolliendi, relaxandi, humectandi, leniendi, dolores mitigandi.

CAPUT XXVI.

De Sapore Salso, Austero (Acerbo) & Dulci.

I. *Salsus sapor* linguam & palatum moderatè calefacit, & multùm siccando corradit. Materia ejus medioeris dicitur, calida, sicca, ▽estris, dum humidum dulce à sole resolvitur ac aduritur, ac remanet terreum salsum. *Willisius* putat salsum saporem produci, cùm particulæ cujusdam corporis plurimis angulis & laterum aciebus aculeatæ, sensorium quasi incidunt, non aliter ac si frustula vitri confracti manibus arctè comprimantur. In hujusmodi verò subjectis principium salinum cœteris elementis præpollere, unde ex plantis medicamentosis quæ siccioris & terrestrioris sunt consistentiæ, *v. gr. absynthio*, prægressâ incineratione, plurimum salis eliciunt Chymici, quod *Alkali* vocari solet, quare etiam in frutice *Halimo* & herba *Kali* sapor hic inprimis observatur, item in herba *Crithmo* (cum quâ, ut & aliis marinis plantis, si aqua marina superfundatur hæc salsa dulcis redditur ope destillationis, experientiâ *Listeri*) teste *Fernelio* & aliis, maximè & in herbæ *Chamæmeli lutei capitulo aphyllo C. B.* iteratâ infusione, quæ *Rajo Hist. Plant. Tom. I. p.354.* referente, adeo salsa redditur à sale suo volatili, ut jurare quis ausit, pugillos aliquot salis culinarii in ea esse liquefactos, hincque insigne levamen Nephriticis afferre. *Vim* verò habent salsa moderatè penetrandi, incidendi, ichores valde siccando absumendi, ob stimulum & quandam punctionem serum & laticem provocandi, ad Venerem irritandi, unde hypochondriaci ac scorbutici sale fixo scatentes feruntur libidinosi, prout & refert *Poterius Pharmacop. Spagyr. Lib. I. p. m.* 388. Ægyptios canes ad coitum inertes salsamentis carnibusque sale maceratis ad Venerem alacriores reddidisse, & Aves prolificæ Columbaque sale oblectantur: Pituitam præterea incidendi, abstergendi, unde salis usus in febribus intermittentibus longis, pituitosis commendatur à *Rolfincio Ord. & Meth. Med spec. commentat. Lib. XIV. Sect. I. Cap. 19. p. m.* 988. ubi refert de Quartanario in Belgio, cujus desperata ferè erat salus, halecis saliti usu restituto. Sic Auriga quidam non paucos febre diuturnâ laborantes, haustu Vini exhibito, in quo manipulum salis prius dissolvisset, liberavit, prout refert à *Brunn. Systema*

ſtem. Mater. Med. p. m. 24. ad quem modum ſæpius cum fructu plantis antifebrilibus ad vim eò melius quoque eliciendam ſal commune admiſcui, vel ad exemplum Medici Magni Sultani Badur Regis Cambaya, qui, *Cluſio Hiſtor. Arom. Lib. I. p.* 150. referente, *folia Aloës* cum *ſale* coquebat, ejus decocti ℥ *viij.* propinabat, quæ alvum ſine moleſtiâ & nocumento ſubducebant quater vel quinquies, ut hinc & erret *Matthiolus in Dioſc. Lib. III. Cap.* 2. aloën ad ſpectaculum potius foveri quàm ad medicum uſum in hortis. Mirum *Hippocratem de Aer. Locis & Aquis* §. 16. *Oper. Tom. I. p m.* 337. Salſis Vim adſtringendi tribuere. dum inquit, Aquas ſalſas quia crudæ ſunt & coqui non poſſunt, contrarias eſſe ad alvi egeſtionem ac ſeceſſum, Ventremque ab iis magis adſtringi, quàm eliquari, niſi fortè inde fibras ex nimiâ ſalſorum copiâ corrugari dicamus, parcâ verò illorum aſſumptione mitius ſtimulari, ceu & Aloë intus purgat, extus verò adſtringit, imò & ob ſiccitatem relictam intus; quò patet ad circumſtantias in operationibus medicamentorum probè eſſe attendendum; hinc & ſalſis contrarius effectus habetur, dum fortiter Clyſteribus admixta fibrarum inteſtinalium muſcularium motum intendunt, ceu *à Minſicht Armament. Med. Chymic. Sect.* 33. *p. m.* 459. ut ſecretum magnum commendat Clyſterem ſuum ex ſale in aqua calida ſoluto paratum, alvo calidè injectum, qui nunquam fallat, prout & ſe expertum ſcribit *Exc. Wedel. de Compoſ. Medic. p. m.* 83. qui ne cognoſcatur addidit fuliginem.

II. *Auſterus ſapor, quem* ςύφον *Adſtringentem* vocat *Galenus de ſimpl. Fac.* 28. *p. m.* 37. os & linguam moderatè conſtringit & quâdam aſperitate coarctat. Gradu ſolùm differt ab *Acerbo*, ſic enim *Galen. Lib. cit. Cap.* 39. Quando, *quod lingua noſtra admotum fuerit corpus, validè deſiccat, contrahit & in multam profunditatem uſque illam exaſperat, ſicut Pyra ſylveſtria immatura & Corna, ejuſmodi omne Acerbum appellatur, ab Auſteris intentione duntaxat diverſum*, id quod facilè patebit ex iis, quæ ſupra de maturatione fructuum attulimus, ceu in quâ obſervatur acerbum in auſterum, hunc in acidum, hunc rurſus in dulcem mutari ſuccum. Dicuntur *Ariſtotelicis* v. gr. *Gregor. Horſtio Oper. Tom. I. Inſtit. Med. p. m.* 580. generari, quando ſiccum terreum à calore parùm attenuatum & humido non ſatis permixtum dominatur, quod tamen magis in Acerbo, minus in Auſtero accidat, quare & ubi in corpore humano Sapores hi moleſtant ſiccatoriusque morbus, qualis eſt affectio hypochondriaca, adeſt, humidis ſpirituoſis pugnatur, & ipſum acerbum infringentibus. *Williſius loco* ſæpius *citato*, de hiſce ſaporibus conceptus ſuos mechanicos ita exprimit: *Sapor auſterus* oritur in corporibus, quorum particulæ ſunt contulis & hamulis quamplurimis confertæ, quæ inter maſticandum ſuper ſenſorium revolutæ, ipſi infiguntur, & fibras ejus valdè contrahunt ac convellunt, non aliter ac ſi pecten, quo lanam carminant,

nant, variò hincinde tractu, supra manus deduceretur. In Austeris sal fixus elementi terreni particulis implicatus prædominatur. *Sapor acerbus* est, cujus subjecti particulæ sunt etiam hamulis ac uncinulis prædita, sed quæ sunt hebetes & obtusæ magis, quæque sensorium obtundunt, ejusque porulos obstruunt, ipsisque semel infixæ non facilè dimoventur, unde stupor dentibus ac palato conciliatur, non aliter quàm Bardanæ fructus cuti affixus molestiæ sensum infert ac non facilè excutitur. In Acerbis sal fluidus materiæ terrestri implicatus præpollet. Atque horum consideratione non malè quis Acerbi & Austeri notionem inferret repræsentatione, hujus scilicet cum serrâ hebetiori, illius verò stridenti magis & acutiori, dum hæc rectangula magis, illa verò magis obtusangula. Sic verò Austerus sapor percipitur in *Mespilis, Gallis*, &c. Acerbus in *fructibus immaturis, & agrestibus prunis*, &c. *Vim* habent refrigerandi, reficcandi, constringendi, unde Dentibus, viscerum laxitati, (*v. gr.* Cydonia ventriculo & hepati) simulque hæmorrhagiis medentur, atque vi suâ ftipticâ spiritus exorbitantes cohibent, materiam fluentem incrassant, sic enim refert *Forestus Observat. & Curat. Lib. XXII. Obs. 1. p. m. 363.* Fluxum ventris diuturnum solis mespilis immaturis in maximâ copiâ devoratis se curasse, imò cuidam Medico Lovaniensi pro sola Mespilorum præscriptione trecentos aureos fuisse numeratos, quo & spectat europiston *Exc. D. D. Binningeri* remedium antidysentericum ℞. *Gland. veter. excort. num. j ß. Nuc. moschat. tost.* ʒ ß. Contund. tenuissimè & cum *ovi vitello* mista super olla opereulo coquantur ad colorem aurantium.

III. *Dulcis sapor* gustui suavis & jucundus eum oblectat, nullâque qualitatis excessu molestus est, unde secundùm *Grube de simpl. Med. cognosc. Sect. IV. art. 1. p. m. 65.* centri vicem gerit & concoctionis perfectissimæ index est, in medio velut constitutus, à quo qui vel hinc vel illinc deflectunt, excessum quendam vel in calore vel in frigore designant. Ob optimam nimirum concoctionem, partium spirituosarum & ramosarum intra viscosas immixtionem, caliditatem mediocrem & substantiam congruè mollem (congruam scilicet ⊖lis & ♀ris unitorum commixtionem, ut angululis paulùm prostantibus constent) æquabilemque gustui arridet, *v. g.* in *fructibus maturis*, quibus lingua quodammodo oblinitur ejusque partes æquabili tractu præterfluunt, quia sole blandè coquente succus debitè percolatur, resolvunturque particulæ antea implexæ, quibus lævigatis & notabiliter imminutis fit ut citò linguam permeent quandamque titillatione afficiant, id est, sensibilem quidem motum nervis communicent, sed non vellicent. Unde & ingeniosè *Willisio* sapor dulcis fieri videtur, quatenus corporis cujusdam particulæ in molles aculeos ita sunt figuratæ, ut leni affrictu sensorium titillent, & exinde jucundum voluptatis sensum

excitent, non aliter ac plumarum striæ hypochondriis ac pedum volis admotæ. Quare pueris & puellis, ut & iis qui delicatiori & teneriori fibrarum plexu pollent, hic sapor acceptus, minùs autem iis quibus est crassior, hi enim dulcedinem insulsam sentiunt, nisi quædam sit admixta acrimonia. Nimirum Fibrarum tunicam linguæ constituentium non est una eademque textura, prout & videmus in paganis & rusticis laboribus manualibus valde deditis, illos ob manus valde duras & callosas spinas & urticas sine ullâ molestiâ contrectare posse, quæ in manibus delicatuli summas excitarent molestias. Pariter illi qui nacti sunt fibras linguæ rigidiores, minus etiam saporem cibi percipiunt, quin majori vi opus est, ut illæ fricentur, quæ in delicatioribus facilè negotio se pulsari patiuntur & dein astrictu vellicari. *Eidem* verò *Willisio de Morb. Convuls.* haud absurdè videtur, in Dulcibus *principium salinum particulis sulphureis*, quandoque etiam *spirituosis* pariter evectis, associari, hinc enim si, prægustato Vitriolo, Tabaci fumus ore accipiatur, sæpe austerus sensui primò impressus, in dulcescentem ac planè mellitum commutatur, cujus ratio est, quia particulæ salinæ ponticæ Vitrioli, sulphureis ex Nicotiana combusta exhalatis commistæ, saporem dulcem creant, imò exinde videtur, quòd postea dominantibus ⊖bus liquores prius dulces fiant acidi, ceu & *Piso* in Brasiliâ observavit succum, ex quo saccharum concrescit, extravasatum intra breve tempus acescere; quare non mirum, si in passione hypochondriaca, novam semper cum vitioso acido fermentationem atque ebullitionem Saccharina ineuntia, dolorosas in sinistro latere cieant turbas, appetitum persternant ac ructus extitent ac flatus. Hinc etiam colligere est, *Saccharum & Mel* esse indolis sulphureo salinæ, quod etiam clariùs ex eorum destillatione constat, siquidem ea non secus ac sales Minerales spiritus acidos & valdè corrosivos præbent, assentiente etiam *Frid. Hoffmanno Meth. Med. Lib. I. Cap.* 19 *pag. m.* 271. & Philosopho illo per ignem *Helmontio Pharmacop. p. m.* 288. dum Saccharum quoque in plerisque morbis stomachi & uteri hostile esse scribit, ac remediorum proprietates retundere, quasique morborum omnium unica medela & apex in dulci staret? *Saccharum*, inquit, *pag.* 286. *fermento acido stomachi adversatur è diametro, ideoq; digestiones facit difficiliores; saccharum enim lixivio calcis vivæ & argilla figulina clarificatur. Et enim si aciditatem spiritus mellis & sacchari faculentias novissent scholæ, parciori illorum usu apud agros contenti fuissent*: quia verò ipse *Paracelsus Archidox. Lib. V.* aciditatem ejusmodi mellis ab igne quoque derivat haud secus ac ipse lapis philosophorum ex subtilis practicæ viribus, quæ illi induntur à præparationibus, reverberationibus, sublimationibus, digestionibus, destillationibus & postmodum variis reductionibus & resolutionibus, in tantas virium subtilitates & acuitates adducitur, pariter quoque mitius nonnihil de hisce sentiendum

tiendum erit, saccharumque & mel pro balsamicis naturæ subjectis haud adeo repudianda, si decenter in usum vocentur, quare & *Vim* aliàs habere dicuntur dulcia laxandi, leniendi, concoquendi; maturandi, unde pulmonibus, pectori, imò & renibus medentur, in quantum sanguinis ac seri acrimoniam & salsedinem corrigunt, bronchia & asperam arteriam lævem reddunt, tubulos renum ac poros adstrictos laxant, plexus nervosos, qui surculos utrique renum suggerunt, corrugatos & convulsivi quidpiam passos, demulcent: Inprimis autem dulcia vim *nutriendi* pleraque habent, dum in eodem quasi statu conservant Corpus, & convenientiam habent cum natura sanguinis & carnis, unde vulgò dicitur, *Dulcibus corpus nutriri*, id est, suavibus, blandis, *v. gr. Lacte, Vino, Passulis, Carnibus animalium* &c. quæ *Excell. Wedelius de Med. Facult. p m.* 13. vocat *mediocriter dulcia* uti *eminenter dulcia, Mel, Saccharum*, de quibus dicitur, quod facilè bilescant, (unde *Apulejus Asin. Aur. Lib. II. p. m.* 230. *Cave ne nimia mellis dulcedine, diuturnam bilis amaritudinem trahas*; In amore esse plus fellis & amaroris, quàm mellis & dulcedinis innuens) quæ tamen inde *Nobiliss. ten Rhyne Medit. in text.* 24. *Hippocr. de Vet. Med. p. m.* 178. revera dulcia non sunt, etsi blando dulcedinis sensu gustum feriant, quia scilicet, ut dictum, in corpore pugnam excitant naturæ inimicam & sanguis talium usu non dulcis redditur, sed pulmones exasperantur exeduntur que, ceu horum usu ♃ium dissolvitur saccharo.

CAPUT XXVII.

De Sapore Amaro & Insipido.

I. AMarus sapor gustui insuavis & tristis; eum velut corradit aut divellit ob particulas intortas, variè angulatas & difficulter flexiles. Hic ex multo sicco terrestri & pauco humido aqueo à calore abundanti gigni dicitur à *Peripateticis*, & ab *aliis* à dulci & pingui per calorem intensè siccato: *Fernelius* ait, crassam ejus esse materiam & terrenam, quam exuperans calor præassaverit (ceu hinc grana *Bon* ad *Caova*, decocto cichori gustu æmulum parandum, quæ dulcescunt, parùm igne torrefacta non minimam ad deobstruendum vim acquirunt & *specificum ex splene castrati boris* in magisterium vel quintam essentiam adductum ob sanguinem nonnihil adustum superstitem, excellentissimum est emmenagogum, *Paracelso* teste) & exiccaverit, indeque omne amarum esse calidùm & siccum. Ast meritò alii ad Philosophiam Corpuscularem concurrunt, particulas nimirum aculeis furcatis confitas, quæ sensorium non altè, sed tantùm superficietenus fodicantes, tristem inferant sensum, non aliter ac si aculeatus Dipsaci fructus asperè:

asperè in manibus contrectetur. In subjectis igitur amaris sal cum sulphure associatur cumque eo adustionem passum prædominatur. Talis observatur in *Aloe* (quam inde fel vegetabile vocitat *Excell. Wedelius* & instar fellis anguillarum in partu difficili commendat) *Absynthio, Opio, Myrrhâ, Carduo-benedicto, Centaurio minore*, quod *Fel terræ* dicitur, *Colocynthide*, cujus coctæ amaritiem, cùm filii Prophetarum in annonæ caritate degustâssent, exclamârunt: *Mors in ollâ, Vir Dei. 2. Reg. Cap.4. Vim* habent, *Amara* calefaciendi, exiccandi, abstergendi, deobstruendi, vi suâ terrestri nonnihil adstringendi, hinc enim tonus viscerum & fibræ iis roborantur, ut etiam materia vel in vasis vel in cavitatibus membrorum delitescens à spiritu sanitatis œconomo propelli, & obstructiones reserari queant, unde etiam in *Febribus* optimè commendantur, quatenus, ob excessum caloris febrilis, viscera, quorum præcipuè Ventriculus cum intestino duodeno & Pancreate, Hepar, Lien relaxata & flaccescentia, adstrictione & robore simulque absterfione & incisione humorum ibidem à Calore febrili productorum, maximè opus habent, quas utrasque Indicationes Amara ob salem suum adjunctum implent, ut est inprimis decantatus ille *Cortex Chinæ Chinæ* ob amaritiem ex tenuibus particulis constans & ob acredinem plurimo sale oleoso aromatico præditus, qui hinc absque prægressis debitis evacuantibus datus sæpius recidivam efficit aut etiam mortem inducit, dicente *Rolfincio de Febr. p. m.* 315. præpotens namque, inquit, illius corticis calor humores accendit, bilemque sollicitat; quo fit ut tertianæ nothæ plerumque succedant Quartanæ in locum, unde ait, Europæis non adeo commodam esse: sed ut dictum hoc non adeò metuendum, corpore prius bene disposito, adeò ut placeant Pilulæ ad febres *Celeberr. Peyeri ex pulv. cort. Chinæ & extracto trifol. fibr.* quartanariis 4. tertianariis 3. saltem exhibendo, cum Pythagorâ sic numerorum virtutem innuens, de quo *Agrippa Occult. Phil. Lib.II. Cap.3.* Præterea putredini resistunt balsamica amara quatenus supervacuos humores absorbent, detergunt, redoletque hic sapor secundùm *Rolfinc.* naturam salis gemmæ aut Nitri, adeoque præstat tergente facultate, imò purgante, unde & Amara ob viscositatem incidunt & indurata resolvunt: Diuretica & sudorifera etiam audiunt, *Antihypochondriaca, Anticachectica*, quatenus acidos humores infringunt, massam sanguineam torpidam excitant, volatilisant, fermenta viscerum roborant.

II. *Insipidus Plantarum sapor*, aliis *fatuus* dictus, saporis potiùs est privatio, linguam enim nullâ qualitate manifestâ afficit, quod secundùm *Ant. le Grand Instit. Philos. Part. VII. Art. XIV. p. m.* 730. ex eo oritur, quòd corpuscula ⊖na tanta non suppeditentur, quæ humoris operâ linguam ingrediantur & ejus nervos propulsent, quod etsi non fiat, nil tamen impedit, quò minus de spiritu mundi ⊖no participent, & exinde suis insignibus dotibus

dotibus sint instructa Insipida, vel exemplo *Aqua fluviatilis. Rhenana* quæ à podagricis, nephriticis ob intermixtionem aëris, ex cursu, cum emolumento hauritur, ad eorum eluviem intus expurgandam. Alias Insipidorum corpuscula secundùm *Willisium* sunt particulæ superficieculis non omnino asperis sed glabris & lævigatis præditæ, quæ sensorii porulos non subeunt, ipsumque nullo modo fodicant aut vellicant, exemplo viscosorum *gummatum*, quæ minimum saporis habent, quia particulæ pungentes à viscosis particulis obtunduntur & nervi solùm demulcentur, vel etiam particulis ▽eis nimis dilutæ sunt. In hocce verò sapore Aquæ aut terræ principium cæteris prædominari scribit, unde & plantæ ejusmodi humectant, emolliunt & refrigerant. Distat à *Dulci* secundùm *Fernelium*, quòd in paulo crassiore atque crudiore materiâ sit, & à temperie aliquantum in extremum frigidius devergat, dulcis verò sapor in calidius.

CAPUT XXVIII.
De Saporibus Compositis Plantarum.

HÆc de saporibus simplicibus: sequuntur horum *simplicium complicationes, Duplices* seu *Conjuncti in uno Vegetabili simplici*, quatenus nimirum ejusmodi simplicia plurimis & diversis particulis, vel ut *Chymicè loquar*, sale, sulphure & Mercurio &c. diversimodè mixtis & combinatis conflata & donata sunt. Singulas verò harum συζυγιῶν, censente *Willisio*, enumerare, res est ferè impossibilis, idque certum, quòd omnia heterogenea, id est, quæ particulas sibi invicem non convenientes possident, saporem mutent tractu temporis & quò major humiditatis copia, eò citior alteratio, quo minor verò eò & minor ejus alteratio; neque hîc prætereundum quod ad facultates compositorum medicamentorum indagandas, denominatio virium habeatur à simplicibus, quæ vel mole vel virtute reliqua superant. potiores autem ejusmodi saporum compositorum sunt *Acido dulcis, Dulc-acris, Acido-salsus*. I. *Acido dulcis* reperitur in quibusdam Prunis *v.g. Tamarindis*, qui aciditate suâ spiritus feroces refrænant & inhibent, ob salem acetosum reprimunt & corrigunt humores amaros, lubricitate verò suâ & inde resultante dulcedine alvum laxant & emolliunt, unde summopere commendantur in febribus, diarrhæâ, à *Grube de simpl. Med. Fac. p. m.* 91. & ex iis parat hinc *Rolfincius de Purgant. Vegetab. p. m.* 405. *Serum tamarindinatum* flavo colore pulcherrimè splendens, instar syrupi citri gustui gratissimum, in calidis affectibus usurpandum. ℞. *Tamarind. sel. acidiusc.* ℥ *ij. Aq. acetos.* ℔ *j.* conterantur in hac, affund. *Lact. ferventiss. Mens. j.*

 Circum-

Circumagitentur optimè ad separationem serumque *albumine ovi* probè depuratum flavo colore pulcherrimo splendebit. In eo solv. *Sacchar.* ℥ j.ß. sic gustui gratissima potio instar syrupi citri fiet. Neque verò saltem in Tamarindis, sed & prunis aliis sapor hic reperitur, ceu quibus, *Jonsthono de Arbor. & Frutic. Lib. VII. Cap. 2. Art. 2. p. m.* 386. referente, illi adulterantur, sed obscuram nigredinem, humiditatem largiorem & saporem dulcem dolum detegere. II. *Sapor Dulc-acris*, quo gaudent Aromatica pleraque, *Cinamomum*, *Cassia lignea* (quæ eadem sunt arbor, radice camphoram spirante, ut alibi dictum, è Zeilan, Javâ, Malabar advecta) *Caryophylli* (etsi fructus immaturus sint, veri enim fructus sunt baccæ triplo & quadruplo majores *Antophylla* dicti, de quo *Rumphius & Excell. D. D. Scrökius Dec. II. Misc. Ann. I. p.* 53.) aliaque quatenus sal acre à dulcedine sulphuris temperatur, seu vis attenuandi à grato dulcedinis concentu mitigatur, unde cordi & spiritibus vitalibus hic sapor acceptus, & hoc sapore prædita *Cordialia* audiunt, quatenus nimirum parte sui volatiliori attenuant sanguinem, volatilisant, motum ejus promovent, ne tamen & in hunc nimiùm agant, sapore suo dulci & quasi balsamico particulas acutas & acriores ex parte infringunt & attemperant, sicque cordi & massæ sanguineæ, cujus ratione Alexipharmaca etiam audiunt, v. g. *Rad. angel. Valer. Meliss. Cherefol.* &c.) maximè congrua evadunt, præterquam quòd etiam capitis medeantur affectibus frigidis, menses cieant, attenuant viscosam pituitosam materiam in pulmonibus & alibi stagnantem, item etiam in Affectione hypochondriacâ non minimum præstant, unde *Sal volatile oleosum Sylvii* pro panacæâ tantùm non olim in Belgio habitum, ex *Oleo cinamomi* aut *macis*, *caryophyllorum*, *angelicæ* &c. in debitâ quantitate cum ♒u ✕ *ci* & ∀ ♀*to* decenter commixto, ortum ducit: vel ℞. *Ol. cinamom. opt. amarac. destil. aa.* ℥ ij. ⊖ ✕ *ci*, ⊖ ♀*ri an.* ℥ iiij. Celeriter probè commixta sublimentur in vitreâ cucurbitâ ex arenâ in ⊖lem Alem oleosum, qui ex alembico cautè colligatur & in vitro probè munito asservetur. *Dosis* si *siccus* est ad *gr. x. mane & vesp.* cum pauxillo *vini*, si *liquidus* totidem gutt. Vid. *Vigani Medull. Chym. p.* 30. *Le Mort* talia conficit sumendo *Olei aromatici* ℥ j. ⊖ ♀*ri puriss.* ℥ iij. quæ exactè misceantur, superfundendo ∀ *rectif.* ℥ v. ♒ ⊖ ✕ *ci* ℥ iiij. digerendo simul per 2. vel 3. dies in phiolâ arctissimè clausâ, sic phlegma cum ⊖le deliquato ad fundum subsidebit, supernatante liquore claro ⊖no ramoso. Vid. *Regn. Miner. Sect. II. Part. I. Cap. 7. p.* 157. III. *Sapor Acido-salsus* observatur in salibus essentialibus dictis, maximè *Cremore Tartari*, è regno itidem Vegetabili oriundo, qui aciditate suâ notabili humores amaros corrigit, ac salsedine leniter vias primas laxat, incidendo prius crassos humores ac obstructa reserando, unde plerumque purgantibus præmitti solet, minus verò confert in affectibus, ubi acidiores humores sunt præsentes.

CAPUT

CAPUT XXIX.

De Odoribus Vegetabilium in genere.

DEgustatis Saporibus Vegetabilium, horum etiam *Odores* olfaciendi, utpote qui arctam affinitatem invicem colunt, dum ea *ut plurimùm* (dico ut plurimùm, nam & hoc variat, exemplo Rosar. Myrrh. quæ amara, odorata tamen) quæ in sapore consentiunt, etiam odore conveniunt, quatenus ab eodem velut ovo pronascuntur, hâc solùm differentiâ, quòd diversus sit sensorium afficiendi modus, particulæ nimirum crassiores salivâ humectatæ ac elicitæ, Gustum, tenuiores verò, leviores, mediante aëre ad nares tendentes, olfactum movent, scilicet ut Sapor iis corpusculis inest, quæ linguam & reliquum gustûs organum subeunt, eamque pro diversâ figurâ, duritie, mole, conjugatione diversimodè afficiunt; ita Odor in tenuissimis halitûs filamentis diffunditur, quæ fibras olfactûs pulsant, stringunt, implicant. Est nimirum *Odor* objectum olfactûs, particulæ scilicet Plantarum tenuissimæ, spirituosissimæ, ramosæ, salinæ volatiles, nares, velut caminum quoddam inferius latum superiùs angustum, uti comparat *Bauhinus Theatr. Anat. Lib. III. Cap. 66. p. m. 465.* ingredientes, & processus mammillares vel membranas tubulatas *Willisii*, quæ fibras sensiles densissimè intertextas continent, aëris ope variè pulsantes, titillantes, vellicantes. Aristotelicis *Odor* est qualitas odorabilis ex sicco beneficio caloris concocto in humido. Ab his non adeò discrepant *Chymici*, quibus (ut dictum) odores sunt effluvia spirituosa, exhalatio nimirum tenuissimarum particularum ramosarum & ⊖narum volatilium, ita ut ⊖lia seu ∽us volatiles causa sint, ramosæ verò partes variam iis alterationem communicent, ex. gr. si particulæ ⊖næ △les prædominium obtineant, adeò ut in minimâ quantitate ramosæ illis junctæ sint, oriatur Odor ingratus, quia vellicant & pungunt nervos olfactorios: si verò ramosæ & viscosæ particulæ exuperent longè salinas △les minor inde fit exhalatio, ut in Saccharo, Melle Oleis expressis: Ubi verò bona & decens particularum △lium, & ramosarum est mixtura, gratus inde oritur odor, ut in Ol. lign. Rhod. Styrac Ambr. &c. Activitas autem partium volatilium patet maximè in *Allio, Cæpe, Nasturtio* &c. quæ vapore acri ceu aculeis suis oculos mordicant, hinc ubi hi avolârunt odor perit, ut patet in *Nuce moschatâ*, ex quâ si oleum est exhaustum, odor amittitur. Colligitur hinc Odorata in quantùm odorata, *Calida* esse, at quia pars illa spirituosa calida, unde odor, sæpe in superficie tantùm hæret, fit nihilominus, ut ob reliquam substantiam frigidam, frigida vocetur

Planta, prout in *Rosis, Violis* &c. apparet; Rosæ siquidem aspectu aliquid ignei ostendunt & in superficie calorem efflorescentem, unde etiam ex ejusmodi Plantis odor facilè evanescit, secus ac fit in aliis, in quibus peractâ exiccatione odor demùm emergit, quorum prius, ut dictum, tenuitatem & volatilitatem in superficie duntaxat hærentem annunciat, posterius autem humiditatem consumptam, odorem antea obtusiorem partesque ramosas nimis dilutas, reddentes declarat, unde etiam gradus caloris ex odore accuratiùs colligi nequit, tum quia aër ipsum odoris vehiculum (unde & quia is manè magis condensatus particulas odoriferas commotas facilius retinet & quaquaversum vehit, meridie verò quia tenuior est supportandis istis exhalationibus est impar, quâ ex causâ quoque Arbor Tristis myrtho similis de die flaccescit, noctu autem viget, quia ob humoris tenuitatem noctu quidem viget, non verò calorem solarem perferre valet) facilè potest à rebus alienis alterari & sic decipere sensum, tum quòd in hominibus, præterquam in brutis, maximè infirmus est olfactus, cujus causam *le Grand Histor. Nat. Part IX. Art. 3. pag. m. 385.* in cerebrum humidum refundit, ubi tamen non negligendum, quòd bruta ampliores & magis conspicuos nervos obfactorios habeant quàm homo, præterea quòd hic gustu ac visu potiùs ad alimenta capessenda quàm olfactu ducatur, ac multa ex discursu addiscat. Patebit ex dictis odorifera sec. *magis & minus* semper partium tenuitatem seu volatilitatem ac vim attenuandi ostendere, & prout est odoris varietas, variè etiam illam substantiæ tenuitatem indicari, siquidem si mitis & suavis fuerit, moderatam tenuitatem, si fragrantior majorem, sin acris insigniter fuerit, maximam declarabit.

CAPUT XXX.

De Odore fragranti & graveolenti.

Dividuntur *Odores*, ut dictum, in duas Classes, quarum una εὐοσμίαν, altera δυσοσμίαν tradit, sunt enim *Simplicia Vegetabilia odorifera* vel *Fragrantia* vel *Graveolentia*. Ad *Fragrantia* spectat Odor suavis, gratus, Aromaticus, qualem exhibent *Rosæ, Violæ, Jasminum*, item Aromata, *Cinamomum, Macis, Nux moschata*, &c. *Opobalsamum* item ex plantâ Ægypti rutæ folio, teste Prospero Alpino, extillans, quæ cuncta tum suavitate mirifica, tum gratâ quadam acrimoniâ nares feriunt, ob particulas spirituosiores, volatiliores, nobiliores, sulphureas, unde etiam *Cardiaca* audiunt, quatenus spiritus vitales attenuant, Archæum, ut loquuntur modernorum quidam, confortant, recreant, instaurant, ejus lucem adaugent, nobilitatem promo-

promovent, unde motus sanguinis intrinsecus ac intrinsecus præcipuè regulatur. Acres nimirum illæ aromaticorum particulæ sanguinem attenuant, temperatæ autem sec. *Grube de M. simp. cogn. p. m.* 46. in causâ sunt, ut sua sanguini apta maneat consistentia. Et hæc quoque causa cur *Helmontius Imago Fermenti impregnat massam semine* §. 16. *p. m.* 71. odoribus in sanando tam internè quàm externè plurimùm attribuat, de quo pluribus *cit. loc.* neque enim particulæ odoræ in fistulis narium activitatem suam terminant, sed profundiùs ad cerebrum penetrant, ut ex earum fortiore inspiratione, afficiendi spirituum animalium systema robore patet, id quod non minus de fumis herbarum ore haustis intelligendum, maximè ad affectus pectoris, exemplo *tussilaginis* (cujus flores sic cum flor. ♆ & succin. mixti & incensi, fumo instar Nicotianæ hausto phthisis aliquando sanata, teste *Boyleo*) in tussi inveteratâ, qualibus aliàs, *Porphyrio* & *Agrippâ* scribentibus, si sub opportunis stellarum influxibus fiant, idola dæmonum (ad quos etiam è corpore humano fugandos usurpavit *D. Michaël*, suffimigium è *floribus hyperici, herb. & sem. antirrhini*, *Corall rubr. alb Dent. hominis demortui*) in aëre apparere dicunt, v. gr. si ex *coriandro* & *apio* sive *hyoscyamo* cum *cicutâ* suffimigium fiat, haud secus ac suffitus ex *semine lini* & *psyllii*, *radicibus violæ* & *apii* faciat videre res futuras & conferat ad prophetiam; Nos missis his alia miranda nonnunquam circa odores observabimus, sic namque refert *Keckermannus Curs. Philos. Disput. XVI.* §. 34. *p. m.* 266. ex *Joh. Bruyerio Medico-Gallo*, *Johannem à Querceto Francisci Galliarum Regis Secretarium* solo pomorum odore atque aspectu adeo fuisse turbatum, ut statim è convivio discederet, si poma apponerentur, & si propiùs naribus ejus admoverentur, repentè illi ex naribus copiosè sanguis erupuerit, haud secus ac Ludimagistro apud *Tackium* accidit, ut quoties homo in civitate moriebatur, ille intolerabili narium titillatione correptus fuerit. Fertur & de *Oliverio Caraffâ Cardinali*, quòd rosarum halitum perferre non potuerit, imò rosarum tempore quotannis secedere coactus fuerit, seque intra suos quos in Quirinali habebat hortos, claudere, custodiis ad ostia positis, ne quis aut salutantium aut amicorum officii gratia ingredientium rosam inferret; sic refert Vir *Excell. Nicol. Binningerus Observ. & Curat Cent. II. Obs.* 86. *pag. m.* 227. de Matronâ Basiliensi, quæ rosarum tempore (quæ si in conclave ubi hystericæ morantur, à peregrino apportentur, mox concidunt, ut visum, restituuntur verò cutis ficûs suffimigio utero excepto) plures septimanas Coryzâ laborârit, imò quendam Montispessuli solo purgantis pharmaci odore pluries subductum, prout & refert *Pechlinus Exercit. de Purgant. Cap. XXX. p. m.* 407. *Mulierem, quæ cùm sub eadem veste aut strato cubaret cum alia & socia muliere ante quietem purgante usa, ipsam sobriam omnisq; medicaminis expertem aliquoties de nocte purgatam fuisse.* Et ab ejusmodi efflu-

viis plures alii Vegetabilium effectus deduci poterunt, verb. gr. quòd animalia certis plantis delectentur, aliis verò offendantur, quatenus nimirum ipsorum sensoria vel blandè demulcentur vel contrà incongrua ipsis sunt adeoque ingrata, hinc Valeriana felibus adeo grata est, ut vel pulveri cephalico indita felem mox alliciat, ut pulverem in terram prolapsum penitus lambat, ut visum, vel etiam fenestrarum orbiculos distringat si in conclavi retineatur, sic serpentibus fœniculum, scorpiis ocymum, mustelis ruta jucundissima sunt, ingrata verò capris ocymum formicis origanum, serpentibus ruta, aconitum scorpiis aliæque aliis, quali medio medicamentorum etiam vires homines didicerunt, de quo *Agrippa de Occult. Phil. Lib. I. Cap. 16. p. m. 26.* Quare & *Paracelsus* monet, ut sicut Canis venaticus prædam in naso, sic nos arcanum in oculis teneamus, quòd si enim canem sedulum Medicus se præstet, in vestigia arcanorum facilè incidet, ita ut herbæ, semina, lapides &c. occurrant & pro ratione paroxysmi morborum ascendentium (quos magnum Ilech vocat) integræ constellationis tum astrorum tum corporum se se exhibeant offerantque.

Devenire jam cogimur ad *Graveolentia*, quæ gravitate suâ ac fœtore rancido, acri, nidoroso, putido, cadaveroso, naribus sunt molesta, minimeque accepta, caputque hinc replere meritò accusata, ut est *Asa fœtida, Atriplex fœtida B. Fritillaria Aquit. Clusii, Dracontium majus*, de quibus vid. *Martialis Epigr. Lib. VI Epigr. 93. p. m. 262. & Pauli Quadrip. Bot. p. 334.* Feriunt autem ejusmodi Graveolentia nares sale suo volatili copioso admixto sulphure crassiore, impuro & fœtido, quale etiam vocatur *Willisio de Ferment. Cap. 2. p. m. 10.* si sali sulphur associetur, hocque pro majore vel minore *ἀνωδύνου* vel *sedativum* vel *narcoticum strictè dictum* secundùm *Grube de Med. simpl. Art. III. Sect. III p. m. 54.* meretur appellari: *Sedativum* est in *Asa fœtida, Galbano*, è Regno animali, *Castoreo* quæ in Hystericâ passione ad odorandum exhibentur *v. g. Pomum sequens* quod in Ephem. Germ. curiosis proponit *Regis Poloniæ Archiater. Cnöphelius*, quod subitò uterum sistat & archæum uteri furibundum sedet: Est autem tale: *℞. Castor. opt. rec ℥ j ß. Gum. Galban. ʒ iij. As fœtid. ℈ ij. Ceræ q. s. M. f. s. a. Pomum, quod Ol. succini aut rutæ inungatur, auri foliis obducatur & capsulæ argenteæ seu ligneæ includatur.* Hic enim fragrantia supernè minimè aut rarò conducunt; dico, *Rarò*, quia aliquando uterus per inferiora tumultus suos exerit, & referente *Pauli Quadrip. Bot. Class. III. p. m. 201.* dantur hystericæ quæ gratis odoribus *v. g. Balsam. Cinam. Ambra, Moscho* reficiuntur, contrà *Asâ fœtidâ, Castoreo* &c. vulgatissimis & famosissimis aliàs adversùs uterina symptomata remediis, præsentissimo vitæ discrimini objiciuntur, uti hujus rei duo contraria sed singularia exempla illic loci recenset, & *Willisius de Morb. conv p. m. 117.* etiam refert, suffimigia è graveolentibus parata quibusdam fœminis paroxysmum aggra-

aggravasse, fortè quia spiritus nimium irritant & in majores ἀκμὰς adigunt. Ratio nimirum quare suaveolentia hystericæ ferre nequeant, est tum magna spirituum mollities ac tenuitas rariorque hinc sanguinis textura, hinc enim spiritus taliter constituti à fragrantibus magis dissipantur, imò ad explodendum parati in tales inordinationes provocantur, à graveolentibus verò retinentur & ad consistentiam debitam reducuntur, tum præcipuè quatenus & aliorum humorum orgasmum ac fermentationem impediunt, prout 🜍 auro fulminanti admixtum, virtutem explosivam mitigat, docente *Willisio de Morb. conv. Cap.* 10. *pag. m.* 111. *Narcoticum sulphur* in *Opio*, *Papavere*, (quod si in Europâ coleretur, *Bellonio Observ. Lib. III. Cap.* 15. *p.* 179. judice, Opium perinde colligi posset ac in Asiâ, modò necessaria cura in eo legendo adhiberetur, qualiter etiam quosdam eo uti instar Opii novi) quorum illud odorem gravem, tetrum, fœtentem de se spargit, reperiri dicunt Chymici, ut *Exc. Wedelius Opiolog. Lib. I. Cap.* 12. *p m.* 43. Vulcano namque ad torturam subjectum exhibuit ipsi, præter phlegma, spiritum volatilem Oleum nigricans, quod ipsi dicitur sulphur ac substantia oleaginosa, inflammabilis, *Hannemanno* verò *Meth. cogn. Veget. p. m. concentratum punctum spirituum soporiferorum, citoq; in auram tenebricosam assumptum ab homine solubile*, nimirum Opium ex eoque parata *Laudana*, laudanda medicamenta, si assumantur & à ventriculo resolvantur, ἀναθυμιάσει suis cerebrum afficiunt, & ejus porulos à Vigiliis nimiis apertos & dilatatos obstruunt, spiritus animales feroces inhibent, eclipsin Microcosmo aliqualem inducunt, adeoque suavissimam corpori conciliant quietem & noctem, inprimis etiam in stomacho, qui feriari ab officiis suis cogitur, prout *Placentæ*, quas exhibet *Willius de Morb. Castrens. Cap.* 4. *p. m.* 56. latrantem stomachum placant, ardoremque stomachi mitigant Pilulæ Paracelsi, quibus Canonicum quondam hîc mox liberavit: *℞. Ladan. Opiat.* ℨ j. *Sacch cand.* ℨ j ß. *Ambr. gr. iij. Macis gr. vj.* F. *Pil.* cum *aq. menth. Dos. num. iij. Catalogum Graveolentium ut & Suaveolentium* qui desiderat, adeat rursus *Giesvvein Syst. Mater. Med. Galeno-Chym. Lib. I. Part. I. p. m.* 31. *Inodoras Plantas* quod attinet, eæ nullum de se spargunt manifestum perceptibilem odorem, ob crassam substantiam minusque volatilem, mixtionemque principiorum invicem arctam, ut est in Agrimoniâ, planta Joviali &c. Hæ verò licèt sint odoris expertes, saltem respectu nostri, frigidæ tamen inde non statim dicendæ, possunt enim factâ dissolutione odorem exhibere, prout aliàs pura, & solitaria Ambra nil ferè odoris spirat, priusquam *aq. rosar.* (qualiter nimirum Primates Ægypti Anguriam, facto foramine, replent, aquæque anguriæ permiscent, ut jucundissimus pro sitientibus & febricitantibus potus obtineatur, aperiens, humectans, refrigerans, insimul diureticus) vel *saccharo* confusa sit, ac Moschus aquâ rosarum emollitus admixtione pauxilli *aq. vitis* suavissimum de se spargit odorem.

CAPUT

CAPUT XXXI.

De Coloribus Plantarum in genere.

SEd odoribus ad ſufficientiam olfactu exhilarato, Viſui etiam ſua hic oblectamenta offerenda; & quæ non in hocce Regno elegantia Inſignia, florum *Liliorum*, *Caryophyllorum*, *Tuliparum*, *Iridum*, *Roſarum* & aliorum jucunda pigmenta, colorata ſpectacula? Quid verò ſit *Color* haud facilè eſt definire, *Latet enim*, prout inquit I. C. *Scaliger. de Subtil. Exerc. CCCXXV. S.* 4. *p. m.* 1031. *Natura hac, ſicut & alia rerum ſpecies in profundiſſimâ caligine inſcitia humana. Summo Ariſtoteli de Senſu* & *Senſil. Color* eſt perſpicui terminati extremitas; Aſſeclæ ejus docent, *Colores* eſſe qualitates inhærentes & reales, quas lux duntaxat patefaciat, non verò concurrat ad eas producendas: His verò contrarius *Lucretius*, qui, teſte *Magnen. in Democrit. reviv. p. m.* 440. voluit Colores *progigni luminis ictu*, unde etiam Philoſophis Recentioribus Colores ex principiis mechanicis, ut antecedentia fluunt, ſub diverſo ſolùm reſpectu, ut enim ex ſucco nutritio formantur & componuntur in percolatione corpuſcula, oriturque diverſus ſapor; & ſicut filamenta, quæ in halitum ducenda ſunt, extenuantur & modificantur, Odor exoritur; ſic etiam diverſâ percolatione & coctione alimentarii ſucci, diverſimodè concreſcit & coagulatur, modò in ſpumoſam ſubſtantiam, unde *Albedo*, modò in alium corporis ſtatum, ex quo diverſa Opaci & diaphani conjugatio reſultat, diverſusque hinc etiam color: Quare *Renato des Cartes* ejusque ſequacibus, *Henr. Regio*, *Ant. le Grand*, *Comenio*, *Joh. Greydano*, *Derodoni*, aliisque, maximè verò *Nobili illi Anglo Rob. Boyle in Hiſt. exp. de Color. Cap.* 3. *Edit. Lond. p. m.* 21. & ſeq. *Color* nil aliud eſt, quàm modificata lux, quæ in plantis ob diverſam ac variam illarum ſuperficierum diſpoſitionem, variamque hinc radiorum lucis incidentiam, mixturam lucis & umbræ, exoritur: Eſt quippe in corporibus, uti inquit *Boyle loc. cit.* quæ nos Colorata dicimus & maximè in partibus eorum ſuperficialibus, certa quædam diſpoſitio, quâ illæ lucem, ab iis oculo noſtro immiſſam, ita turbant, ut ea producat ibi diſtinctam illam impreſſionem, cujus causâ dicimus, corpus viſum eſſe vel album, vel nigrum, vel rubrum, vel flavum, vel ullo alio determinato colore præditum. Quanta nimirum umbrecularum in vix ſenſibili phyſicæ ſuperficiei parte & inſignis inæqualitas eſſe poſſit, Microſcopio grandi in tenuis fruſti ſuberis ſuperficie vidit laudatus *Boyle*, hæc enim etſi ad oculum plana apparebat, obſervavit tamen ſexaginta circiter in unâ ſerie intra longitudinem &c. cavitates diſtinctas, magnitudine inſignioti

ſigniori & vix credibili profunditate, adeò ut diſtinctæ ipſarum umbræ, æquè ac latera, planè fuerint diſcriminatæ & facilè numerabiles. Cauſa ergo colorum dependet à varia radiorum lucis incidentiâ & hinc emerſione, prout eſt variè modificata textura particularum corpus coloratum conſtituentium, quæ textura microſcopiis in aliis quoque innoteſcet, ſi perfectis inſtructi erimus, perſpecturi ſcilicet, eſſe in Phyſicis corporum ſuperficiebus, tum magnum numerum latentium aſperitatum, tum particulares magnitudines, figuras & poſitus minutiſſimorum corporum, quæ eorum ſunt cauſæ; atque fortè percepturi inter alias, quas nunc nonniſi imaginari poſſumus, varietates, quomodo parvulæ hæ protuberantiæ & cavitates lucem interrumpant diluantque, miſcendo eam plurimis exiguis & ſingulatim non dignoſcibilibus umbris, quibusdam licèt earum magis, aliis minus minutis, aliis etiam minus, aliis magis numeroſis, pro naturâ & gradu Coloris particularis, quem viſibili objecto tribuimus. Quâ de re etiam Organi Pneumatici Magiſter Ultrajectinus *Joh. Vermaaſen* à Variolis cæcus, tactûs ἀκριβεία colores tæniarum, quamvis non niſi jejunus, poterat dignoſcere ac diſtinguere, de quo hiſtoria legi poteſt apud eundem *Boyle à p. m.* 44. *uſque ad* 47. Chymicorum nonnulli ad *ſulphur* concurrunt, unde *Digbæus de Plant. Veget. p. m.* 38. inquit, *Sulphur eſt magnus ille univerſalis pictor hujus mundi,* & *Chymici* Colores à ſulphure explicato à ſale & mercurio deducunt. Alii ad *ſalia* confugiunt, ſuffulti officinis Tinctorum, qui beneficio ſalium *v. g. Vitrioli, Aluminis, Tartari* & ſimilium, Lanam, Pannos, Telas lineas & ſericeas variis coloribus inficiunt, pariter namque pro ſalis vegetabilis incluſi ratione Vegetabilia magis & minus tingantur, ſic namque omnia quæ obtinent ⊖lia auſtera & rigida △lia viridis & ingrati coloris ſunt, quæ verò magis ſpiritu ramoſo & ſale volatiliſato turgent, eò flaviores & ad rubrum accedentis coloris fiant, ſi verò perticulæ craſſæ terreſtres in illis ramoſis & ⊖nis volatilibus abundent, rubri & obſcurioris coloris evadant; quæ verò pallida, alba, dilutioris coloris ea à particulis ramoſis acidis terreſtribus oriantur, unde plerumque frigida judicantur; probant hæc inſuper experientiâ Ingenioſiſſ. Anglorum, *Boyle & Williſii de Ferment. Cap.* 11. *p. m.* 59. 60. quibus num liquor aliquis vegetabilis vel alcalicus vel acidus ſit ex diverſo emergente colore elicere potuêre: quibus tamen nil aliud evincitur, quin corroboretur ſententia dicta, ſtatuens Colorum Differentias nonniſi Lucem cum umbra refractam ac variè modificatam eſſe; unde & Poëta ait:

Nox abſtulit atra Colores. Et *Rebusq; jam color redit,*
Vultu nitentis ſideris. Aur. Prud. in Hymn.

Tum enim fibrillæ nervi optici in fundo oculorum pulſantur, dum lumen in fibrillas tunicæ retinæ (quæ nil aliud quàm expanſio nervi optici) impingit

pingit ibidemque imaginem objecti visibilis format, ut fit in camerâ obscurâ (Vid. Regn. Animal.) tandemque species visibilis ad commune sensorium defertur. Et horum consideratio non parùm juvabit explorandi Virtutes Vegetabilium num, uti dictum, aut ab alcali aut ab acido quodam illa sit derivanda, maximè si insipidus earum succus primitus appareat; sumatur igitur v. g. *Syrupus violarum* cyanei coloris, ei infundatur liquor vegetabilis oblatus, si hic syrupus in *rubrum* vertatur, *acido* liquor abundabit, si in *viride, alcali.* quòd si enim ⏜us ⊕li ut acidus syrupo huic infunditur, in rubrum vertetur colorem si ⏜us ⊡ç ut alcalicus, mutabitur in viridem. Num verò liquor oblatus alcali fixo vel volatili abundet, sumatur solutio ☿♎*ti* in ▽â simplici facta eique liquor infundatur; si ex infusione liquoris solutio evadit *coloris aurantiorum, alcali fixo,* si coloris *lactei, alcali volatili* gaudebit; quòd si enim solutioni huic ☿⏜ti infundatur *oleum* ♀*ri p.d.* ut alcali fixum, *color aurantius,* si ⏜ ⊡*næ* ut alcali △le, *lacteus* emerget, ceu præter *then Rhyne de Med. Vet. text. p. m.* 71. sæpius hæc tentata vidimus.

Dividuntur *Colores* variè, communiter in *Veros* & *Apparentes,* sed sec. datam hypothesin & *Regium Philos. Nat. p.* 447. malè, quia omnes apparentes dicti veri sunt, quia verè apparent, & *veri* appellati, quotiescunque sunt conspicui, sunt apparentes, quia apparent videntibus, & sec. *Boyle libr. cit. pag. m.* 77. Organum visûs æquè verè & potenter ac alii colores afficiunt. Aliàs dividuntur *Colores* in *Extremos* & *Intermedios*. *Extremi* Colores statui solent duo, *Albus* & *Niger*. *Intermedii, Viridis, Flavus, Cœruleus, Rubeus,* qui omnes rursus subdivisiones varias admittunt.

CAPUT XXXII.
De Colore Albo & Nigro.

A*lbus Color*, quo gaudebant Romani, quando quadrigis albis curru aureo exaltato triumphantem (qualis nimirum mos, *Verulamio* judice, inter prudentissima planè nobilissimaque instituta numerandus, quia in se habebat Ducum decus & gloriam, Ærarii ex spoliis locupletationem & donativa militum) in Capitolium ducebant, sec. Doctiss. *Boyle citat. Tr. p. m.* 97. in hoc præcipuè consistit, quòd superficies Corporis quod *Album* dicitur, innumeris quasi superficieculis asperetur, quæ cùm specularis quasi sint naturæ, eum insuper in modum sunt positæ, ut aliis hàc, aliis illac spectantibus, radios lucis incidentes, non versùs se invicem, sed extrorsum oculum spectatoris versùm reflectant. Hinc quia corpora alba radios lucis fortiter & copiosè reflectunt, oculis maxima molestia infertur, ut etiam

Dionisius

Dionisius Siciliæ Tyrannus, referente *Sennert. Instit. Med, p. m.* 285. tenebroso carcere diu contentos inde occæcârit. Secundùm dictam verò Albedinis naturam *Lilium* albescit, quia tenuis ejus pellicula, quâ ejus substantia tegitur, in bulbulas turgescit, ex globulis constat, quos visu microscopio adjuto, facilè quempiam percipere refert *le Grand Instit. Philos. p. m.* 725. prout & in Medullâ sambucina, quæ itidem albet, ope microscopii apparuit, ejus poros esse discontinuos, & nihil aliud quàm congeriem bullarum, uti refert *Grevv Anat. Veg. Cap.* 3. idemque in succis albis aquosis intra vasa lignosorum stipitum tum horizontaliter tum meridionaliter ducta vidit *Leuenhook*, ut videre est in *Bibliothecâ Univers. Amstelodamensium*. Tali modo floribus superbiunt, tempore verno, *Cerasus, Pomus,* & aliæ arbores, *Sambucus* item *rosea*, unde Germ. Schneeballen vocatur, inprimis verò jucundo spectaculo canduit *Arbuscula illa*, folia quercui similia gerens, de quâ in *Ephem. Cur. Germ. Tom. IV. & V. Observ. CXXIX p.* 38. *Excell. Breynius,* & *Hannemann. Libr. sæp. cit. p. m.* 79. Cæterùm observatur quandoque Colorem album Plantarum humidum ac frigidum Temperamentum denotare, prout flores recentes videntur ob humorem coloratiores, vetustiores demum pallidiores ac deformes indeque ficciores, sed quia ejus natura in solâ superficiei ac luminis modificatione consistit, & in omni mixtione & juxta positione facilè sine prævia totius alteratione mutatur, prout in pomo dissecto variè mox colorato clarè apparet, nec humiditatem nec frigiditatem præcisè indicabit. Coloris hujus varii statuuntur gradus, quos recenset *I. C. Scaliger de Subtil. Exerc. CCCXXV. §. II. p. m.* 1038. item *Sachs à Levvenheimb in suâ Gammarologiâ p. m.* 353. & *seq.* nimirum est vel *Crystallinus, Vitreus, Papaveratus, Oryzinus, Amylinus, Pultaceus, Lacteus, Plumeus, Candidus, Niveus, Marmoreus, Cerussatus, Gypsatus, Eburneus, Aqueus, Margaritinus, Cygnæus, Aluminosus, Corneus. Niger* verò *Color*, Tristitiæ, luctûs & pavoris signum, albo maximè contrarius, oritur sec. *Ingen. Boyle de Color. pag. m.* 118. ex peculiari texturâ inprimis particularum superficialium, quâ lux in eam incidens quasi suffocatur, adeò ut parùm inde extrorsum ad oculum reflectatur, prout foramina profunda inde nigricantia conspiciuntur, ac Æthiopes secundùm *Hannem in Scrut. Nigr. Æthiop.* § 18. nigri sunt, & hinc haud frivolè quidam observarunt, Chirothecas nigras præ albis plus calefacere, parietes & muros nigros coloratosque intensè incalescere, albos verò non; papyrum itidem coloratam & nigram citius accendi quam albam, ut experientia docuit. Dicitur autem *Color niger* alius *anthracinus, Piceus, Fuliginosus, Coracinus, Murinus, Holosericeus, Fuscus, Lividus.*

CAPUT XXXIII.

De Colore Plantarum viridi, flavo, cœruleo, rubeo.

CAndidissimus *Simon Pauli Quadrip. Botanic. p. m. 339. cum Paracelso Philosoph. Libr. de Imaginib. p. m.* 494. non plures quàm sex Veros perfectosque Colores agnoscit, nempe *Album, Nigrum, Flavum, Viridem, Rubrum, Cæruleum,* & ex hisce sex Coloribus ultra triginta parari posse, quorum tamen nullus alteri similis est, ceu etiam *cit. Boyle p. m.* 224. adstipulatur. Ex hisce verò reales Colores Vegetabilium primarios esse ac principales ac veluti fundamentum aliorum, *Viridem* ac *Luteum*, quos & nunc quia Intermedii Colores lustrandi, videbimus. Ratio autem, quare hi duo primarii Plantarum Colores à *Paracelso & Pauli* statuuntur, est, quòd quæ sub vere pullulant Plantæ ac Arbores jucundâ viriditate oculos nostros pascant, luteo verò sub Autumnum colore, marcida illarum folia mox peritura nos quasi contristant, sicque suam essentiam nobis velut ostendunt, id quod *Maxvellus in Aphorism. 99. Lib. de Med. Magn. p. m.* 189. ingeniosè astrologico modo exinde deducit, quia scilicet primus & ultimus rerum color flavus est, quia sol & stellæ flavi sunt, & quæ laxioris sunt temperamenti, ut Plantæ, viridia apparent, postquam aërem tetigerint, qui aër naturaliter & summè cœruleus in illas agens, efficit flava viridia, duriora tamen facta aëris impressioni resistentia nativum primumque colorem induant, id quod & ex sequentibus patebit, res nimirum eò tendit, quòd quia Colores è minimis ac insensibilibus Corporis particulis & luce incidente variè modificatâ emergunt, Medico aut Physico ad plurima naturæ phænomena explicanda, Colorum doctrina intimiùs sit lustranda, ceu antea proposuimus & ex parte dilucidavimus, unde flavus color, & qualiter ex colore dijudicandum sit, an talium vel aliarum particularum prædominium in quodam Vegetabili reperiatur; quid enim, ut modò laudatus *Paracelsus* ait, Colores in homine aut rebus aliis sunt quàm productio reconditorum corporum in illis obliteratorum.

I. *Viridis Plantarum color* sensus suavissimè afficiens, mirabiliter confortans & recreans, oculis gratissimus, in unaquâque ferè plantâ reperitur, ut modò explicatum, exceptis floribus, quorum nulli aut paucissimi herbacei, omnino virides certò nulli, cùm tamen cæteri colores omnes excepto nigro juxta *Cæsalpinum* (ni Iris Susiana flore maximo, ex albo nigricante obstet) in floribus spectentur, compositus est ex *Flavo*, qui proximus Albo, & *Cæruleo,*

Cæruleo, qui nigro, quod patet. 1. Quòd quæ cœrulea sunt, si per vitrum flavum intueamur, Viridia appareant, *v.g. Cœlum*. 2. Quòd in opposito pariete Viridis Color repræsentetur, si per duo vitra quorum alterum Flavum, alterum Cœruleum est, radius luminosus transeat, teste *Claubergio in Phys. contr.* 3. Si liquor flavus cœruleo misceatur, prout Tinctores Colorem cœruleum Glasto inductum, Lysimachiâ pòst luteâ egregiè virefaciunt; item Pictores, contemperando cœruleum & flavum adminiculo vel aquæ vel olei, prout intenduntur Colores vel aquei vel oleosi, Viridem producunt, qua de re pluribus *Boyle pag. m.* 237. Ob talem verò particularum dispositionem & radiorum incidentiam huic correspondentem, variamque horum ex poris & particulis diversimodè locatis & figuratis emersionem, Color viridis dubio procul emergit: quomodo verò hi pori locentur, particulæque sint figuratæ, determinat *Excell. Hannem: Meth. cogn: Veg. p. m.* 80. nimirum poros non adeò esse rectos, sed sic dispositos, ut lux poros permeans modò illic in gibbum particulæ incidat, modò in porum profundum, modò in profundiorem, modò in profundissimum, & ubi illi pori habent in ventre suo alios poros obliquos, modò adscendentes, modò descendentes, modò ex abrupto decurtatos, hinc in quibusdam poris propter eminentiam alicujus gibbi major est caligo, in aliis poris magna interstitia relinquuntur, quæque magnam varietatem reflexioni luminis afferunt, hinc ille radius, qui & tam duplici positionis figurâ vel pororum latiore vel angustiore intermediante prominentiâ facieculam tenebrosam inducente, fractâ tamen à radio alio patentioris pori, hinc & luce magis evibratâ, resultat viridis. Atque horum exacta determinatio microscopiorum inventioni plurimùm debetur, ut dictum, utut hæc carpat *Excell. Pechlinus de Purg. Ex: p. m.* 203. dum non temerè designandas figuras censet, eò quod rerum cum primordiis suis, effectuumque cum rebus connexionem indubitatumque respectum non tam humani videatur esse ingenii, quàm unius omnium Architecti, Dei, qui tamen quia pondere, mensurâ, numero omnia fecit, non melius cognoscetur quàm ejus sapientissimam Mechanicam, quantum possibile indagando, quare & ex figurarum maximè & corporum (inprimis regularium, quorum etsi, præter sphæram, juxta Pythagoram elementis & cœlo adsignatorum non dentur plura quàm quinque, tetracedron, hexacedron, octocedron, isocedron, dodecacedron, tamen formata vidi proximè accedentia ex hedris mixtis, ut ex triangulis & quadrangulis 32. ex octangulis & quinquangulis 32. hedratum) viribus eorumque ad invicem respectibus & proprietatibus cognitis, multa in Magiâ naturali miranda confici testatur *Agrippa, de Occult. Phil. Lib. II. Cap.* 23. *pag. m.* 180. ubi refert se specula confecisse, in quibus quis videre potuerit, quæcunque voluerit à longissimâ distantiâ, vidisse infantem masculum septenarium,

 modò

modò nulla intercesserit fœmina, strumas curasse. Cæterùm prout varia est humoris vegetabilis cum aliis corpusculis commixtio, varii etiam Gradus Viroris emergunt, *verb. gr. Hyalinus, Salvianus, Festucinus, Prasinus, Myrtinus*, &c.

II. *Flavus Color* plerumque observatur in Arborum foliis *v. g. Salicis, Tiliæ, Cerasi, Pyri, Mali*, &c. tempore autumnali & hyemali, quo, viridi evanido, succedit Color luteus, quâ de causâ persuadet sibi *Baconus Sylvâ sylvar. Cent. VI.* §. 512. Flavum Colorem minùs Viridi esse succulentum & albo magis affinem; item *Floribus primulæ Veris, calendulæ, Genistæ, Verbasci, Tulipis, &c.* Ejusmodi verò Corpora si microscopio aspiciantur, conspici scribit *le Grand Inst. Ph pag.* 736. tota aspera & scabra, veluti innumeros monticulos habentia, sed ita dispositos ut licèt eorum cacumina versùs locum aliquem determinatum, in quo est oculus, aliquid luminis reflectere possint, non autem reliquâ suâ superficie: Hinc ratio deduci potest, quare folia arborum viridia, tandem flava evadant, quia nimirum, dum à solis æstu dissipante, humiditas copiosior avolavit, copiosus aër cum luce in humidi, quod abivit, locum succedit, sicque lux in iis viget, unde etiam Color Flavus inter *Candidum & Rubrum* statuitur medio loco positus, ex iisque conjunctis emergere, quod in Liquoribus albis & rubris sibi invicem commixtis ostendit *le Grand cit. loco*, & Cingulo ex tenuissimis filis partim candidis partim rubris contexto. *Gradus* ejus sunt; *Citreus, Mellinus, Palearis, Buxeus, Genistinus, Croceus, Calthens, Aureus, Luteus, &c.*

III. *Cœruleus* à cœlo nomen habet, cumque vividiorem Neptuno, cæsium verò hilariorem Minervæ attribuerunt Ethnici: de quo *Homerus Odyss. XIX. p. m.* 580 *Ovid. de art. amand. p. m.* 297. Vocatur & *Sapphirinus* à gemma sapphiro oculis amico & ab *Helmontio* ad Carbunculos pestilentiales commendato. Observatur in Floribus *Borraginis, Cyani, Calcatrippæ, Scabiosæ*, infusione *ligni Nephritici* ad calculos renum commendatissimi, *Arbusculâ Peruvianâ*, quæ simul crucem pro fructu fert, ut refert *Francisci* Justi ic Schau-bühn. *Tom. II. pag.* 217. &c. Oritur sec. *le Grand loc. cit.* quia succus quo nutriuntur, ita coquitur percolaturque, ut talis gradus opaci & diaphani resultet, ex quo postmodum talis fit radiorum reflexio, ut singulis radiis duæ umbræ respondeant, unde etiam Colorem Cœruleum inter Nigrum & Rubrum medium ponunt: Videmus hinc nigerrimum fumum accedente paucâ luce cœruleum, prout & Aër inde cœruleus apparet, ratione corpusculorum nigricantium in eo volitantium, unde accedente luce frequentes umbræ, pauci verò nec ita fortes radii nervum opticum feriunt, prout & *Treiberus in eleganti Epitom. Astronom p. m.* 13. Cœli colorem cœruleum ex mixtura lucis debilioris & ipsius nigredinis deducit. Est hîc *Color* vel *Borragineus, Cyaneus, Irinus, Cinereus, Glaucus, Glastinus* ab Isatide

herbâ,

herbâ, quâ Tinctores potissimùm ad tingendum Colorem cœruleum utuntur, nimirum, referente *Sachsio Gammarolog. p. m.* 384. hujus herbæ cauliculi insignis viroris ad colorem viridem, flores melini croceique ad colorem luteum referuntur, succus verò trusatilibus molis expressus pro tincturâ cœruleâ in globos formatur. De hac verò nobis retulit Tinctor, quòd, si ad tingendum adornetur, primùm fœteat, post 24. demum horas, inductâ fermentatione, Odor roseus emergat.

IV. *Rubens Plantarum Color*, qualis in *Rosis, Tulipis, Caryophyllis, Cerasis, Vino rubro, ligno Brasiliano*, (unde atramentum rubrum coctione conficit *Cardanus*) *rad. Anchusæ, Betæ rubræ Romanæ, Turnesol* ex heliotropio tricocco &c. lucidum est obtenebratum, quatenus nimirum illæ succo constant ita diluto, ut alterni cum umbris radii fiant, unde & *Kekermanno System. Phys. Lib. III. Cap.* 4. *p. m.* 226. æqualis & exactæ compositionis color est Ruber ex temperamento albedinis & nigredinis exactissimo ortus, & à *le Grand* medius collocatur inter Album & Nigrum, quoties nimirum lumen in corpore ita modificatur, ut radio umbra succedat & huic radius & ita deinceps alternis vicibus: patere hoc in prunâ scribit *Heinlinus Synops. Mathem. Optic. Part. I. Cap.* 4. *p. m.* 700. in qua ex ignis & atri permistione rubedo exoritur, in *Flamma le Grand*, quia plurima nigra fumi corpuscula ibi coacervata lumen distrahunt, efficiuntque, ut ejus radii interrumpantur, & non nisi divisi ad oculum perveniant. Hinc & Alchymici ad lapidem philosophicum conficiendum unicè id intendunt, ut nigrum colorem, Corvum scilicet, regimine ignis tandem in summam rubedinem, nimirum Leonem rubeum exaltent, quo Divitias, Sapientiam & Sanitatem, tria illa quæ potissimùm ab hominibus in hoc mundo desiderantur, adipiscantur. Consulatur *Lux in Tenebris*. Cœterùm *Color rubens*, ut reliqui, habet suas distantias, ut bene etiam monet *Aulus Gellius Noct. Attic. Lib. II. Cap.* 24. *pag. m.* 122. vel augentes eum vel remittentes: hinc alius dicitur, *rubidus, rubicundus, rutilus, ruffus, sanguineus, Roseus* in principe florum, *Igneus, Flammeus, Puniceus, Vinosus, Balaustinus, Xerampelinus, Gilvus, Spadiceus* qui equos ornat & commendat, unde *Virgil. Georg. Lib. III.* 81. *p. m.* 68.

Luxuriatque toris animosum pectus: honesti
Spadices glaucique.

Quod si verò bicolores, tricolores, quadricolores appareant Plantę, id non nisi ex diversâ in ipsis succi alimentarii coctione & hinc diversâ emergente particularum dispositione, unde radii etiam pro vario incidentiæ angulo refringuntur, prout aliàs hoc *Keplerus in Opticis* & sæpius laudatus *Boyle* aliique in Prismate vitreo sunt speculati, exoritur: Tales colores maximè apparent in *Amarantho tricolore*, cujus semen nuper Amplis. Dn. Præses Helianthus communicavit, cujus folia alternatim viridi, roseo & luteo colore picta sunt jucun-

jucundissimo spectaculo psittaci plumam referentes vel avis illius peregrinæ nuper hîc monstratæ, *Arach* dictæ, ut nil dicam de horto philosophico, qui variis & diversis coloribus in modum caudæ pavonis florescit, de quo *Aureum Vellus* lapidis philosophici præparationem figuris non minus ac *Kellaus* typicè adumbrans. In Plantis verò quoad Colores compositos & variegatos Varietatem succi alimentarii multùm hîc posse, *Baconus de Verulamio Sylvâ Sylvar. Cent. VI.* §. 510. *p. m.* 559. sequenti experimento comprobat: *Sume*, inquit, *Caryophylli semen unius speciei (qualis* præter illam aurantii mali colore est *illa caryophylli ruberrimi flore multiplici vulgatissima)* in medio siliquæ collectum, *ex eo consito nascentur Caryophylli vario colore, prout natura seminis cum terra nutrimento concurrit & parit, adeò ut hortulanos usus edocuerit ex centenis tres quatuorq; dari posse digniores pretiique majoris, ut sunt purpurei, russi, varius distincti maculis.* Aliàs Expertiss. *Rajus* ad flores multiplices aut variegatos obtinendos, suadet semina colligere è siliquis aut conceptaculis ejusmodi floribus succedentibus, maximè in *Mirabili Peruvianâ*, quatenus nimirum natura sic faciliùs modo eodem in dirigendo succo procedit; In hoc modo dicto autem *Caryophyllorum* experimento *Verulamius* judicat Caussam esse ex succi diversitate, quem ejusdem licèt areolæ terra suppetit non unum, sed prout casus semini suum appropriat, vel ipsum semen ipsum succum susceptum fermentat, digerit & excoquit, ita nascitur. *Morisonius* equidem calcem admixtam multùm facere docet in *Prælud. Bot.* verùm *Excell. Breynius Dec. I. Misc. Cur. Ann. IV. & V.* sine hoc versicoloribus foliis plantas educi exemplo *Daturæ* Turcarum docet, quæ casu in horto ejus viridibus flavis & albicantibus, foliis apparuit, ac etiam postea ex semino sato cum quibusdam fructibus etiam viridi flavoque colore striatis. Sed cogitationibus à Coloribus nonnihil abstractis, Figuram Plantarum considerabo.

CAPUT XXXIV.

De Figuris Plantarum earumque Signaturâ.

Figura *Plantarum* appellari solet earum Characterismus, Signatura, similitudo ex altero subjecto elucescens, quatenus scilicet certam hominis partem, aut morbum, aut aliud quid referunt, singulari Dei providentiâ juxta *Theophrastum* ita constitutæ & ordinatæ, ut virtus earum & operatio promptè judicetur, quam faciem externam cujuslibet herbæ & radicis si quis probè attendat, possit quis sine aliâ probatione aut longâ experientiâ de proprietate & vi internâ judicare; Deus enim ab initio omnia diligenter distinxit, nec unam omnibus formam indidit, sed peculiarem suam notam

tam

tam quibuslibet appendit, ex quâ velut ex unge Leo, aut morio ex tintinnabulo illa dignosci queant: Natura, ait *Tr. de Persicariâ*, suis in obscuritatibus & occultis viribus lucem addidit in signis, quæ nobis addiscenda solummodo proponit: talis verò scientia sec. *Kircherum Oedip. Ægypt. Class. IX. Med. Hierogl. p. 353.* non ut multi putant, à Recentioribus inventa, sed ex orientalium monumentis demum resuscitata, estque Cabalæ pars à sapientibus Ægypti vel posteris oretenus tradita, vel hieroglyphicis involuta, sui ordinis hominibus proposita; docuit scilicet schola Ægyptiaca, (hodie etiamnum publicis præconiis decantari solita, in qua etiam Moses primus Dei Notarius, quem Scriptura ornat hoc elogio, quod gnarus & peritus fuerit omnis doctrinæ Ægyptiorum, est doctus & nutritus) cuilibet Visceri certum astrum cum suo influxu & irradiatione invisibili tanquam præsidem & custodem esse præfectum, dein hoc astrum vicissim suam influentiam & irradiationem ad certam herbam dirigere, quæ similitudinem quandam externam alicujus visceris præ se ferat, unde necessariò etiam hæc Virtus talis herbæ visceri simili conducat: Et quia omnia singulariter ad usum necessitatemque hominis creata sunt, etiam spiritum illum plasticum cuilibet Vegetabili inexistentem (cui donum propagationis à Deo concessum est) non solùm pari motui, quem omnes unius speciei res, unâ sympatheticâ catenâ contentæ, habent, se se conformare, sed simul etiam Vegetabili sigillum similitudinis, membrum hominis (prout & ipse homo ex homunculis vel è terrâ, cerâ, metallo formatis variè affici possit, uti de Cereis Imaginibus ejusmodi præter *Paracelsum de Pestilitate Oper. Tom. I. pag. m. 392. Agricolam in Poppium, Horatius Epod. XVII.* in fine, quoad Curam verò *Carrichterus de Incantat.* tractant) referens non rarò imprimere, quod diligentem observatorem deducat in cognitionem usûs, quem Vegetabile suppeditare potest. Hoc ergo modo Ægyptii capitis morbis mederi volentes, herbam quærebant, cujus fructus aut calyx humani capitis figuram repræsentaret, & hanc dicebant appropriatum esse Capitis medicamentum, cujusmodi inprimis est *Flos Pæoniæ* calyci adhuc inclusus, quo maximè ad Epilepsiam utebantur prout ejus radice quæ musculum referre videtur, ad convulsiones, de qua videatur inprimis *Galen. de Simpl. Med Fac. Lib. VI. p. m. 196.* Sic, quia *Grana* ejus cum cerebri substantiâ magnam habent familiaritatem, docente *Rolfinc. Epit. Meth. cogn. & cur. affect. part. Lib. I. Part. I. Cap. 16. p. m. 64.* ad Incubum præprimis commendantur, unde etiam ex iis cum *Aq. fl. Pæon.* Emulsionem paravit Insignis ille Pract. *Joh. Michaël* Lips. in *Coll. Pract. MS.* ast juxta *Paracelsum* tum demum beatus est Spagyricus, qui astra pæoniæ concordare ad astra terræ & eadem in suâ exaltatione ministrare potest. Hoc pacto, cùm in *Euphrasiæ floribus*, nescio quid ocularis rudimenti reperirent Ægyptii, magna cum utilitate ad oculorum vitia

R adhi-

adhibebant, folia verò aſari, cochlear. hedera terr. Cyclamen aures repræſentant, ad Aurium affectus commendantur; pari modo Ægyptii ad Pulmones *pulmonariam querc.* laudârunt: ad dentes rad. *dentariæ*: ad *Cor radices Anthoræ* quia cor exprimunt, ut idem *Kircherus* depingit, item *Citrum*: ad teſtes *Orchides*: Veſicam, *Coluteam Veſicariam*; ad Hepar *Hepaticam nob.* Lienem, *Ceterach*, *Linguam Cervinam*: Inteſtina *Convolvulum*, cujus decocto præter reliqua ingredientia laxantia, Colicos dolores immanes, & præ diritate epilepticos inſultus excitantes, poſt Tertianam intermittentem malè curatam ſuſtulit *Martinius Hebdomad. Med. pag. m.* 441. ſic Utero prodeſſe *Ariſtol. rot.* Articulis *Hermodactyl.* (quorum verorum aliàs eſu, absque purgatione, mulieres Ægyptiæ ſummopere pingueſcunt, referente *Alpino*) qui eorum typum exprimant, convenire, unde etiam ex iis, ut baſi, paratis Pilulis Podagram in duobus fratribus ad ſexennium antevertit Feliciſſ. *Fel. Plater. Obſerv. Lib. II. pag. m.* 489. Muſculis in articulis copioſis convenire *Imperatoriam*, *Angelicam*, Nervis, arteriis, venis *plantas umbelliferas tenuifolias* alias, vel toti corpori, juxta *Thurneiſerum*, illas quæ nullam certam corporis partem manifeſtè figurant, umbella enim cerebrum, radix ventriculum, nodi juncturas, lignoſius in ſcapo oſſa & alia alia ſignificent: *Sic Victorialis* ob membranas fibroſas plurimas loricæ ad modum ſæpius intortas credita eſt non ſecus ac lorica munire & geſtantes tutos præſtare. Pari itidem ratione oſtendebant qualem ſignaturam & characteriſmum ipſi, ut dictum, *morbi* referant, & quænam ſimplicia ſint, quæ morbum hunc vel illum innuant & ad illum exterminandum ſe paratos oſtendant: ſic calculo vel in renibus vel in Veſica conferre quæ calculum mentiuntur (juxta *Paracelſum* enim unde morbus inde cura) uti ſunt *Milium ſolis*, *Lap. meſpilorum*, *perſicor.* ſic vulnera, id eſt, perforationes corporis ſanare credebant herbas naturâ perforatas, ut *Hypericum*, ſic maculoſam ex Impetigine pellem ſanare herbas maculoſas v. g. *Lichenem petræum*, Cutem Flavam in Ictero, *Chelid.* majus, *Lenticulam* paluſtrem, *Crocum*, *rad. Curcumæ*, quæ & dicata eſt Veſicæ bilariæ ejusque calculum per alvinam regionem excludit, uti per obſervationem novit *Frid. Hoffm. Clav. Schröd. p. m.* 463. dubio procul quia bilem concretam, tartareum quid æmulantem, ut loquitur *Hæferus Hercul. Medic. Libr. III. Cap. I. p. m.* 169. diſſolvit, prout ipſe refert, quòd in Ventriculi fundo invenerit lapillos nullo cohærentes vinculo ſed granorum pomi inſtar ſe ſe mutuò complectentes tam copioſos, ut binas volæ manus implerent, tandem in ſalem luteum reſolutos. Sic pleuritidi, ut ſpinæ pleuræ infixæ, medentur herbæ ſpinoſæ *v. g. Scabioſa*, *Carduus benedictus* & *Mariæ*, prout & è regno animali *Dentes aprini*, *oſſa capitis Lucii piſcis*, quibus cum ſanguine hirci more *Helmontiano* collecto ac ſulphure citrino, omnibus in pulverem redactis, ac bis vel ter datis, Pleuritidem absque omni

V. S.

V.S. curavit Dan. *Ludovicus Pharmac. p. m.* 283. Sic *scrophularia* ad scrophulas & hæmorrhoides tumentes commendatur, & aliæ ad alios affectus, prout prolixus de hac materiâ est *Crollius Libro de Signaturis Chym. Basil.* annexo, præsertim & *Rosencreuzer in Anatomiâ & Physiognomiâ Simplicium, Pharam. Rhumelius* item in *Herbar. Hermet.* At contra hanc sententiam Nonnulli acriter disputant: sic refert *Helmontius Dispens. mod.* §. 5. *pag. m.* 283. hosce Chiromantas scientiâ suâ signatâ, nova nomina id est grandiloquos titulos, suis prætexta audaciis introduxisse, & credit potiùs, *hominem non naturæ & inde vicissim naturam non hominis esse simulacrum, icona aut sculptrum.* Unde & hîc in re media mihi videtur via tutissima, aurea mediocritas amplectenda, dicendo, multam cognitionem herbas quasdam ex signaturâ suâ, quam cum membris quibusdam similem obtinent, virtutis suæ præbere, prout observatur *radicem satyrionis* figurâ suâ testiculos (taceo odorem seminalem) repræsentantem plurimùm eosdem confortare ac ad palæstram Veneream incitare; Integrum *Pomum Citrium* esse insigne Cordiale & Alexipharmacum, ut non solùm patet historiâ ex *Athenæo* à quibusdam Botanicis relata, sed & Studiosi Medicinæ qui Parisiis in ædibus Pharmacopœi Regii insignis *Charras* à Vipera lethaliter ictus cum ingentibus doloribus, *Pomo Citrio* subitaneam & præsentissimam sensit opem, non aliter ac si Jupiter ipse opulatricem porrexisset manum, uti refert *Hoffm. Clav. Schröd. p. m.* 440. sic *pulmonaria quercina* &c. pulmones confortat. *Carduus benedictus, & Mariæ* (ut dictum) contra pleuritidem conferunt, *Persicaria* ad recentia vulnera modo notissimo facit, ex guttis in foliis sanguineis, pariter ac ophioglossum. Interea tamen minimè negandum ingenium humanum sæpius in his plus quam decet luxuriare, adeò ut ingeniosè de hisce efficta pari facilitate & ingeniositate refelli possint, exemplo herbæ absynthii & menthæ cum ventriculo, attamen Doctori verè sciendum est, monito *Theophrasti*, ejusmodi lusus naturæ formantis & pingentis in Vegetabili aliquo apparentes non temerè rejiciendos esse, sicut & è contrariò non adeò strictè, ut fecerunt Ægyptii, hisce signaturis & figuris herbarum superstitiosè invigilandum, cùm multas non tam propter signaturam & formam externam, quam ob mixti qualitates, seminum potestatem figurativam in Archæo, ut loquitur *Helmontius*, delitescentem, formam nimirum internam prodesse certum sit, *ad quam patefaciendam exorandus est Deus, ut oculos animæ aperire dignetur, qui Adamo quoque, Salomoni rerum proprietates primo intuitu demonstravit.* Sic ergo negari in totum nequit, multa hac via, more modoque inventa esse remedia, seu, ut loquitur *Wedelius de Med. Fac. Libr. I. Sect. I. Cap. 2. p. m.* 16. signaturas hasce nos ad internæ virtutis cognitionem non rarò quasi manu ducere, adeoque in cognitione medicamentorum simplicium non omnino negligenda esse Emblemata hæcce & cha-

racteres quibus eadem natura signavit. Vid. *Rolfinc. Meth. cognosc. affect. partic. Lib I. Part. I. Cap. 16. Quercetanum Med. Dogm. p. m. 752.* maximè vereò *Boëhm de Signat. Rer.* ubi mox ab initio verè docet Naturam penitus respectu nostri haud mutam esse, quare & prælaudatus *Helmontius Tr. de Venatione Scientiarum & Potest. Medicam.* alium adhuc Hermeticis quibusdam aliis olim & hodie ita à Doctore Molinos Molinistis & Quietistis (ob caussam mox dicendam) dictis familiarem modum investigandi proponit, quo perfectissimam intimamque cujuslibet rei etiam Vegetabilis cognitionem acquiri posse spondet, nimirum is dum diu disputat, quod per demonstrationes & ratiocinium nullo modo possit adæquata veritas & perfecta interiorque cognitio alicujus rei acquiri, tandem pro investigatione jubet valedicendum esse ratiocinationi & imaginationi, adminiculis scilicet cognoscendi valdè obliquis (ut loquitur) & fallacibus, solùm circa rerum cortices versantibus vitreumque vas cum vulpeculâ Æsopicâ lambere facientibus, nucleum verò ipsamque pultem nunquam attingendum & degustandum præbentibus; perveniri autem ad solidam veritatis cognitionem posse, non sine magnâ pietatis specie promittit, si quis prius exhibitæ rei cognoscendæ magno desiderio & ad hoc frequentius invocato Dei auxilio ita disponatur, ut cum otio (inde nimirum nomen *Quietistarum*) & proprio sibi lumine citra laborem & inquietudinem sit extra omnem ratiocinii & imaginationis usum & veluti in insomnium labatur, ut res scibilis sistatur soli intellectui, ita ut ipse intellectus in ipsum scibile seu rem intellectam transmutetur, quo contingere dicit, ut ipse intellectus sub arreptâ formâ scibilis semetipsum intuendo intueatur quoque ipsum scibile cum omni suo esse & proprietatibus, adeoque sic intellectus apprehendat interiorem & anteriorem rei intellectæ essentiam, eò quòd ipse transmigrando se se transformet in rem intellectam. Atque tali etiam modo hisque vestigiis insistendo se veritatem tandem obtinuisse, ingenuè fatetur *Joach. Poleman. de Sulph. Philosoph.* sicque obtinendam esse quoque *Agrippa* Solis exemplo *sub finem Lib. II. Phil. occult.* haud impiè docet, certumque est *Helmontium* si ullus prædecessorum quàm proximè rerum naturam attigisse, dum singula simplicia in ipso tanquam theatro (ceu *Tr. de Potest. Medic. §. 5.* velut Propheta loquitur, visione excelsum thronum circumcinctum inaccessibili spirituum lumine sistens aliaque) sibi videbantur suas præsentare scenas. Hinc etiam adhuc alius modo dicto haud adeò absimilis datur rerum comprehendarum *modus* qui *Cabalisticus* dicitur (de quo prolixè *Cabala denudata*) ars nimirum seu doctrina combinandi literas Hebraicas in alicujus rei etymo Hebraico repertas, haud aliter ac ex nominibus latinis quandoque anagrammata, delectationis potius quàm scientiæ causâ conficiuntur, quali combinatione *Cornelius Agrippa* se cujuslibet rei indagatæ myste-

rium

rium & cognitionem assecutum esse perhibet, præter quam enim quòd literæ alphabeticæ Hebraicæ sint omnes significativæ, verb. gr. א significat principium, Deum scilicet, & cujuslibet rei causam (seu & *Tom. I. Kabbalæ denudatæ* mox ab initio ex י docetur totum quasi nomen tetragrammaton repræsentari literâ Aleph; ג Ghimel à benefaciendo dicitur, quia benefacit, reducendo extrema ad medium; ז Jain telum aliquod seu armorum genus repræsentat ad vincendum in judicio &c. ita non saltem literæ illæ nomen vel etymon rei sed & sensum singularem exhibent, ut patet nomine *Adam*, de quo *Augustinus* refert, quòd esse suum ex omnibus plagis acceperit, id quod innuat litera A, Anatolin seu Orientem, D, Disin seu Occidentem, A, Arcton vel Septentrionem, M, Mesimbriam seu Meridiem indigitans, unde facilè patet arte hac cabalisticâ doceri, quid quælibet litera singulariter significet & qualia combinata ulteriorem sensum (qualiter etiam in linguis aliis quædam vocabula rem quam designant, velut echo resonant, ut in Germ. trennen/ krachen &c. Lat. Bombarda, Mugio, Coaxo &c.) exprimant, quare &, sacro Textu referente, Adamo infusa est scientia omnes res creatas non saltem intimè cognoscendi, sed & illas proprio nomine, quod intimè earum rerum essentias & proprietates complecteretur notaretque, nominandi. Mira verò hisce, maximè si quis possideat Claviculam Salomonis, præstari posse retulit non ita pridem Burgundus quidam, dum spiritus variè inde cogi posse retulit, sed & hisce impiè nonnullos imò cum periculo, ut novi, abuti posse certum est, prout & incertum adhuc quâ linguâ propriè Adàm loquutus fuerit, num modernâ Hebraicâ num aliâ: De tali etiam Anagrammatismo, quo literis nominis aut gentilitii aut proprii sexcenties ceu foliis lusoriis inter se permutatis & fortuito casu aliquando feliciter cedit, vide & in *Cardilucii* Artzneyische Wasser- und Signatur-kunst/ maximè verò *Cornel. Agrippam Occult. Phil. Lib. I. Cap.* 70. de virtute propriorum nominum, ubi hanc quoque ab influxu harmoniæ cœlestis deducit, dum in sede Dei quod cœlum est, siderum positione primùm exaratâ, formatæ sunt ad horum figuram literæ hebraicæ, mysteriorum cœlestium hinc plenissimæ, quarum hinc figuram si quis ritè resolvat, puncta & apices decenter recludat, numerosque literis significatos supputet, omnia explicare posse Hebræi doceant, quomodo nimirum à primâ causâ profecta sunt & rursus in eandem reducibilia, imò posse quempiam, numerorum viribus benè cognitis, in unâquaque linguâ per suas literas admiranda elicere mysteria, pariterque & præteritorum & futurorum temporum colligere vaticinia, quod suo loco relinquimus.

CAPUT XXXV.

De Qualitatibus Tactilibus Plantarum.

TAngendæ tandem *Qualitates Tactiles*, quæ objectum Tactûs sunt, quales præcipuè hîc spectantur, *Densitas & Raritas*, *Durities & Mollities*, *Crassities & Tenuitas*, *Gravitas & Levitas*, *Lentor & Friabilitas*, *Lævitas & Asperitas*, quo spectat *Superficies hirsuta, pilosa, angulata, laciniata*, nimirum Corpuscula in mirabili percolatione, quæ in Plantis fit, componuntur variè, disponuntur, figurantur, coëunt, concrescunt, acuuntur, crispantur, stringuntur, figuras varias & status induunt, unde Densa, Rara, Dura, Mollia, Plana, Acuta, Lævia, Aspera evadunt, hincque non saltem diversas Fibris organi tactûs affectiones imprimunt, sed & ipsæ organum tactûs experiuntur, exemplo *herbæ sensitivæ*, (quam omnium pulcherrimam altissimamque vidi Bononiæ in horto *Reverendiss. DN. Ant. Felicis Abbatis Marsilii*) quæ ad manûs attactum se se contrahit, idque ob calorem manûs fibras ejus incurvantem, simili ferè modo quo asser ligneus aut corium quoque incurvantur nonnihil, si calorem sentiant, ceu in *Mimosâ Zeilonicâ* quoque, quam in horto alui, observare licuit. *Organum* nimirum *Tactûs* quo mediante hæ qualitates sentiuntur, sunt fibrosæ nerveæ *Membranæ verb. gr.* Cutis, *Galeno* sanguine quidam veluti præditus nervus, vocata, maximè verò *fibræ nerveæ* spirituum animalium copia ubique refertæ & quasi distentæ, quæ tanquam fidium chordæ aut funiculi, uti comparat *Cartesius Passion. An. Part. I. Art. XII. p. m.* 17. quoties à tangibilium ictibus variis feriuntur aut trahuntur, attactum spirituum ope illico ad commune sensorium propagant, eodem enim tum instanti, spirituum animalium serie continuâ dispositorum velut irradiatione, ejusdem impressionis typus à sensorio ad ἐγκέφαλον trajicitur & corporibus striatis sensum imprimit, de quo *Willisius* & nos in *Regn. Anim.* Vocatur autem *Densum* in Plantis, quod poros vel exiguos vel paucissimos habet, partibus ad se invicem accedentibus, ut sunt Lignosi stipites, qui terrâ multâ constant & sale, destillationique subjecti spiritus acidos exhibent, ut est *Guajacum*, eique affine lignum *Buxi* (quare & Chymia optimè ad facultates Vegetabilium explorandas facit) quæ aliàs difficulter exinde ardent, quia horum stamina nimis spissa & partes densè coagmentatæ impediunt quò minus igniculi facilè penetrent in interiores poros, nec illis in angustiis celeriter agitari possunt: *Rarum* in Plantis est, cujus intercapedines aëre aut humido replentur. Raritatis comes est Levitas, uti densitatis Gravitas, hinc pariter *Plantæ graves* uti densæ exhibent

spiritum

ſpiritum acidum & alcali copioſum *v. gr.* Lignum guajaci, buxi,&c. unde ſi leves evadunt *v. gr.* Lignum putre, quamvis incineretur, nullum ſal elicitur aut pauciſſimum, teſtibus *Bern. Swalve Tr. de Alcali & Acido pag. m.* 143. *Tachen. Hippocrat. Chym. Cap.* 21. *p. m.* 107. *Helmontio* item *Tr. Blasbuman. §.* 38. & ſeq. quatenus ſal lixivum ſeu fixum dum lignum reſeratum eſt & putreſcebat, non concreſcit, ſed particulæ ejusdem diſſolvuntur ſuique juris fiunt & in auras abeunt. *Grave* aliàs vocatur quod deorſum tendit velut ad centrum, ad quod multùm facit Aër & in eo contenta materia ſubtilis, quæ inter Lunam ac Terram interjacet ac preſſionem juvant. *Leve*, quod tardiùs ac imbecillius deorſum tendit, ac laxius eſt mole quàm pondere. *Craſſum* dicitur, quod vix in tenues partes comminuitur & haud facilè penetrat : *Tenue*, contrà ; Craſſities ſecundùm *Schröder. Pharmacop. Med. Chym. Libr. I. Cap.* 39. *p. m.* 89. ſignum eſt 1. abundantium partium terreſtrium. 2. humidarum, videlicet frigore concretarum, *Tenuitas* verò partium ignearum & aërearum : Hinc etiam *Plantæ Craſſæ* ſunt naturæ terreæ, fixioris, adſtringentis v. gr. *Sanicula, Pyrola, Alchimilla*, &c. *Tenues* verò ut plurimùm ſpirituoſiores ac penetrantiores, unde Rubia, Crocus, Geniſta, Curcuma, Iſatis (quam hinc *Rajus* ut Crocum antictericum ſtatuit) Berberis & ſimiles tinctoriæ plantæ tenuium partium benè ſtatuuntur. *Durum* eſt, quod partes ſibi mutuò cohærentes poſſidet & tactui difficulter cedit: *Molle* quod facilè ; *Plantæ duræ* arguunt terram multam ac ſal fixum & auſteritatem, ex ſicco enim & terreſtri durities procedit, unde & abſorbendi & adſtringendi vi pollent. *Molles* verò aquam, aërem ac oleum, unde de humiditate participant, humectant, emolliunt, refrigerant, exaſperata leniunt, vel exemplo *Pinguiculæ Geſneri* depictæ apud *Cluſium Hiſt. Plant. rar. pag.* 310. quæ inde butyri radix dicitur, non ſaltem quia, eodem referente, fiſſuræ uberum vaccarum inde ſanantur, ſed & quia, ut Lucernenſes retulere, vaccæ illam comedentes, ſpiſſius butyrum copioſiusque præbent. *Lentor* denotat viſcidum humorem & oleoſitatem, ut eſt in *Viſco* & pelliculis nucleum nucis proximiùs tegentibus. *Friabilitas* denotat præcipuè ſiccitatem ac virium exolutionem, maximè in plantis refrigerantibus ac humectantibus ſec. *Fernel. Meth. Med. Lib. IV. pag. m.* 360. præterquam in Calefacientibus & Siccantibus, in quibus arefactis vis reperitur valentior, maximè cùm attenuandum, ut habet *Idem Lib. VI. Cap.* 7. *p. m.* 436. quàm in virentibus, quia in his ab humoris aquoſitate virtus obtunditur, etſi non in omnibus æqualiter, *Arum* enim recens effoſſum vehementer acre mordax & pungens eſt ob præſens ⊖ volatile copioſum, eo verò per exiccationem ablato, miteſcit, imò ſucceſſu temporis planè inſipidum evadit. *Leve* eſt quod ſuperficiem habet æqualem parteſque æqualiter prominentes : *Aſperum* quod ſuperficiem habet ſcabram, in quâ partes inæqualiter ſitæ

fitæ ſunt, aliæ eminent, aliæ deprimuntur: *Leves Plantæ* denotare dicuntur temperaturam, glabritiem & viſcoſitatem, *Aſpera* verò terreum ſalſum, inæqualitatem & ſuccum impurum, de quarum ut & prædictarum Plantarum qualitatibus & externis modificationibus quid Tactu judicari poſſit, videatur eleganter de hiſce tractans *Roſencreuzer in Anat. & Phyſiognom. Simplic. Superficies hirſuta, piloſa* eſt in *foliis Borraginis*, item *Lanuginibus* nonnullarum plantarum *v gr.* in *Tuſſilagine*, cujus lanugo, *Matthiolo ſuper Dioſcor. p. m. 615.* monente, à radicum ſegmentis prius repurgata & deinde linteolis involuta & in lixivio parum decocta, addito ⦶tri pauxillo ac demum ſole reſiccata, omnium optimus eſt fomes ad ignem è ſilice excuſſum excipiendum. Ex ejuſmodi verò ſuperficierum diſpoſitione eſt quòd quædam plantæ, ut adianthum, ros ſolis, Braſſica aquam refugiant, quatenus nimirum aut lanuginoſior, aut pinguior, aut terſior eſt, quam ut aqua hærere poſſit, unde & obiter cum *Welſchio Hecatoſt. I. Obſ. 94. p. m. 120.* colligimus, malè quaſdam plantas ad capillares reduci, quòd piloſæ undique plantæ ſint, ſic namque & piloſellæ & hieracia aliæq; ad illas eſſent referendæ. Superficies inſuper *angulata* & *ſpinoſa* datur in *Roſis, Uva criſpa, Rhamno cathartico* (etiam illâ ſpecie cujus in Judæâ copioſus eſt proventus, ex quo proin *Bellonius* conjicit coronam Chriſti ſpineam confectam fuiſſe) quod fit ex portione alimenti ſicciore, debitam volatilitatem & fermentationem in transverſalibus utriculis non acquirente, aut ſec. *Baconum* hujusque veſtigia in his prementem *Malpighium*, quatenus ſpiritus germinationem feſtinans, nutrimentum ramo proferendo non ſufficiens, arctatusque nimium cortex, aculeatos reddunt ramos, hinc & pyramidis in modum faſtigiantur, conſumpto ſcilicet humore ubi modicum protuberarunt; unde cum ſpina merum ſit diverticulum turgentis alimoniæ incongruæ portionis, deficiente pòſt alimoniâ, ſenſim gracileſcit & ita ligneus fit aculeus. Talis quoque *ſuperficies angulata* eſt in *urticis urentibus*, quæ ſecundùm *citatum Baconum de Verul. Cent. VI. §. 559. p. m. 866.* exili & venenato armantur aculeo, admoto nimirum microſcopio apparent in tota hac planta acuformes tricuſpides ſpinæ ſeu ſpicula, quæ contactæ in cutem irruentes tanti pruritus creant moleſtiam, ut refert *Frid. Hoffmann. Clav. Schröd. p. m. 567.* quibus tamen addendus liquor acerrimus intra rigidos aculeos contentus, quo fit ut dolor ex vulnere exortus ſimilis ſit illi qui à punctura apum percipitur vel aquâ regi[illegible], de quibus ut & aliis ejuſmodi piloſis & ſpinoſis plantis videantur *Obſervationes Malpighianæ. Superficies laciniata* eodem microſcopio apparebit in Mori foliis, ex quibus Bombyx filamenta ſericea colligit, octo ſtaminibus utplurimùm unitis ad laudabile ſericum, docente laud. *Malpighio Tr. de Bombycibus.* Verùm qualiter ſericum transplantatione in quadrupedibus poſſit obtineri, vid. *Borellus in Obſerv. Cent. I. Obſ. X.* Adeò multa

multa jacent naturæ & artis incognita arcana. Unde & eleganter *Marcellus Palingen. Zodiac. Vit. Lib. XI.*

Plurima sunt quæ cùm fieri non posse putemus,
Sæpe tamen fieri possunt & facta videmus.

CAPUT XXXVI.
De Modis Vires Vegetabilium cognoscendi.

MOdus Regni Vegetabilis Virtutes ac Fortitudinem explorandi, Facultates nimirum Plantarum seu Vires indagandi, quinam sit, ut & ipsæ Facultates nunc veniunt investigandæ; Prout autem bina sunt veluti Crura, Lumina, Columina, Manus veræ Medicinæ, *Ratio* scilicet & *Experientia*, ita hisce duobus etiam in Regni Vegetabilis velut armamentarium, ad Hominis sanitatem præsentem conservandam & amissam restituendam extructum, feliciter deducimur, quibus Auctor Gallus *Dialogues des Morts*, vel exemplo bestiarum, addit notiones ingenitas, statuendo naturam homini mox ab ortu insevisse cognitionem eorum quæ ad sanitatem ipsius facere possunt; Ratio ergo Medicorum non valet, nisi circa experientiam operetur, nec experientia nisi per rationem ritè adplicetur. Est autem *Experientia* memoria eorum, quæ quis sæpius eodem modo fieri & operari vidit, audivit vel legit, quamque hinc *Petr. Ramus* juxta Observationem meritò literis aureis foribus scholarum vel earum magistrorum cordibus inscribendam censuit: ἘΜΠΕΙΡΊΑ, ἹΣΤΟΡΊΑ, Vid. *Differt. nostr. de Methodo inveniendi & docendi*: unde & Lacones, Babylonii, Ægyptii, Lusitani, *Herodoto & Strabone* testibus, languentes in forum & plateas efferebant, ut prætereuntes simili olim afflicti malo, iis remedia indicarent: quare & ex his postea Inductione universale quoddam præceptum constituit *Ratio*, legitimâ phænomenôn ad causas & affectus adæquatione (veritas nimirum, juxta *Helmontium*, intellecta nihil est aliud quàm adæquatio intellectûs ad res ipsas) prout & fertur de Hippocrate, apud *Plinium ex M. Varrone*, quòd ex collectis in Dianæ & Æsculapii templo in Insula Coo suspensis tabulis, ægrorum restitutorum pristinæ valetudini remedia collegerit, ac inde artem Medicam excerpserit, ex Empirica Dogmaticam effecerit, ac tandem incremato templo divulgârit. Hinc & qualiter ulterius incognitarum Plantarum facultates indagandæ sint, ingeniosè *Theophr. Parac. de Caduc. §. 3. p. m. 670.* monet, ut quis horti sui interni (luminis nimirum naturalis insiti, nullus enim sit Rusticus, qui non omnes artes sciat in suo lumine, quod ipse tamen obtenebrat, ne luceant) rationem & curam habeat, so-

lerter enim internus homo factus eſt ait. qui ſi cum externo Vegetabilium ſedulo agat & mutuas operas tradat, tunc certè ex ſe ipſo diſcat, quod docere eum nemo potuiſſet, adeò ut admirationi omnibus futurus ſit. De hoc verò modo diximus *Cap. XXXIV.* Neque inſuper ſpernendum eſt illud quod Auctores referunt, multarum Vegetabilium cognitas virtutes à Brutis non edoctas eſſe, verb.g. Rutam ad morſus ſerpentum à muſtelâ uſurpatam ejus hanc vim comprobaſſe, picumque quia ad reſerandum locum quo pulli ipſius abſconduntur, veronicâ utitur, hanc ejus vim hinc inſinuâſſe, de quo præter *Walchium in Comment.* vid. *Thurneiſerus Baſil. Praf. Tr. de Quint. Eſſent.* & Auctorum *Medicina Prolegomena.*

Quia verò Vegetabilia aut nos nutriunt, unde *Alimentum* ad vitæ ſuſtentationem: aut nos alterant, unde *Medicamentum*, ad morbos depellendos, vel horum utrumque præſtant, unde Alimentum medicamentoſum, Medicamentum alimentoſum; aut *Venena* ſunt, crudè exhibita; aut *medio modo ſe habent*, nimirum ſunt vel Τρεπτικὰ, Ἀλλοιωτικὰ, Σηπτικὰ, Οὐδέτερα, etiam hæc duo Arma ad aureum hocce vellus expugnandum plus minusve contribuunt.

CAPUT XXXVII.

De Eſculentis & Potulentis è Vegetabilibus.

SIc ad Τρεπτικὰ *Alimenta* indaganda ſecundùm *Spigelium Iſag. in rem herb. Lib. II. Cap. 16. p. m. 194.* fallax eſt & multo minus certa Ratio quæ à ſapore & odore deſumitur, quàm in Medicamentis, ſi ſola ſpectetur nutriens facultas: huic adſtipulatur *Galenus de Aliment. Facult. Lib. I. p. m. 10.* ubi refert, quòd bona pars Medicorum ſolì Experientiâ Alimentorum Facultates inventas eſſe pronunciârit: De *Dulcibus* quidem communiter, (de quo etiam ſupra) dici ſolet, quòd iis nutriamur & *quod ſapit, nutrit*, undo ſapor dulcis ad horum Facultates inveſtigandas faceret, ſed ſecundùm *Theophr. Hiſtor. Plant. Lib. VII. Cap. 9. p. m. 829. Non omnes herba odorata aut dulces cibo idonea ſunt, quadam enim quamvis dulces, mortifera tamen atque morboſa ſunt*, (vel exemplo *Orobi* ſeu *Ervi* cujus pane dum veſcerentur Ruſtici prope Montpelgardum, concitato nimis ſucco nutritio acriori reddito versùs renes, muſculos pſoas, hincque compreſſione nervorum cruralium, non niſi miro modo ſubſiliendo incidere potuerunt, infectis ſic omnibus qui de ejusmodi pane comederunt, donec diſſuaſum iis fuiſſet ab Excell. Practico *D. D. Nicol. Binningero*, ut oretenus retulit) *alia quamvis amara aut maleolentes, utiles planè ſentiuntur.* Nimirum ſecundùm *Galenum*

Lib.

Lib. cit. pag. m. 11. Non omnia dulcia aut acria aut salsa aut cætera id genus easdem habent facultates, sed si quis actionis cujusque ipsorum causam toti naturæ (unde nimirum sapor *Helmontii* specificus à seminali crasi oriundus) *retulerit acceptam, is minimè à veritate aberrârit: Multa enim ex talibus*, inquit *Hippocrat. de Diat. Lib. II. Oper. Tom. I. p. m. 214 sunt quæ & alvum emolliunt & sistunt, siccantq; & humectant.* Quòd si verò dicat *Galenus de simpl. Med. Facult. Lib. IV. Cap. 4. pag. m. 107. Quicquid nutrit ex genere dulcium est, & Hippocr. L. cit. §. 33. Dulcia & pinguia ac oleosa replent, quia ex modica mole multùm diffunduntur. Calefacta autem & diffusa caliditatem in corpore replent ac tranquillam esse faciunt*: illud ita intelligendum, quòd ejusmodi pleraque sint naturæ nostræ familiaria, blanda, jucunda, amica quoad sui substantiam, ut facilè restituant, debitè priùs comminuta, subacta, fermentata, ea, quæ fuerunt dissipata, materiam humoribus & spiritibus decentem gelatinosam nimirum vel gummeam quasi spiritibus perfusam, sicque offerant portiones activas sustentantes & multiplicantes flammæ vitalis continuationem, per sobolis sibi similis individuam successionem præbeant, ut loquitur *Pancr. Bruno Dogm. Med. Gener. Part. V. Cap. III. p. m. 597.* Unde *Hippocrates loc. cit.* hæc verba annectit: *At verò Acida & acria & austera & acerba & ex toto collata & sicca non replent; propterea quòd oscula venarum aperiunt & expurgant, & partim siccantia partim mordentia ac adstringentia, humiditatem carnis horrere ac considere & in modicam molem contrahi faciunt*, quare etiam ejusmodi Cibus & potus mali succi dicuntur, ceu à quibus decedente eorum vitâ ultimâ per digestionem in ventriculo plures intimioresque remanent in succo nutritio potestates nuspiam fermentis nostris vincibiles ac proinde medicamentorum potius quàm alimentorum sortes attingentes, quò & ultrò patet quàm malè sibi consulant, qui frequentiori medicamentorum usui addicti sunt, dum digestiones ordinariæ interturbantur, succi acriores redduntur, mucusque defendens ventriculi & intestinorum abraduntur, ut facilè affectui hypochondriaco sic porta pateat, maximè Literatis, de quo fastidioso morbo summè tamen frequenti, quia egregia & in theoriâ ac praxi summè proficua aliquando ad nos exarare lubuit Magno *Wepfero*, Fautori nostro honoratissimo, ea bonâ ipsius cum veniâ, hîc interserere in hypochondriacorum plurium solatium, consultum duxi: † Affectus hypochondriacus ait, spatiosissimus campus est, in quem si me diffundere vellem, volumen conscribendum esset; jam à pluribus annis multas collegi observationes, multa quoque de hoc legi; animadverti symptomatum causas ad pauca capita redigi posse; pendent enim vel à nimiâ denudatione membranæ nerveæ in Ventriculo, in primis circa pylorum, & intestinorum, imprimis in duodeno circa insertionem ductuum pancreatici & cholidochi, sæpe etiam in colo, imprimis in ejus flexurâ in sinistro

Hypochondrio; vel à sero acri, quod continuo in harum partium cavum exstillat non solum è glandulis, quas favo similiores existimo, ut manifestè vidi in castore & cuique patet attendenti ad imum gulæ pennigerorum propè ventriculum, sed quoque ex poris invisibilibus nudo oculo, nam in harum partium anatome, si vel centies humorem intus detersi, nihilominùs protinus rursùs madebant; vel ab utroque concurrente ob denudationem facilè à quovis assumpto affliguntur; Acrium afflictio ab assumptis prudenter selectis mitigatur; si utraque causa concurrat, quod ut plurimùm fit, si malum diutiùs durat, læsiones graviores fiunt. Qualis acrimonia in sero lateat addisco urinâ vel sero sanguinis ad siccitatem inspissatis, ex. gr. in cochleari argenteo, candela vel sebacea vel cerea accensa subjectâ in apice linguæ deprehenditur acrimonia similis ⊖ ♀ juncta nunc cum acore, aut amaritie, certè semper pungens, quæ non est productum ignis, nam non in omnibus liquoribus ab igne inspissatis in capite mortuo reperitur. Ab his causis derivare possum Hypochondriacorum vomitus matutinos, debilitates jejuno stomacho leipothymiam minitantes, quas Itali Suenimenti vocant, salivationem nimiam, motus, cardialgias tribus vel quatuor horis à pastu, inflãmationem hypochondrii sinistri, dolores in utroque hypochondrio, salvis hepate & liene, palpitationem cordis, dyspnæam, vertiginem, alvum nunc adstrictam, nunc nimis lubricam & pluria alia. In hoc affectu *Joh. Bapt. Mont.* Medicum & Medicinam fugiendam monet; quod ego de illis interpretor, qui omnem rem conficere purgantibus consueverunt. Dum Patavii *Excell D. D. Georgium della Torre* sequebar, observavi Hypochondriacis illum plerumque solum *Lactis Caprin. dest.* haustus M. & V. propinasse, subinde purgasse solo *Syr. rof. sol. card.* Certè in mea praxi demulcentia præ aliis proficua comperi & hoc nomine Veteribus *potum Caldæ* & nunc Orientalibus *Potum Herbæ Theè, Coffè.* Nostris *potus Thermarum, Acidularum* aliarumque aquarum mineralium artifisse existimo quibus symptomata hæc vel evitarunt, vel certè mitigarunt. Utor quoque Alkalinis frequenter ut *Pulv. antihect. Pot. Diaphor.* ♂, *C. C. phil. præparat. Ung. alc. Ocul. cancr. matr. perl.* quæ exhibeo vel in forma *pulv.* vel *pilul.* Jubeoque superbibere *Jusc. alterat.* una atque altera herba temperatiore scil. *Endiv. borrag. bugloss. chærefol. agrimon. ling. cervin.* aut si lentorem in lympha agnoscam amariuscula, ut *Card. ben. trifol. fibr. cochlear. nasturt.* &c. *Catarrhi* sæpe non magis quàm torrens impediri possunt: impetum tamen & frequentiores imbres cohibeo diæta siccante magis, diureticis & diaphoreticis. Frequenti mihi in usu est Elect. hoc ℞. *Conf. Rof. r.* ℥ *ij. Conf. Major.* ℥ *j. Theriac. Andr.* ʒ *j. Bol. arm. or.* ʒ *ij.* MS. dos. hor. somni nucis Ingl. magnit. Quæ *Paul. Zachias & Melch. Geiger de Aff. Hypoch.* tradunt me magis in praxi turbarunt quàm juvarunt: postea magis ad sym-

ptomata

promata in quolibet individuo attendi, atque in primariam causam inquisivi & tandem remedium facilè inveni plerumque minus splendidum, quam illorum pomposæ compositiones erant : Certè illorum ad ravim obtrusæ obstructiones nauseam mihi pepererunt, ut & viscerum antipraxia. Plura non addo, cùm hæc perspicacissimo tuo ingenio sufficere existimem, egoque aliorsum abripior, Vale, &c. Scaphusii d. 7. Septembr. 1686. †

Cùm verò secundùm *Galenum loc. supra cit.* duplex sit genere Jucundum, quod nutrit, alterum quod impleat id quod evacuatum est, cujusmodi est *Nutrimentum*; alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id quod jam *Medicamentum* est, evenit utique cibis, ubi non modo vacuatis exhibentur corporibus, sed & qualitate aliquâ mutatis, ut duobus nominibus delectent, Cibi scilicet & medicinæ, vocentur nimirum *Alimenta medicamentosa* qualia aut refrigerandi aut calefaciendi, aperiendi & adstringendi, alvum movendi &c. simul sunt prædita, ad quem modum *Jusculis* variè pro variis morbis variè *alteratis* Excell. Practicus Monspeliensis *DN. Barbeyrac* morborum curam instituit, ac *Paracelsus de Morb. Tartar. p. m. 326.* Carni minutim incisæ *Aquilegium spinosum, Viscum quercinum* cum sale unà incoxit. Quæ autem *Alimenta ex Plantis* desumuntur, sunt vel *Cerealia semina, Fruges*, quæ multùm spiritûs in tenaci & viscosâ substantiâ acceperunt (quæ hinc in panificio resoluta ob fermentationem, humidi per tostionem subtractione sufflaminatam, intermedium spiritum acidum volatilem, stomacho summè amicum, acquirit) *Legumina*, item *Olera, Folia, Radices*, vel *Fructus* tum *Herbacei* tum *Arborei*, hique vel *Fugaces* ὡραῖοι vocati, vel *diuturni* seu Autumnales, quos effundit Autumnus, inde *Horatio Carm. Lib. V. Od. VII. p. m.* 100. *Pomifer* vocatus : *Surculi* item vel *Germina novella*, de quibus omnibus in specie accuratissimè agunt *Sebizius & Galenus de Alimentorum Facultatibus*; *Schola item Salernitana*: *Cardilucius* Speise-Tranck- und Lebens-Ordnung; Beverwycks Schatz der Gesundheit; *Timæus à Güldenklee in Consilio Diætetico*, & alii. Ex hisce verò non tantùm *Esculenta* varia tum ἄχυμα tum κακόχυμα, ἄποτα vel εὔποτα, magis vel minus suavia parantur; sed & *Potulenta*, hinc enim ex *Tritico, Hordeo*, &c. fit *Cerevisia*, resolutâ nutritivâ seminum gummeâ substantiâ in liquorem ope prægressæ germinationis & fermentationis, addito aromatico lupuli condimento sale volatili oleoso imprægnato pro acidi præmaturâ exaltatione impediendâ : Ex pyris, pomis, *Vinum Fructuarium*; quò & spectant Saccharum & Mel fermentationis medio vinum suppeditantia, de quo vid. *Bernh. G. Penotum in Vade mecum Theophr.* præsertim verò *Excell. D. D. Clauderus Dec. II. Ann. III. Miscell. Curios. Observ.* 72. ubi Vini Malvatici, Hispanici aliorumque generosorum æmulationem aut resuscitationem artificialem quovis tempore habendam candidè docet. Ex Uvis verò *Vinum* habetur naturale egregium

reficiens, ob ſpiritus ⊖nos △les 🜍reos quibus & acidum jungitur (unde *Bezoardicum Vegetabile*, ⊙ *potabile vegetabile* dicitur) ſi modicè aſſumatur, ſecus enim ut habet laud. *Excell Wepfer. ad Ampl. Verzaſcham Obſerv. Med. Cent. I. Obſ. LXXIX. p. m.* 170. Glandulas meſenterii & hepar (quod ipſum corpus eſt ex multis glandulis conglomeratum) vi ſuâ ſiccandi, inprimis ſi cibus pari proportione reſpondente non aſſumatur, exiccat & indurat, ut dein hydrops, vino mirâ metamorphoſi in aquam mutato, & alii capitis morbi, paralyſis, apoplexia, Catarrhi acceſſantur, maximè ſi quis ſecundùm *Lovverum de Cord. Cap.* 2. *p. m.* 140. capite demiſſo & cum reliquo corpore æquali, ſomno ſe tradat, etſi huic plus alteri minus noceat pro fibrarum cerebri robore, ceu aliàs *Fel. Platerus* quòd helluones quidam vivaces ſint, cauſam adſcribit vi vini narcoticæ & lupuli in cereviſiâ, Turcæque Opium innoxium & confortativum experiuntur, dum juxta *Verulamium* ſpiritus condenſantur, quo minus exhalent, prout inde etiam ad appetitus venereos excitandos utuntur, ut in ſecretis colloquiis illis fareantur, quibus familiarius utuntur, teſte *Rajo Hiſt. Plant. Tom. I. p.* 854. & *Proſp. Alpino Med Ægypt. Lib. IV. p.* 119. qui & verè refert Opio aſſumpto per ſomnum varia pulcherrima amœniſſimaque viridaria quempiam videre.

CAPUT XXXVIII.

De Medicamentis eorumque operandi modo in genere.

AD [illegible] *Medicamenta*, quæ vel *interna* vel *externa* ſunt, inveſtiganda, pro illorum qualitatibus vel manifeſtioribus vel occultioribus, nunc Ratio nunc Experientia plus minus contribuit; ſic itidem ſecundùm *Spigelium Libr cit. Cap. 6. p. m* 157. *Occultarum facultatum & quæ totâ ſubſtantiâ agere dicuntur, Experientia inventrix eſt ac judicatrix; reliquarum autem, quæ à tribus manifeſtis qualitatibus dependent. Ratio ipſa, quæ deſumitur à ſaporibus & odoribus, qui cuique ſtirpi inſunt.* Dividunt nimirum plerique artis Medicæ Scriptores *Spigelius, Sennertus, Horſtius, Mœbius, Regius, Wedelius* & alii, Medicamenta in *manifeſta qualitate alterantia* & *occultâ*. *Qualitas manifeſta* eſt vel prima, ſecunda, tertia: *Prima* eſt vel *activa* vel *paſſiva*, *ſimplex* vel *compoſita*: *Calidum, Frigidum*; *Humidum. Siccum*: *Calidum & Humidum, Calidum & Siccum*: *Frigidum & Siccum, Frigidum & Humidum*, ex quibus Frigiditas & Humiditas ferè ſemper ſimul ſunt, ut & Caliditas & Siccitas: Frigiditas enim ab humore ſubtili procedit, & Siccitas ab iis corpuſculis mordacibus & acribus, quibus multùm ignis ineſt. In hiſce verò

qualita-

qualitatibus prout magis minusque intensa actio percipitur, *Gradus* notantur, sic *Primus gradus* vocari solet ubi vix aut non evidenter: *Secundus*, ubi evidenter & manifestè: *Tertius*, ubi vehementer: *Quartus*, ubi extremè nec sine gravi locione corpus nostrum alteratur; In hisce Gradibus notat *Macasius Prompt. Med.* Proportionem non Arithmeticam sed *Geometricam*, ut Temperatum se habeat ut 1. in primo gradu, ut 2. in secundo, ut 4. in tertio, ut 8. in quarto ut 16. In quibus tres *Mansiones* (ceu in Astronomicis *Gradus* & *Minuta*) prout vel remissè vel medio modo vel intensè qualitas excesserit, notantur, *Initium, Medium & Finis*, ut passim in Botanicorum scriptis ejusmodi Archimedis circinus se monstrat, præsertimque simplicium talis graduatio videre est apud *Macrum de Vit. Herb.* quem illustris *Ranzovius* è bibliothecâ suâ Bredenbergensi in lucem edidit.

Atque hæc mens Veterum mixtionem Elementorum ac inde emergentium qualitatum in unoquoque mixto statuentium; Neotericornm plurimi has qualitates rident, & pro remorâ detectionis Virium Plantarum habent, statuuntque potiùs nullum Vegetabilium per se corpus nostrum vel calefacere vel frigefacere, &c. sed tantùm *per accidens* & *occasionaliter*, respectu appropriationis objecti, dum spiritus corporis humani ejusque partium ad varium motum vel etiam quietem disponuntur, sicque vel Calor vel frigus &c. producitur, prout & circa morbos alibi diximus eos ab Archæo (qui ὁρμῶν *Hippocratis* & *spiritus vitæ Paracelsi*, ceu quo conservato humores vitæ alii conservantur, quibus absq; defectu quopiam existentibus, inde perversi nil oboriri potest) prout errat vel furiosus est fabricari & regi, quod exemplo spinæ digito infixæ demonstrat *Helmont. Pot. Med. Op. p. m. 292.* à quâ calor, dolor, phlegmone, febris, non ab igne spinæ efficienter procedunt, sed quia spiritus sensitivus peregrinam spinam ægrè fert; pari nimirum ratione Vegetabilia secundùm hanc sententiam *Calefacere* dicuntur, non quod producant in hominis temperie sui caloris excessum, sed quòd salium acutorum in ipsis Vegetabilibus existentium occasione, Archæus humanus incitetur & exasperetur, ut propria motûs vi & agitatione exæstuando, Calorem talem imo igneam violentiam assumat: *Refrigerare* verò, non quatenus qualitatem in homine, quæ frigus dicitur, producunt, totidem punctis & gradibus calorem nostrum exuperantem, sed quòd ab horum Vegetabilium assumptione vel admotione, Archæus noster vel subigatur vel fugetur, vel ad quietem reducatur & à furore remittat: Hinc namque videamus, medicamenta amarissima ac subtilissima (ut *Opium*, *Camphoram*) frigefacere, quæ juxta doctrinam Aristotelicam ac Galenicam aliàs calefacere deberent, idemque numero blas febrile frigus primò ac dein calorem in archeo suscitare. *Humectare*, quatenus obliniendo, infarciendo ac glutinosa resolvendo, movent spiritum, ut absque acrimoniæ

sensu

ſenſu corporis ſubſtantia turgeſcat, ſerum ac lympha particulis fluidis aqueis vel mucilaginoſis reſtituatur, & coagulationis & arefactionis impedimenta ſubmoveantur, ceu balnei dulcis uſu Ægyptiæ mulieres pinguiſſimæ redduntur. *Siccare* denique. quæ vel extennando diſponunt excrementa & liquorem nutritium ad exhalationem, vel particulis terreis indurant & coagulant, vel etiam liquorem nutritium corporis vel membri ſuffurantur & aliò abducunt, aut etiam humidum abſorbent, occaſione cujus fermenta illius membri vel corporis calori veram ſiccationem inducunt.

Chymici Qualitates haſce Plantarum *primas à priori* per principia ſua, partes nimirum 🜔nas, 🜍reas, ☿riales, 🜃ſtres & 🜄eas diverſimodè ſe habentes ac multipliciter inter ſe combinatas explicant: hinc *Calidas Plantas* ita comparatas eſſe ſcribit *Exc. Wedelius de Med. Facult. Libr. I. Sect. I. Cap. 4. p m. 15.* ut principia activa, ſal, ſulphur, ☿, inprimis verò ſulphur cum ſale volat. prærogativam quandam habeant, idque vel magis vel minus, quod odore & ſapore inprimis pateſcat; reliqua verò paſſiva ſub dominio horum ſubdita ſint, & quidem *Calida I.* gradu, ſal, ſulphur, ☿, leniter, parciùs & moderatè poſſidere, vel ſi adſunt, ſaltem ſuperficariè, non intimè, & penitus diſperſa vel non ſui juris, ſed particulis terreis & aqueis obtuſa: & talia ſunt minus odorata, ſapore non exceſſivo & notabili prædita, ſed vel pinguia, inſipida, dulcia, terrea, odorata, quæ ſaporem non habent æquè reſpondentem: *Calida II.* gradu, gaudere ſulphure & ſale volatili vel fixo magis eminenti, uti ſunt amara, reſinoſa, acriuſcula, ſalſa, Aromatica media: In *Calidis III.* gradu ſal volatile vel fixum cum vel ſine ſulphuris acceſſione eminentiùs prædominari quò ſpectant omnia ſalia volatilia, etiam lixiva, acria, aromatica fortiora: *Calida IV.* gradu ſale magis acri & ferè cauſtico ſcatere. unde ſunt acerrima, rubefacientia, erodentia. Contrà *Frigida* ſunt in quibus principia paſſiva, Aqua & Terra potiora reperiuntur, vel ſal acidum, particulæ verò volatiles, calidæ, acres, aromaticæ, aëreæ non ſunt, ſed principia activa, in ſpecie ſulphur & ☿ parciùs inſunt vel ſubjugata, ſal verò itidem vel abeſt, vel fluorem adeptum & particulis inverſis acidis conſpicuum: Talia frigida ſunt Aquea, mucilaginoſa, Acida, Terrea, auſtera, ſtiptica, acerba. *Humida* ſunt, quæ particulis gaudent aqueis vel mucilaginoſis aut parciùs aut copioſiùs. *Sicca* particulas terreas habent prædominantes, cum ſulphureis ſive cum acidis, aliisve. Atque hæc *Excell. Wedelius*, cum quo commodiſſimè etiam Qualitates hæ primæ non conſiderantur ſolùm *abſtractivè*, quaſi ſola caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas eſſet attendenda, citra notionem mixturæ & qualitatum reliquarum, ſed potiſſimùm *concretivè*, quatenus diſpoſitum eſt hoc vel illo modo mixtum Vegetabile, unde dicendum Virtutes Plantarum non in qualitate ullâ abſolutâ,

ſolutâ, ſed in Corpuſculis poſitas eſſe, quorum diverſitas à diversâ percolatione eſt, neque enim natura modum faciliorem invenire potuit, ut nobis certa, facilia remedia pararet. In ſingulis plantis totidem fere ſunt pharmacopœiæ, in quibus medicamenta teruntur, limantur, liqueſcunt, ſolvuntur, colantur, deſtillantur, cribrantur, digeruntur, rectificantur, ſublimantur, præcipitantur, coagulantur, circulantur, ceu & ipſam Naturam eſſe Alchymiam pluribus ingenioſè demonſtrat *Walchius in Comment.* über den kleinen Baur *p.m.* 111. cujus nim. Auctor *Chortalaſſaus Med. D* qui ad *Sereniſſ. Erneſt. Elect. Colon.* epiſtolâ ſuum arcanorum pandit gazophilacium, qualiter nimirum ope ☿rii vitæ (qui nimirum ex regulo ♁ii ♂to ſtellato proſapiam ducit) reſplendentis, ponderoſi & dulcis metalla ſuaviter & radicaliter in primam materiam reduci debeant, ex quâ particularia duo ad ☉ & ☽ veraciter producantur, una pars ad 100. tranſeat per putrefactionem & colores ſicque multiplicari poſſit. Vid. *Myſterium occulta natura* & *Nucleus Alchym.* Sed ne extra oleas.

CAPUT XXXIX.

De Anodynis, Maturantibus, Attenuantibus, Abſtergentibus, Diſcutientibus, Digeſtivis, Veſicantibus, &c.

ET quia ſecundùm Veterum doctrinam de Elementis eorumque qualitatibus poſt qualitates primas activas paſſivasque, occurrit ſenſibus ipſa miſti compages, juxta particularum nimirum & pororum diſpoſitiones, unde ceu indices ſunt extrinſeca quædam, Mollities, Durities, Tenuitas, Craſſities, Aſperitas, Lævitas, &c. poſt qualitates primas etiam ſequuntur *Secundæ* dictæ, quæ ex primis emanare dicuntur, & pro varia illarum miſtione, variè etiam reſultare. Prout enim eſt diverſa percolatio & coctio ſucci alimentarii, ita etiam diverſimodè concreſcit & coagulatur, neque enim, *Fabro* monente, percolationis ſucci negotium fieri poteſt ſine caloris & humoris operâ, nec illa concretio ſeu coagulatio ſine frigore aut ſiccitate: Unde quoque *Spigel. Iſag. Rem Herb. Cap. 9. pag. m.* 164 Indices harum qualitatum dicit eſſe Materias ſaporum, prout primarum ipſos ſapores qui guſtui ſe offerunt: Hinc & *Winckelmannus Medicam. Officinal. Tabul. I.* has Qualitates ſecundas provenire à primis ſcribit, prout illa magis vel minus validæ & cum partium tenuitate vel craſſitie vel mediocritate conjunctæ ſunt, atque hinc materiæ conſiſtentiam & modum ſive qualitates ſecundas *Peripateticis tactiles* dictas aut directè aut indirectè in partibus & humoribus mutant vel quocunque modo alterant. Et quidem

I. A *Caliditate* emergere docent Auctorum plurimi, quos, ordinis melioris gratiâ, ſequemur,

1. ANODYNA, dolorum ſolamina, quæ blando ſuo tepore fibrillas nimium tenſas laxant ac materiam digerunt, calorem nativum fovent, ſpiritus demulcent, difflationem cauſæ morbificæ per poros cutis, quos tenuitate ſubſtantiæ aperiunt, procurant, acorem & acrimoniam p. n. humorem auferunt, ſpiritus detinent ac impediunt ſuâ viſciditate, quo velut injecto freno ab efficaci detineantur irradiatione. His affinia *Epiceraſtica* quæ mollibus & flexilibus ſuis particulis aſperiores acutiores acrioresque humores obvolvunt, obtundunt vel in ſe ſuſcipiunt, quo minus moveri poſſint, vel etiam penitus enervant ac ad figuram alienam diſponunt.

2. MATURANTIA, SUPPURANTIA, calore & humiditate moderata ſeu mollibus flexibilibus ramoſisque particulis Naturæ in movendo pure auxilio ſunt, *ſimilia*, ut loquitur *Galenus de ſimpl. Medic. Fac. Libr. V. pag. m.* 144. *ei corpori cui admoventur*, cujus hinc effluvia inhibendo, caloremque augendo pepaſmum materiæ purulentæ conciliant. Et quia ſolus fere ſanguis extravaſatus, ſuppurantibus in pus laudabile (quod ſecundùm *Hippocr. Prænot.* §. 7. *Oper. Tom. I. pag. m.* 453. *eſt album & æquale, & læve, & quàm minimè graveolens*) convertitur, vitanda inprimis in tumoribus cancroſis, utpote qui inde exacerbantur, augentur, cujus rei exempla nonnulla triſtia in medium adducit *Fabritius Hild. Obſerv. Chirurg. Cent. I. Obſerv. LXXXIX. p. m.* 69. Tumor nimirum ſcirrhoſus in clune inunctionibus & cataplaſmatibus, exortâ prius inflammatione, mortem accerſivit, ut & in hepate, mammis, &c. de quo *cit. loc.*

3. ATTENUANTIA tenuitate ſubſtantiæ penetrant, aperiunt, acutis ſuis particulis ⊖nis △libus acribus ad occurſum aliorum flecti neſciis craſſos & viſcidos humores incidunt, in eos ſe ſe inſinuant, ſuo calore & motu diſſolvunt, & ſeparant particulas viſcidas invicem connexas.

4. ABSTERGENTIA ſec. *Regium Medic. Lib. IV. Cap.* 7. *pag. m.* 167. aſperis, duriuſculis, acutis ſeu pectinatis & ſcopalibus lixivioſis particulis, ſordes ex ſuperficie & meatibus corporum in quæ moventur, abradendo auferunt, unde illorum uſus eſt in viſcidis & lentis humoribus, intrinſecus viſceribus, cavitatibus ac meatibus impactis, detergendis, & infarctibus liberandis, inprimis & exterius in expurgandis Ulceribus, de quo videatur *Galenus Meth. Med. Lib. III. Cap.* 3. *p. m.* 130. & *Homerus Iliad.* Δ. 190. Λ. 845.

5. RAREFACIENTIA ac DISCUTIENTIA; illa ſunt diaphoretica externa mitiora, hæc fortiora: illa nimirum poros cutis ſolùm aperiunt, hæc præterea aperiendo eosdem per occultum in ipſis ſalem volatilem ſeu ſubſtantiam tenuem, materiam morbificam penetrant, incidunt & ſubti-

subtiliant, quò postea à natura (quæ, dum unguina verb. gr. exterius applicantur lapide calefacto vel arenâ calidâ, magis exuscitatur juxta laudabilem *Helmontii* modum in paleis aheno aquæ tepentis superinjectis observatum) per insensilem transpirationem meliùs discuti possit, vel potius illa humores attenuando, fibrasque membri roborando, regressum horum ad vasa convenientia maturant, neque enim potest sanguis vel lympha in vaporem ejusmodi redigi, cùm hæc in gelatinam viscidiorem; ille in grumum abeat.

6. FLATUS DISCUTIENTIA, pituitam à bile acriori rarefactam flatusque exuscitantem, flatusque jam exortos resolvunt, tensa relaxant, inprimis etiam mineram fermentalem agitatam reprimunt, spiritusque fervidos & salinos in humoribus tumultum excitantes in se quasi imbibunt, qualiter *præcipitantia* tum vocari solent, itemque *absorbentia*.

7. 'ΑΝΑΣΤΟΜΩΤΙΚΑ' aliàs PRÆPARANTIA CORPUS dicta, ora vasorum aperiunt, seu, ad profundiora penetrando, interiorum partium ductus *v. g.* pancreaticum ejusque ramos laterales, ureteres, vasa capillaria, poros à pituitâ glutinosâ simílique lymphâ obstructos expediunt, idque acutis tenuibusque particulis, quibus ad profunda penetrant, crassos humores attenuant, maximè ut à purgante subsequente humores vitiosi commodiùs educi possint, qui quia vitio digestionum in partibus progignuntur à spirituum læsione, idque vel *defectu*, unde humores crudi, viscidi, lenti & aquei; vel *excessu*, unde adusti humores, biliosæ humiditates & acres producuntur, vel *depravatione*, unde nociva & maligna producta emergunt, ita quoque varia ejusmodi medicamenta erunt, quæ humorum p. n. & excrementitiorum qualitatem nocivam infringunt & aptiores eos reddunt, quò sine ulteriori nox & incommodo è corpore postea ab aliis medicamentis proscribi possint, hinc namque alia acre, alia amarum, alia acidum, alia austerum, alia salsum respiciunt, prout est in hac vel illâ corporis regione, alia crassum, tenax, induratum, alia tenue, fluxile, alia laxum, alia strictum &c. de quo forsitan alio tempore agemus.

8. VESICANTIA gaudent particulis acutioribus seu salibus acrioribus in ipsis gliscentibus, propter quos dum applicantur, ex agitatione materiæ subtilis mediocriter vel fortiter lacessitur spiritus, ut cum majore vel minori impetu ad partem lacessitam cum humoribus moveatur: mediocriter nonnihil si hoc contingat, nomen habent *Rubefacientium* seu *Phœnigmorum*: si cum furore quasi quodam, ut in vesicas attollatur cuticula, *Vesicantia* in specie dicuntur, in febribus malignis & affectibus soporosis hinc utilissima: si humidum omne absumant, fibrasque torreant & exassent quasi *Caustica* seu *Escharotica*: si carnem exedant, *Catharetica*: si summâ acrimoniâ omnem partis substantiam tabefaciant & quasi colliquant, *Septica*

 vocari

vocari solent, cujusmodi ad Venena proximè accedunt, de quibus infra suus dicendi erit locus. Huc verò & spectant *PSILOTHRA*, quorum etsi tria genera faciat *Galenus de Comp. Med. sec. loc. p. m. 62.* propriè tamen Psilothra erunt, quæ particulis ⊖nis acribus intra poros cutis admissis hos tum ampliando, tum radices pilorum arrodendo glutenque nutritium dissolvendo vel spiritus ipsis insidentes fugando vel mortificando (prout refert *Frider. Hoffm. Clav. Schröd. p. m. 446.* ad liquoris cujusdam sibi noti in manu affrictionem si quis mentum viri attigerit, paulò post barbæ pilos excidere superciliorum & totius corporis) pilos excidere faciunt, prout & Excell. *Wedelius* docet, solo affrictu manûs cadaveris ad verrucas, ut & scrophulas abigi. Vid. infra *Cap. L.*

CAPUT XL.

De Incrassantibus, Repellentibus, Adstringentibus, Narcoticis.

II. A *Frigiditate* pro materiæ diversitate ac particularum dispositione & compactione varia, provenire dicuntur juxta Veterum methodum

1. INCRASSANTIA, quæ substantiâ suâ crassâ ac frigiditate particulis nimirum stypticis terreisque ad motum minus aptis humores tenues & fluxiliores, vel acidos vel amaros, salsos incrassant & ad fluxum ineptiores reddunt, quatenus secundùm *Regium Medic. Lib. IV. p. m. 165.* crassis ramosisque partibus prædita, dum succis tenuioribus & liquidioribus permiscentur, partes eorum conjungendo & inter se connectendo, consistentiam crassiorem & stabiliorem ipsis tribuunt, porosque partium contra laxitatem ex humorum affluxu provenientem firmant & roborant, imò etiam acrimoniam infringunt v. g. in febribus malignis ac peste, ubi sal volatile acre ferocire judicat *Celeb. Sylvius* & observatione probari videtur, quam retulit aliquando Spectatiss. Experientiss. *D. D. Jac. Rotius*, Medic. Pract. jam Prof. Clar. quod nimirum grassante Peste An. *1667.* Sculptor quidam celebris (adhuc hodie apud nos vivens) ita malâ laboraverit lue, ut manus & pedes fuerint superficietenus nigræ & quasi sphacelatæ, cum vomitu ac diarrheâ cruentâ, insigni dolore & ardore, sitique inextinguibili. Hinc etiam *Exc. Wepfer. Cicut. Aquat. Histor. & Nox. p. m. 52.* In febribus malignis, hæmorrhagiis narium, uteri, Renum periculosissimis, enormibus, non nisi à sanguine tenuissimo admodum fluxili, fervidissimo, extrema arteriarum capillamentorum oscula reserante, ortis, imò in Virgine jam

jam letho vicinâ, Incrassantibus non sine exoptato successu, etiam aliis in casibus, se usum esse scribit; unde & acido-austera huc trahi merentur. Nec solùm acrimoniam humorum mitigant, sed & aciditatem illorum nimiam pervertunt, præcipitant, salia in humoribus tumultum excitantia in se quasi imbibunt ac emori faciunt, unde inprimis in affectu hypochondriaco laudatissima, cautè tamen exhibita.

2. REPELLENTIA frigore suo ac materiâ crassiore, partibus nimirum acidis concentrantibus, stypticis, affluxum humorum reprimunt, poros ac meatus claudunt, unde patere potest, quare sæpiùs maximo cum damno (*Anginam* excipio, ubi periculum in mora, egregiè enim *Hippocrates in Epist. ad Cratev. Oper. T. II. p. m. 930. ab omni equidem arte aliena est res dilatio, verùm maximè à Medicinâ in quâ dilatio est animæ periculum, curationum verè anima sunt temporum opportunitates, quarum observatio finis est*) fuerint adhibita, præsertim in Arthritide, nimirum naturam benè agentem, cujus tamen minister est Medicus, turbant, à parte ignobiliori ad nobiliorem humores trudunt, magnum illud naturæ beneficium, insensilem transpirationem impediunt, quibus tum intra corpus pulsis myrias excitatur malorum: Vid. *Timæus* von Güldenklee *Cas. Medic. Lib. VI. p. m.* 497. *Fabrit. Hild. Cent. I. Obs.* 81. & alii.

3. ADSTRINGENTIA crassâ suâ substantiâ ac frigida, quâ plurimâ ▽â virgineâ referta sunt, ductuum orificia claudunt, coarctant & in angustum deducunt, vel, ut loquitur *Galenus de simpl. Medic. Facult. Libr. I. Cap. 36. p. m. 30. a. corpora contrahunt, condensant, constipant atque constringunt*, humores fluxiles sistunt, feroces figunt & laxitatem fibrillarum corporis coërcent. *Sec. Cardilucium Magnal. Medico Chym. Cap. 39. p. m. 155.* nonnulla adstringunt, quatenus diuretica humores serosos à partibus crassioribus per renes evacuant in vesicam, unde hæ sicciores relictæ adstringunt.

4. NARCOTICA & HYPNOTICA plerumque in se calida sunt, at respectu nostri, frigida, quatenus narcosin, torporem, somnum (cui secundùm *Hippocr. de Flat.* § 20. *Op. Tom. I. p. m.* 411. *frigefaciendi vis est, & à quo sanguis frigescit & exinde corpus*, experientiâ Ægyptiorum opio adsuetorum) producunt, irradiationem spirituum animalium è cerebro in membra inferiora nonnihil sistunt, eos ferocientes domant, dolores levant, acrimoniam humorum corrigunt, quæ omnia ex texturâ illorum insigniter oleosâ & viscidâ à ♀re copioso proveniente, deduci possunt, vel exemplo olei communis aliorumq; viscidorum dum in venam animalis injiciuntur, ut est in experimentis anatomicis *Celeberr. Drelincourtii Prof. Lugd. Batav.* Fautoris nostri honoratissimi. Quòd verò Spirituum elasis sic sistatur, patet vel ex eo quod opium à quibusdam (ut Pastori quondam Nemausensi) sub vesperam sumptum, vomitum manè cieat ex morâ ciborum in ventriculo illicque

acescentium, quamvis & ipsa opii acrimonia, quâ gaudet, multùm ad id contribuere valeat, ceu & aliæ observationes apud *Prosp. Alpinum* testantur, Opio adsuetos certis horis in fastidiosa symptomata incidere, nisi de novo illud adsumant. Videatur ejus *Medic. Ægypt. Lib. IV. Cap. 2.* ut & *Heigel. Diss. de Opio.* Vide & supra *Cap. XXIX.*

CAPUT XLI.

De Emollientibus, Laxantibus internis & externis, Attrahentibus.

III. AB *Humiditate* itidem, pro particularum in plantis dispositione ac variâ modificatione, oriri dicuntur

1. EMOLLIENTIA, quæ quòd congelatum est calore moderato ac humiditate, ut docet *Galenus de Simpl. Med. Fac. Lib. V. p. m. 145.* fundunt, partes scilicet firmius inter se cohærentes dissolvunt & sensim per halitum digerunt, demulcent, fibras tensas & rigidas molliores reddunt, ac nullo notabili sale volatili & activiore gaudent, unde pleraque etiam sunt *Epicerastica*, prætterquam etiam Emollientia dentur *Narcotica*, prout experientiâ se cognovisse scribit *Platerus Prax. Med. Tom. III. p. m. 385.* Narcotica desperatos nodos in homine uti & in equis dissolvisse, sumendo nimirum *rad. Mandragoræ* vel *folia cicutæ* aut *hyoscyami*, eaque decocta miscendo cum *axungiis*, vel decoquendo in *aceto fortissimo* pro *Fotu* & *Cataplasmate*, haud secus ac folia solani somniferi bacciferi recentia mammis imposita earum durities & tumores etiam cancrosos emolliunt & discutiunt, ut sæpius expertum esse *DN. Willugby* Anglum refert *Rajus Hist. Plant. Tom. I. p. 680.* ubi & scribit hæc ulcusculo cancroso infra oculum adplicata uveam tunicam relaxasse. Talia etiam *Topica* efficacissima ex Hyoscyamo parata, Anodyna, Emollientia & resolventia esse scribit *Dan. Ludovicus Pharmac. p. m. 670.* qui tum Emplastrum, tum *Unguentum* è floridis hyoscyami summitatibus simpliciter tantùm in butyro frixis seorsim parat, famosissimum Populinum exprimens, *Wepfero de Cicut. pag. m 233.* præstans anodynum compertum, quibus assensum præbet *Gesner. Epist. Lib. III. p. m. 111. a.* Illa verò utique mirabilis herba emolliens est, de qua apud *Bartholinum Miscell. Cur. Dec. I. Ann. I.* & *Möllenbrookium Cochl. Cur.* legitur, quod boum eam vescentium ossa ex nimiâ emollitione inepta fiant ad ambulandum, ut baculo etiam circumvolvi queant; sic tamen & ♃ium oleo olivarum emolliri docet *Excell. D. D. Brunnerus Diatrib. de Pancreate,* & ebur, ossa & ova in decocto salviæ cum ♃to *cit. Barthol. Act. Med. Hafn. Vol. II. p. 313.*

2. LA-

2. LAXANTIA, quæ tensis competunt propriè secundùm *Galenum de Simpl. Med. Fac. Lib. V. Cap. 11. pag. m. 150.* musculis item cuti subjectis quoquo modo in tumorem sublatis, unde *Sylvius Prax. Med. Lib. I. p. m. 188.* se sexcenties expertum esse scribit in Infantum hypochondriorum Inflatione cum corporis contabescentiâ ac alvo plerumque laxiore, *Linimentum ex Ung. de alth. Ol. lilior. alb. & de later.* paratum. Sunt & *Laxantia* interna quæ primas vias leniunt & mundant, quò medicamenta in alias intentiones præscripta & destinata ab illorum sordibus minus inquinentur, majori verò felicitate in actum deducantur. Nimirum juxta *cit. Galenum* non simpliciter una species est laxantium, utpote cùm alia humectando alia calefaciendo, alia verò emolliendo, quædam evacuando, nonnulla Humores p. n. purgando, alia etiam per conjunctionem horum agentia, laxare solent. Videatur *Galen. loc. cit. & à Brunn Syst. Mat. Med. p. m. 82.* Ad Laxantia etiam videntur spectare *ATTRAHENTIA* ita dicta non quòd magnetis instar extrahant corpori infixa, sed quod poros cutaneos & partium particulis oleosis emplasticis laxent vel balsamicis roborant aut salinis acribus rarefaciant, fibras concutiant, ut sanguis & humores cum aliis p. n. contentis liberiorem ad exteriorem corporis determinatum locum affluxum vel emergendi viam nanciscantur. Taliter tamen testatur *Paracelsus* specificis nonnullis attractivis centum libras Carnium tractas fuisse, imò pulmonem in os cum suffocatione, vaccam quin etiam in altum sublevatam ramosque ab arboribus laceratos, ut Altissimus non satis horum consideratione venerari possit. Imò talibus medicamentis attractivis nullum interire ægrum testatur, quantumvis gravi morbo laboret. Specificum verò attractivum ejus tale est: *℞. Gummi ammon. galban. Sagap. opopon. &c. essentiam ℥ iij. Magnet. præpar. ℥ j ß. succin. opt. ℔ j. Mastich. Myrrh. aa. ℥ iij. Scammon. ℥ x.* Cum *Cerâ, gum. tragacanth. & Terebinth. q. s. F. Cerat.* Vid. *Empl. Magnet. in Regn. Min.*

CAPUT XLII.

De Sarcoticis, Conglutinantibus, Epuloticis, Vulnerariis.

IV. A *Siccitate* emergere docent

1. SARCOTICA, quæ modicè sunt siccantia, terreæ & salinæ seu alkalinæ naturæ, quæ superfluam humiditatem ulcerum absumunt, acorem secundùm *Helmontium* absorbent, parietes & carnem firmant commodamque humidi nutritii gummei adaptationem procurant, unde secundùm *Excell. Wedelium* præ oleosis ac Emplasticis conveniunt, utpote à quibus

bus Ulcera redduntur sordida ac consolidatio impeditur, hinc in Dysenteria jubet *Fernelius Meth. Med. Lib. V. Cap. 15. p. m. 397.* Clysterem fieri sine oleis, contrà substituere *Gummi arabicum* vel *Tragacanth.* quæ optima, *Mastich. Amylum*; vel etiam *Balsam. Peruvianum liquid.* cujus singularis virtus in dysenteria ab atrâ bile cum dolore acerbissimo prædicatur.

2. CONGLUTINANTIA, quæ recentium Vulnerum diducta labra conjungunt, & ne quidquam inter ipsa influat aut succrescat, impediunt; siccantia sunt magis ac substantiæ crassæ & adstringentis & multâ terrâ virgineâ, quam in vegetatione suâ assumpserunt, repleta, unde potenter absorbendo exiccant & indurant, vel emplasticâ viscositate fibras renovatas ad se adducunt. Talibus jocosè labia oris & podicis ita conglutinata fuisse refert *Paracelsus*, ut non nisi maximâ vi & instrumentis divelli potuerint. Cæterùm haud paucus horum erit numerus, secundùm *Spigelium Isag. in rem herb. Lib. II. Cap. 4. p. m. 151.* refert enim, se, dum montes habitu rustico peragrasset, Rusticosque de viribus Herbarum incognitis percontaretur, observâsse, tertiam & amplius Plantarum partem ad recentia vulnera valere plurimæ namque sale volatili occulto alkalico turgent, plurimumque de terrâ ejusmodi virgineâ absorbente invertente in se recondunt.

3. CICATRICEM INDUCENTIA substantiæ sunt crassioris, carnem constringunt, siccant, indurant, contrahunt, densant, coronidemque consolidationi imponunt. Siccitas autem talis commensuranda est ex ipsius partis affectæ natura & totius, quod monet *Galen. Meth. Med. Lib. III. p. m. 132.* quia producta caro ei, quæ ante erat, similis esse debet, unde quoque si ex nimio siccantium usu cicatrix major succrevit quam decebat sine pulveribus *Unguento è succo betonicæ, oleo & paucâ cerâ* utitur *Fabrit. ab Aquapend. Part. I. Lib. II. Cap. 9.* ad cicatrices emolliendas & delendas, præmissâ labiorum scarificatione.

4. VULNERARIA, siccantis, terreæ adstrictoriæ sunt naturæ, balsamicæ item, hinc enim sanguis vigoratur, mistò fibrosior redditur, ejusque tonus roboratur, ut natura injuriam sibi illatam acidumque putredinale, fibrasque divulsas eò felicius corrigere possit, sicque succus nutritius partem læsam, ut consuetum erat, ingredi, quare & miram horum vim deprædicat *Matthiolus Comment. super Dioscorid. p. m. 697.* ubi scribit, se vidisse, potionibus ex vulnerariis paratis, tum thoracis, tum intestinorum vulnera sanari, quæ lethalia & nullo prorsus auxilio curari posse censebantur: sic refert *Exc. Wedelius ex Tebure Tr. Chym.* fuisse quendam Chirurgum, qui mox *Nucem moschatam* vulneratis exhibuerit, unde eandem Decocti sui vulnerarii ingrediens esse voluit de *Medicam. Composit. extempor. Sect. II. Cap. 4. pag. m. 78.* sed secundùm *Fabritium ab Aquapendente Chirurg. Part. I. Libr. 2. p. m. 185.* Calidis ejusmodi cautè utendum, facilè enim sanguis subtilior

factus

factus in partem affectam impellitur, sicque inflammationi ansa datur, quare & *Celsus* in arte Medicâ verè excelso *p. m.* 286. *Vinum vocat Vulneribus inimicißimum*, quatenus scilicet ratione acidi, quod in se fovet, vulneri obest, spiculisque suis spiritum partis & totius irritat, ceu qui blandè & molliter in officium cogendus, ut læsum restituat: quare si ad illum remedium externum dirigatur, *Paracelso* teste, per unicum saltem abunde satis unicâque tantum practicâ quamplurimi affectus externi sanari poterunt, evitarique tormenta quibus aliàs Chirurgorum plurimi ægros afficiunt, prout *Oleo ovorum*, admixto *balsamo vulnerario rubro*, qui *Chirurg. Magn. p. m.* 19. describitur, & superimposito *Cerato è gummatibus* balsamicis, vel etiam ejus *Empt. ftiptico* periculosa sæpius vulnera & ulcera curata fuêre. Vid. *Würtzius in Chirurgiâ*. Huc & spectant REMEDIA AD AMBUSTA quæ blando calido & humido unctuoso acres humores igne exasperatos vel ipsum ignem intrusum ejusque motum vehementiorem mitigant, evocant, refrænant, demulcent, & excoriationem exulcerationemque inductam detergendo & siccando tollunt. Vid. *Fabrit. Hild. de Combust.*

CAPUT XLIII.

De Semen, Lac augentibus & imminuentibus, Diaphoreticis, Diureticis, Vermes necantibus.

VUlgatum est adagium, *Numero Dei impari gaudet*, quo maximè ad ternarium alluditur, hinc etiam Primis ac Secundis Plantarum qualitatibus manifestis annectere solent Autores *Tertias*, quas varii variè explicant; *Spigelius Lib. sæpiùs cit. Lib. II. Cap.* 4. *p. m.* 144. *Tertias* vocat, quod non modò ex primis secundisque oriantur, sed peculiares partes morbosque respiciant: *Winckelmannus in Tabulis*, cujus ductum hactenus secuti sumus, *Tertiæ* sic vocantur, quatenus primarum & secundarum qualitatum operationes ad peculiarem materiam determinant, in quibusdam occultis simul conspirantibus. Suntque talia

1. SEMEN tum AUGENTIA & ad Venerem incitantia, tum SEMEN MINUENTIA: SEMEN AUGENTIA calorem nativum roborant, tubulosam testium substantiam magis expandunt, sanguinique patentiorem influxum procurant, quo gelatinosa butyracea ejus substantia felicius secerni possit, quare lacteo & oleoso succo turgent, materiamque semini generando aptam suppeditant: Incitantia ad Venerem sunt acria, aromatica, salsa. Contra SEMEN MINUENTIA illud vel discutiunt ac spiritus absumunt,

ſalque ejus pervertunt, vel frigore ſuo extinguunt, vel Veneficiis ſpiritus ligant & in totum in confuſionem adigunt, quam in rem conſulendus *Helmontius, Carrichterus* & alii.

2. Lac GENERANTIA & MINUENTIA: *illa* ſunt πολύχυλα, temperata, quæ ſec. *Exc. Wedelium* partes oleoſas cum aqueis communicant & immerſas habent, quod chylo maximè & lacti eſt conforme, tum aperientia, affluxum materiæ chyloſæ ad mammas promoventia, tum & acidum ſanguinem inſpiſſans abſorbentia. Hæc verò ſunt adſtringentia, incraſſantia, refrigerantia, vel etiam particulis ſubtilibus in perniciſſimo motu poſitis, diſcutientia; imò ſec. *Exc. Wedelium* etiam emollientia, unde experimentum *Grülingii Curat. Cent. V. Obſ. 36. p. m.* 30. quod in ſuis quaſi arcanis habet, fit ex *Aceto acerr. Farin. fabarum* ac *Ol. roſaceo*.

3. MENSES MOVENTIA, ut & *Lochia*, *Secundinas* ac *Fœtum mortuum* pellentia, inſigniter penetrant, craſſa attenuant, lenta detergunt, vel etiam acidum coagulativum deſtruunt, turgent verò maximè ſale volatili, ♀reo, quo humoribus novum motum ſuperaddunt, ſanguinemque ipſum debito tempore rareſaciendo & attenuando fermentant: Fortiora ex iis ſunt *fœtum mortuum pellentia*. MENSES SISTENTIA uteri orgaſmum ac ſpiritum compeſcunt, vaſa hiſcentia claudunt, adſtringunt, unde uſurpavit magno cum ſucceſſu Pulverem ſuum *Heurnius*, quem *Lib. V. Not. ſuper Aphoriſm. Hippocr. §. Lib. p. m.* 383. proponit.

4. SUDORIFERA, etiam *Hydrotica*, *Diaphoretica* (qualia meritò inter Evacuantia Univerſalia referri poſſent) dicta, materiam morbificam in halitus particulis ♒ſis ſalinis volatilibus prius converſam per inſenſilem tranſpirationem ac ſudorem expellunt, idque, ut dictum, potiſſimùm ſale ſuo volatili inciſivo, abſterſivo vel etiam extenuativo, quo in totum corpus delato, ſerum à ſanguine in glandulis ſubcutaneis abſcedere faciunt, motum ejus augent, obſtructiones reſerant, humores quovis attenuant, incidunt, ac recrementitias particulas per poros cutis proſcribunt. Quæ verò Diaphoretica ſalem alkali præpollentem habent, ea operationem ſuam abſolvunt ſecundùm *Willis Pharm. rat. Part. I. Sect. V. Cap. I. p. m.* 120. quatenus horum particulæ ſali acido tum in viſceribus tum in ſanguine interdum, quem nonnihil coagulat & inſpiſſat, occurrentes, cumque eo effervescentes, idque imminuentes, proinde maſſam ſanguineam fundi ejusque ſeroſitates ſecerni, inque ſudorem exolvi faciunt: quare Fixitas & Volatilitas horum medicamentorum & ſtatus ſanguinis diverſus variat eorundem uſum.

5. DIURETICA præſtantiſſima medicamenta & in omni ferè morbo juxta *Zypæum Fund. Med. p* 504. ab initio adhibenda, vel ſpiritum renum reficiunt (unde Terebinthinâ Odor urinæ violaceus, ſicut ſulphure,

teſte

teste *Frid. Hoffmanno*, stercoris odor moschatus) officiique quasi memorem reddunt, serum urinarium copiosius à sanguine in glandulâ & tubulatâ renum substantiâ segregari faciendo, unde sale volatili partibusque sulphureis fibrillas inibi stimulant, calore humores viscidos fundunt, tenuitateque substantiæ sanguinem attenuant (ceu inde Lienosis proficua dicuntur) & colliquant; ut non sine causa in acri amaro eorum vim ponat *Grube de Arcan. Medic. p. m.* 121. vel si materia morbifica cum ipso sanguine circumferatur, copiam urinæ augent, unaque cum illa educunt, sanguinemque sic elutriant & quasi elixivant; quare duplicis generis statuuntur Diuretica, propriè & impropriè dicta. Huc referuntur etiam *Lithontriptica*, Calculum frangentia, quibus in *Miscell. Curios. German. Dec. I. Ann. sext. & sept. p.* 141. puero 11. annorum Calculum vesicæ comminutus, ut frustulatim fuerit excretus, Vid. *Charleton de Lithiasi* & *Beverovic. de Calculo*. Et horum vis spiritui salino & sali volatili potissimùm fertur accepta; sed talis horum vis, me judice, in calculis durioribus ac compactioribus, qualem aliquando vidi instar silicis durissimum, perexigua erit, minus valida etiam in friabilibus, qui tamen magis à sero medicamentoso reddito sensim depasci possunt, unde, usque dum certus athleta ad spiritum ejusmodi gorgonicum austero-figentem radicitus debellandum, patefiet, *Demulcentibus* ac *Laxantibus* plus tribuendum quàm ejusmodi lithontripticis, summis in cœlum laudibus quàm par est sublatis; hinc enim observatum, alvo forti *clystere* subducto, unà mixtionem rediisse, subsequentibus calculis, non neglectis *Semicupiis*, *Sacculis*, *Linimentis*, &c. ex nephriticis ac emollientibus paratis.

6. VERMES NECANTIA, amara potissimùm sunt, putredini resistentia, imò pleraq; *Alexipharmaca*, uti se hîc tempore Pestis An. 1668. observasse retulit aliquando *Excell. Clariss. D. D. Rotius Med. Pract. Profess. Experientissimus, Fautor summè colendus*; de quo & *Miscell. Cur. Dec. II. Ann. V.* egimus; *Emollientia* insuper, *Oleosa* hîc egregia, quatenus, ut scribit *Willis de Anim. Brutor. Part. I. Cap. 3. p. m.* 21. foraminula illorum, quæ Tracheæ sunt per totum corpus dispersæ, pulmonum vices supplentes, occluduntur, qualiter Testacea quoq;, imò & ☿ agere videntur, dum interstitia & poros obstruunt, quo minus succus eorum alimentarius circulari motusque peristalticus peragi possit. *Exc. Wedelius de Med. Facult. p. m.* 197. *Acida* etiam in Anthelminthicorum numerum refert, quia fortè similiter adstringunt & acrimoniâ, quâ texturam illorum destruere apta sunt, prædita sunt peculiari; hinc etiam *Forestus* summis laudibus deprædicat *succum granatorum* cum *Oleo olivarum* commixtum: sic quoq; magnus vermium hostis est *Hypericum*, ceu quo casei à vermibus conservantur, vel si adsint omnes procul abiguntur, de quali *Conservatione Rerum* vid. *Paracelsus*.

CAPUT XLIV.

De Qualitatibus Plantarum occultis dictis apertis.

ATque hactenus in nitido Regni Vegetabilis Palatio omnia patentia, clara & aperta se se oculis nostris exhibuerunt, sed ut vix fieri potest, quin ei, qui in Palatio Regio moratur, non etiam obscuri anguli occurrant, pariter in nostri Regni Vegetabilis Virtutum consideratione, tandem in obscura incidimus, dum post Qualitates manifestas, *Occultas* nobis *Veteres* exhibent, prout & *Excell. D. Bruno Dogm. Med. Gen. pag. m.* 701. statuit omnem facultatem medicamentosam essentialem non satis esse perspectam & posse dici occultam, provenire scil. à specificâ hujus vel illius formâ substantiali ignotâ, eorum tamen operandi modum in sanguinem & spiritus notum esse. Sed rectius dicetur Formas ejusmodi ignotas, esse accidentia conjunctivè sumpta situm, figuram magnitudinem, motum, quietem, à quibus corpora modificantur & diversas sortiuntur qualitates, unde & occultæ hæ qualitates, *Neotericis* non nisi *Inscitiæ latibula* & *Ignorantiæ asylum*, (ceu & ipse *Galenus III. de Præsag. ex puls. Cap. 5.* contra Erasistratum habet hanc sententiam, *Qui nihil sciunt ad hæc duo confugiunt vel ad nomina ignota vel ad qualitates occultas*) ac *Cartesio* ejusque sequacibus, *Greydano* inprimis *Instit. Phys. Lib. I. Tr. II. Cap. 9. p. m.* 39. secundùm rem nulla est qualitas occulta, cùm omnes oriantur ex certa materiæ dispositione, quam si resolvendo indagemus, nulla qualitatum occulta manebit, quòd verò illa indagatio non præstetur, ab incuria nostra & torpore est : Nobis ergo plurimæ sunt occultæ, in re nullæ. Cùm hoc facit *Exc. Wepferus de Cicut. p. m.* 77. qui ad principia Chymicorum materialia recurrit, quorum, quia indoles non usque ignota est, effectus manifesti, ceu à causâ perspicuâ & clarâ nullis obscuritatibus involutâ provenientes, iis adscribendi ; Vult nimirum *p. m.* 75. ab horum principiorum miscelâ diversâ, prout nimirum unum alterum copiâ superat, aut hunc vel illum situm nacta sunt, hanc vel illam figuram acquisiverunt, arctiùs vel laxiùs unita sunt, aliove modo tertium inde resultavit, quamlibet Plantam diversam virtutem obtinere, quarum quælibet, non absolutè considerata, sed ad hominem comparata, diversos effectus edit : quod nemini mirum videri debeat, cùm eadem Chymicorum solertia ex varia salinorum mistione, exaltatione & obtusione, uni subjecto diversas virtutes conciliare valeat ; Exemplum exhibet Mercurii fluidi (in quo apothecam suam quærere debere, eò quòd essentiæ & arcana

quæ

quæ in ſex metallis abſcondita latent, in ejus ſubſtantiâ reperiri poſſunt, Medicum monet *Paracelſus*) is nimirum *vivus* vacuis ventriculo & inteſtinis integer elabitur, nec per vomitum nec ſeceſſum operatur, nullamque ferè in corpore perturbationem ciet, ut loquitur *Willis Pharm. rat. Part. I. p. m.* 41. præterquam quòd obſervârit *Riolan. Senior Gener. Meth. Med. pag. m.* 67. Pharmacopœum, imprudenter eo epoto, ſanguine coagulato interiiſſe. In aqua agitatus vel decoctus, Lumbricos enecat: Cum *ſulphure* extinctus, & globulo ceræ incluſus, Ileum ferè deſperatum apud *River. Obſerv. Commun. p. m.* 287. curavit: Cum *ſalibus* verò *ſublimatus*, ventriculi & inteſtinorum tunicis pertinaciter inhæret, illas corrodit: Rurſus *cum Vivo ſublimatus*, dulceſcit & mitigatur, blandiùs, & ſecuriùs *magiſt. Jalappæ* purgat, (quia ſecundùm eundem *Excell. Wepferum cit. Tr. p. m.* 224. Jalappa inflammatoria in Canibus eſt obſervata;) vel ſi cum -∽-u ⦶tri ⩧tus alcali ſalis ♀ri (vid. *Theophr. de Mort. Rer. p.* 94.) corroſivum dometur, ▽âque albuminis ovorum & 🜈 omne acre auferatur, habebitur *☿rius corollatus ſecretior*, Arcanum corallinum *Helmontii* ſupplens, ſingulare in *lue Venereâ* pellendâ remedium, uti obſervatione *Cauſæ & Init. Nat.* §. 46. *pag. m.* 39. adductâ conſtat, imò ut idem *Tract. Vita æterna p. m.* 743. ſanctè teſtatur, ſi ſuper ejus vivi fervidi in Xbulo ℥ *viij. quarta pars grani* tincturæ auriferæ croceæ ponderoſæ micantis (ſec. *Thurneiſerum* inſuper friabilis inſtar cretæ, ſaporis acris adſtringentis penetrantis in corpus univerſum ſi linguâ fricetur, odore rad. Ireos florent: virtutis renovativæ) projiciatur, ☉ *puriſſimi* ℥ *viij. granis undecim:* minus reperiuntur: prout ex ingenuâ confeſſione *Agrippæ* ad *Landulphum Epiſt. X.* conſtat eum Chryſopœam cum ſociis Avenione exercuiſſe, non ſine libertatis apud Principes periculo, & idem *Phil. occult. Lib. I. Cap.* 14. *p.* 23. teſtatur ſe ☉ facere noſſe & aliquando vidiſſe, etſi illic fateatur ſe non plus auri fabricato potuiſſe, niſi quantum erat illud auri pondus, de quo ſpiritum extraxit, poſſibile tamen eſſe alio artificio, ultra menſuram auri, imperfectum corpus in perfectum permutare; nimirum ut eleganter *Flamellus in Annotat.* ſuper *Treviſan.* habet, Metallum in minerâ ſuâ conſiſtens eſt ☿, à quo ſi granum ſeparatur, ut pomum erit immaturum ab arbore ſuâ deſumptum quod prorſus deſtruitur, granum fixum eſt velut pomum & ☿ arbor, non eſt igitur ſeparandus ab arbore fructus, quia non poteſt aliunde nutrimentum accipere (conſule *Lumen Mercuriale* cujuſdam Adepti Candidi) quàm à ſuo ☿rio: major eſt fatuitas in ☿ ponere ☉ & ☽ non ſecus ac diſcerptum pomum arbori rurſum infigere; Ut igitur negotium hoc adimpleatur ex æquo; ſumenda ſimul arbor cum ſuo fructu, quo denuò plantetur citra fructûs ablationem in fertiliorem terram atque nobiliorem, quæ plus nutrimenti dabit unico die quàm prior ager in centum annis exhibuiſſet ob ventorum aſſiduam agitationem. Atque hæc, ut in aliis

analogiæ trium Regnorum ſtudioſi,de hac auriferâ arte, occaſione ☿rii adducere placuit, non ſaltem horum ſed & aliorum virorum conatum ſummè extollentes, dum incremento Medicinæ unicè invigilant, ſemperque altiùs illam ſubvehere ac provehere annituntur, naturæ arcana ſtudiosè rimantur, felices ſe reputantes, poſſe rerum cognoſcere cauſas, monito *Senecæ Lib. I. Epiſt.* 103. *p. m.* 821. Inter *ſtudia verſandum eſt & inter auctores ſapientiæ, ut quæſita diſcamus, nondum inventa quæramus, ſic eximendus animus ex miſerrima ſervitute in libertatem.* Quare etiam dum *Spigelius Iſag. in Rem herb. Lib. II. Cap.* 5. *p. m.* 153. Vegetabilia *occultâ qualitate agentia* dividit in *Evacuantia* & *Alterantia*, quorum nomine (præter *Venena* de quibus infra) *Alexipharmaca* & *Appropriata* (*ſpecifica* etiam dicta) membrum determinatum occultâ virtute afficientia & roborantia intelligit, *Neoterici* hæc è tenebris in apertam lucem, velut ſol oriens nebulam diſſipat ac fugat, proferre ac dilucidare intendunt, dum ad certam unicujuſque plantæ configurationem, Corpuſcularis Philoſophiæ tripodem, ſpiritus, ſalia, ſulphura concurrunt, pro quarum multiplici inter ſe combinatione, exaltatione vel depreſſione modificationeque ſummè variabili corpus humanum ejusque partes aut irritantur aut confortantur. Solent autem *Evacuantia* dividi in ea, quæ tum è *toto corpore*, tum ex *parte tantùm* humores vitioſos evacuant: Quæ è *toto ferè corpore*, inquit *Spigelius*, evacuant humores bilioſos, melancholicos, pituitoſos, ſeroſos, *purgare* dicuntur: Purgant autem alia per *vomitum*, alia per *alvi dejectionem*: Quæ *ex peculiari aliquâ parte* evacuant, veluti ex Cerebro per palatum, vocantur *Apophlegmatiſmi*; per nares, *Errhina*, *Sternutatoria*. Et hæc omnia ſi probè conſiderentur, ardor rerum naturalium cauſas inveſtigandi inſtiget, dubium nullum, quin diligenti attentione, ſedulâ inveſtigatione, Corporum inprimis reſectione (quæ *totius Medicinæ verus eſt oculus, fidiſſimus clavus & tutiſſima pyxis nautica*, uti eleganter *Exc. Car Drelincurtius Panegyr. Microcoſm. p. m.* 7.) clarè & diſtinctè tandem intellectui innoteſcent. quò in Praxi eò tutiùs & clariùs ea in uſum trahere poſſit, velut *Paracelſus* in Medico requirit, ut ex ſemet ipſo multò plura quam ex ægroto intelligat ſciatque: Quare hac in re pro viribus dilucidandâ, tria notabimus.

1. Canonem illum Philoſophicum, quem habet *Stannarius Syſt. Regul. Philoſ. pag m.* 214. *Recipiens recipit non per modum imprimentis, ſed per modum receptivitatis ſuæ*, omne nimirum id, quod à nobis intro aſſumitur, per modum recipientis recipi: unde ſæpius Vegetabilium aſſumptorum contrarii effectus & unius ejusdemque hoc tempore talis, alio verò aliena vel diverſa operatio, ut ſæpius obſervatum.

2. Actionem & transmutationem Vegetabilium potiſſimùm à calore vitali & fermentis noſtris ſpecificis peragi, prout inquit *Helmontius Imago*

Ferm.

Ferm. §. 26. p. m. 71. Unum panis ab homine, cane, equo, vaccâ, ave, pisce, adeoque distinctis conteritur totidem fermentis specificis ac acidis. Hinc namque dum hominem secamus & eviſceramus, alius odor nares ferit, quàm si canem, alius si felem, alius si porcum &c. dum spirituum non ſaltem & humorum ſed & ipſarum partium craſis & mechanica configuratio variè diſpoſita variantibus quoque ſalinis effluviis expanſum narium nerveum variè afficit; imò hæc ipſa fermenta ſpecifica humana, in ipſis hominibus mirè interdum quoad variam temperamentorum diatheſin variant, quòd imprimis Medici eſt inveſtigare, quamvis ſit difficillimum, ut etiam *Galenus Meth. Med. Libr. II. Cap. 7. p. m. 153.* ſi cujuſque privatim naturam explorare ad unguem ſciret, utique qualem fuiſſe Æſculapium mente concipit, talem ſe eſſe putaret. Dum autem immutatio Vegetabilium contingit, intelligenda eſt talis quæ eorum ſpecificam craſin non deſtruat vel penitus immutet, ſed potius decenter eliciat & ad ritè operandum exuſcitet, idque pro vegetabilis conſtitutione & habitudine ad ipſum agens ſeu exuſcitatorem ſpiritum: hinc enim illuſtris *Boyle de Specif. Remed. cum Philoſ. corpuſc. concord.* apertè exemplo rhabarbari, pyrorum variegatorum Americæ, allii à vaccis comeſti aliorumque demonſtrat talium ſpecificorum vim à ventriculo non deſtrui, præſertim cum pauciſſima & minutiſſima corpuſcula ſufficiant ad producendum effectum.

3. Eſſe quid Virtutis in omnibus Vegetabilibus ſimplicibus, quod ex ſeminali ſuâ ratione, intimâque corpuſculorum componentium ſubtiliſſimâ modificatione, maximè ſpiritûs vegetabilis inſigillatione, in ſpiritum noſtrum, Calorem nativum, agat, & quamvis ſint Vegetabilia, quæ unum eundemque ſaporem præ ſe ferre videntur, tamen ſingulis adhuc ſpecificum ſaporem, qui proprietatem docere debet, ineſſe, cum *Helmontio* & aliis, ſtatuendum; Eſt nempe, ait *Helmontius Pharmacop. §. 16. p. m. 284.* præter acuitatem *Cinnamomo* peculiaris gratia in ſapore, quam in ullo vix præterea ſimplici reperias: ſic *Gentiana, Enula campana &c.* præter communes amarores, ſpecificum ſaporem habent, qui ſubter regulas, ob ſingularitatem propriam quorumcunque ſimplicium redigi nequit, ſoluſque proprietatum ſingularum eſt accuſator ut & diſtinctor. Unde dicendum, illa, prout ſpiritus noſter ab illis tanquam objectis excitatus ſe ad cujuslibet ſeminalem rationem, tanquam objectum, conformat, ſaltem hos & non alios producere effectus, niſi ab aliquo impediantur: quare & merito deteſtantur ſimplicium multorum & heterogeneorum commiſtiones, eò quod admixtione alius ſaporis ad odorem ſanativum, qui nimirum hunc ſupprimat, palliet, in ſe convertat vel ſimul ex utroque neutrum ſuſcitet, vis ſpecifica ſanativa aboleatur. Exinde nimirum eſt quod *Radix Pæoniæ maris, Viſcum quercinum, Sambuci frutex* è ſalice enaſcens, *Valeriana* itidem, Epilepſiam extirpent,

pent, *Lilium convallium*, *Primula veris* Apoplexiam & Paralysin, *Melissa & Helleborus niger* melancholiam abigant, *Verbena* cephalalgiam, *Serpillum, Thymus* catarrhos sanent, *Taraxacon, Euphrasia* visum acuant, *Cepa* verò & *Turunda ex raphano rusticano* auditum, *Majorana*, *Mentha* olfactum, *succus millefolii* hæmorrhagiam narium sedet, *Hyoscyamus, Lapathi radix* odontalgiam, *Erysimum* raucedinem, *Hedera terrestris* Empyema, *Jujuba, Viola* tussim, *Veronica*, *Prunella*, *Sanicula*, *Bellis*, *Urtica*, phthisin & hæmoptysin sanent, *Papaver rhœas, Cardui* pleuritidem, *Dracunculus major* Cancrum, *Fragaria, Crocus, Marrubium* Icterum, *Aqua vitis* Picam, *Zedoaria* apepsiam abigant, *Bacca Sambuci* dysenteriam, *Essentia persicaria & nasturcina* obstructiones mesenterii, *Digitalis, Melissophylum, Cupressus* Strumas, *Tamariscus, Filix, Polypodium* lepræ seminaria tollant, *Pinus* scorbutum, *Herniaria, Pila cynosbati* nephritidem, *Agrimonia* mictum cruentum, *Linaria* hæmorrhoides, *Verbascum* tympanitidem, *Vincetoxicum, Petroselinum*, Hydropem, *Juniperus* Anasarcam, *Terebinthina*, *Colocynthis* Gonorrhæam simplicem & virulentam superent eorumque caracteres morbificos penitus deleant & eradicent, quod qualiter fiat, laudatus *Boyle* docet, nimirum in morbis chronicis si quid discutiendum, specifica operari instar menstruorum, figura & soliditate viscidum illud morbosum dissolvendo; alia verò destruendo acidum plurimorum morborum causam; alia præcipitando materiam peccantem; alia peculiari facultate corroborando; alia producendo in massâ sanguineâ eam dispositionem quâ natura possit corrigere & expellere causam morbificam; alia denique uniendo se se cum materiâ peccante, dum non necessum ut semper expellatur, si modò corrigatur & alteretur debitè.

CAPUT XLV.

De Purgantibus & Vomitoriis.

QUare & ex detectis Occultarum qualitatum viribus Operationes Purgantium Vegetabilium, quæ *Veteres electivè attrahere* statuerunt, peragi sentiunt *Neotericorum* plurimi *acrimoniâ*, quâ pollent, *saliná* magis vel minus volatili cum sulphure combinatâ, cujus ope non tantùm Ventriculi ac Intestinorum fibras, earumque incolas spiritus (ceu qui per se sæpius partes heterogeneas è massâ sanguineâ separatas per alvum exturbant) ac glandulas irritant, ac serositates ex iis quasi emulgent, sed & totum sanguinem confusione suâ nunc levius, nunc fortius exagitant, inque effervescentiam expurgativam concitant, quæ, adscito mox cordis pulsu citatiori, nonnunquam etiam torminibus, non priùs sedatur, quàm corpuscula quæque

que heterogenea foràs eliminentur, expulsis unà serosi humoris, quo miscentur, quadam portione aliisque interdum sanguinis recrementis, biliosis *v.g.* ab hepate, serosis à pancreate & glandulis intestinalibus potissimùm in intestina depositis, quâ de re *Pechlinus, Graef, Peyerus*, ille quidem *Exercit. de Purgant.* iste de *succo Pancreat.* hic *de Gland. Intestinorum.* Ex quo patet nullam hic esse electionem, etsi aliàs haud negandum sit, purgans aliquod ob figuram, magnitudinem &c. suorum corpusculorum in hunc vel illum humorum magis agere posse, imò etiam cum poris quorundam viscerum quæ cum sanguine alluunt, magis vel minus consentire, vel potius mitius aut fortius aculeis suis ferire. Quare & nonnullorum Modernorum Practicorum consilio, Purgantia in tanta æstimatione non sunt habenda, imò *Helmontius Tr. Respondet Author* §. 6. *p. m.* 323. *Rem*, inquit, *sim coràm Deo, si non prorsus persuadeam, omnino à laxativis abstinendum*; fortè quia *Galenus de Vict. rat. in morb. acut. Comment. II. p. m.* 105. ait: *Purgantium omnium medicamentorum natura, corporum quæ expurgantur naturis contraria est, atque ut quispiam dixerit, lethalis & deleteria, id est, pestilens*: Ob hanc ergo rationem statuunt, Purgantia substantiales liquores, hesternum simul cremorem sanguificationi destinatum, instar torrentis abradere, spiritus animales fugare, Glandularum intestinalium fermentum ac vigorem adeo sæpe destruere, aut eo usque exhaurire, ut deinceps neque chylificatio, neque fecum alvinarum excretio, prout par esset, ex voto succedat, præterea massam sanguineam sero aut plurimum utili atque nutritio, sed vi pharmaci corrupto (ad quod hinc impediendum perplacet nobis usualeque est solutionem succini purgantibus admiscere) maximè defraudare, in crasi suâ, quam prius obtinebat, sæpe deteriorem evadere, prout historia comprobat apud *Excell. Wepfer. de Cicut. p. m.* 264. & seq. imò corpus nostrum in liquamen putidum ferè converti, prout itidem experimento facto in *Illustriss. Polono Comite Varsaviæ*, & sex sanis satellitibus, Purgante Comitis usuali eadem dejectionum liquamina monstrantibus, vidit *Cnöphelius*; sic namque ipse *Galenus de loc affect. p. m.* 55. agnovit & observavit purgantia disponere intestina ad fluxiones alimentorumque corruptiones ipseque *Hippocrates de Purgant. Oper. Tom. I. pag. m.* 609. ut & *Willis Pharm rat. Part. I. p. m.* 35. Unde etiam nonnulli Practici haud contemnendi in compluribus affectibus ad alios evacuandi modos concurrunt, *Diaphoretica, Diuretica* item, *Aperitiva, Anodyna* aliaque (vel Empiricorum exemplo) *Specifica*. Placeat hic egregia *Galeni* decisio *Loc. supra cit. Ut autem succi papaveris, mandragoræq; & hyosciami, atque aliorum hujusmodi multorum quæ nobis & substantiâ & viribus adversa, corpus perimere apta nata sunt, portionem exiguam adsumentes, magnam percipimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris adversa est, exiguam aliquam partem*

 præ-

præcidentes, *ad suppetias ferendas utimur*, hinc & olim *Georgius am & vom Wald*, ut ex ejus literis transmissis perspexi, juxta Panacæam suam ☉ suasit purgans saporis absynthiaci vel salviati ex *Fol. senn.* ℥ *vj. Absynth.* (*vel Salv.*) *Meliss.* aut *menth. rad. helen. aa.* ℥ *ij. Ling. cervin.* ℥ *j.* Infusis nodulo in Vini *Mens j.*

Motui Purgantium Vegetabilium, qui deorsum vergit, contrarius est motus *Vomitoriorm* qui sursum, majori cum nisu, totiusque corporis & humorum agitatione, quod nemo mirabitur, si perpendat vias, partes, humores excernendos, vicina viscera tam ad latus quàm supernè, eorumque connexionem, unde hoc negotium expeditur, hinc & fit, ut quidam Vomitoria multùm culpent, ut inprimis est *Riolanus Junior Enchirid. Anatom. Lib. IV. Cap.* 24. *p. m.* 132. qui neminem tam absurdum fore judicat, *ut ex ollâ coquinaria faciat matulam*; Taceo hîc, quòd ex consueto vomitu tandem Ileus morbus obortus fuerit: Contrà alii ut *Rulandus, Hartmannus, Riverius* &c. pertinacissimos morbos, prout idem Empiricis & Agyrtis nonnunquam feliciter succedit, curârunt, dum humores morbificos liquefactos & in ventriculo fluctuantes è corpore expulerunt, spiritusque ab iis liberarunt, quo postea eò melius circulari, moveri & rectificari potuerint, hincque serenissima quies corpori induci. Quare hîc, prout circa Purgantia, nec in excessu, nec in defectu peccandum judico, unde Vomitoria blanda non increpo, certus cum *Prosp. Alpino*, dari quosdam morbos, qui, nisi Vomitoriis res expediatur, multùm facessant negotii & vix alio modo eradicari possint, ceu *Vertiginis, Febrium intermittentium & continuarum malignarum* exemplo hoc utilissimè patet, imò & quendam pro *phthisico* habitum & ab omnibus ferè, ut refert, Basileensibus & Scaphusianis Medicis prognostico relictum Vomitorio curatum esse αὐτόπτης refert *Sala in Hemetolog. Curat. XV.* in qua circumstantias hîc observandas optimè monet. Modus autem operandi Vomitoriorum *sec. Veteres* est electivus, occultus: sed *sec. Neotoricos*, ut Purgantium, est irritativus, dum Vomitoria quàm citò sunt assumpta statim vellicant fibras, inque spasmos excretorios cient particulis suis aculeatis, acribus, vaporosis, incongruis, unde spiritibus copiosius irruentibus pylorus contrahitur ad expulsionem hujus hostis per superius orificium, quod laxatur; ut ut in Cane dissecto, cui vomitorium prius exhibitum erat, minus observari possit ejusmodi contractio, ceu tale experimentum ad nos perscripsit *Excell. Cl. D. Chirac M.D. Monspeliensis*, Amicus honorandus, de quo in *Dec. II. Ann. IV. Miscell. Curios.* Hanc verò acrimoniam salino sulphuream meritò statuunt esse volatiliorem, in Purgantibus autem fixiorem, de quo vid. *Pechlinus Exercit. de Purgant. p. m.* 213. *Sylvius Meth. Med. Lib. III. Cap. X. p. m.* 105. maximè *Excell. D. D. Wedelius Amænit. Mat. Med. Lib. II. Sect. I. Cap. VII. p. m.* 286. ubi apertè in ♁ sistit

ſiſtit ejusmodi volatilitatem evaporabilem, cujus nimirum ♀ φλογιςὸν cum partibus ⊖nis △bus ☿libus abigitur ope explodentis ⓘ, quo facto omnis vis emetica emoritur, remanentibus partibus fixioribus, in quæ tamen dum intra corpus acidum volatile ipſi combinatur, ſæpius poſt morbum expulſum noviter corpus offendit, quare melius erit hoc dulcificantibus abſorbentibus aliis permixtum exhibere.

CAPUT XLVI.

De Apophlegmatiſantibus, Errhinis & Sternutatoriis.

EX *Evacuantibus è parte tantùm* (in quorum numerum Vomitoria commodè etiam referri poſſent) primùm ſe offerunt *Apophlegmatiſantia* & *Maſticatoria* (illa quidem in formâ liquidâ hæc ſolidâ) ita dicta ab *effectu*, quòd Cerebrum, parteſque vicinas per glandulas in labiis & faucibus infinitas, miliares & majores, mille poris in os hiantes, ac ductus ſalivales evacuent in os, proliciendo ſerum, dum particulis ⊖nis △libus acribus aperiunt repagula & dilatant poros, fundunt, liquant & incidunt humores pituitoſos circa fauces reſtitantes nervosque etiam, juxta nonnullos, exiccant, eos humiditate ſuâ ſpirituosâ & unctuosâ privando, vel excrementitiâ liberando, unde in ſurditate, oculorum affectibus utilia. Succedunt his *Errhina* & *Sternutatoria*: *illa* quidem ſeu liquida ſeu mollia ſeu ſolida ſint per nares attracta, ſordes circa corpora ſpongioſa ſubſiſtentes, attenuant atque detergent, imò ſi opus, demulcent, ſicque anguſtiam narium, ab ejusmodi muco inductam tollunt, *hæc* verò ſuâ acrimoniâ narium tunicas à meningibus derivatas vehementer commovent, irritant, ut etiam contractâ cerebri ſubſtantiâ ſpiritibusque in nervos paris vagi exploſis diaphragma & muſculi thoracis contrahantur, quo ſic (maximè decenter & tempeſtivè, ſecus ac fert mos vulgaris, uſurpata) cum ſternutatione etiam ſordes capitis eliminentur; ſic namque non ſolùm glandulaſas narium partes penetrant ac tenuitate ſua ſalinisque ſpiculis viſcidioris humoris ſecretionem & excretionem promovent, ſed & ipſorum etiam cerebri ventriculorum contenta agitant & evocant *ſec VI. S.* 10. *Hippocr.* ceu & diuturnam cœcitatem Centurionis Batteville plenè ſublatam fuiſſe ptarmico ☿riali ad granum j. per nares quotidie aſſumpto ex ore *Boylei Thomæ Bartholino* retulit *Ol. Borrichius Epiſt XCII. Cent. IV.* Quò facit elegans *Elæoſaccharum ptarmicum Exc. D. Screta*: ℞ *Sacch. cand. alb. Rad. piperit. ſiccat, ſingulorum* ℥ iij. *Balſam. apoplect. optim.* ℈ j. *Ol.* ♌ *thym.*

thym. amarac. aa. ʒ ß. Ms. F. Pulv. *ſubtil* qui in vitro optimè clauſo ſervandus, item ſeq. *Pulvis ſternutatorius* pro Illuſtr. quodam Principe, ℞. *Fol. nicotian. majoran. aa.* ℥ j. *Fl. lavend.* ℈ ß. *Balſ. apoplect. gr. v. Ol lign. rhod. gr. v. Ambr. griſ. Moſch. aa. gr. iiij.* F. *pulv.* *Tinctura* item *ptarmica à Kozach* quo laudatus *D. Screta* præmiſſo purgante ex ☿ *dulc.* & *extr. cathol.* ſatis antiquas & pertinaces cephalæas ſe curaſſe teſtatur *Tr. de Febr. Caſtr. p. m.* 215: ℞. *Rad. helleb. alb.* ℥ j. *pyrethr. Amarac. floriſ. ſiccat. aa.* ℥ ß. *Sp. vini q. ſ.* ad eminent. 3. digit. F. Infuſ. in loco tepido, filtretur, pennaque ei immerſa naribus illinatur. Sic & non ſaltem ⏝ ☓ ⊡ ſus naribus admotus fortiter exuſcitat, ſed & turundæ ei immerſæ naribus inditæ blennam & aquam eliciunt, multùm inde levato cerebro.

CAPUT XLVII.
De Vegetabilibus Alexipharmacis.

ET hæc de *Evacuantibus*, quæ *Veteres occultâ* ſtatuerunt agere *qualitate*, ſequitur alterum horum genus, nimirum *Alterantia*, quorum nomine præter Venena (de quibus infra) tum *Alexipharmaca*, tum *Alterantia* comprehendunt. *Alexipharmaca* ceu remedia occultâ vi agentia aſſignant morbis occultis, malignis, ipſis ſcilicet ignotis, ac Venenis, quorum unicuique ſingulare ac ſpeciale antidotum eſt oppoſitum, cujus rationem agendi ignotam & intellectui humano occultam venditant: Verùm, ſicut in prioribus, ita & in hisce *Neoterici* claram & diſtinctam cognitionem horum adipiſci conantur & cum *Helmontio*, qui veram methodum illuminationis intellectûs humani ſe oſtendiſſe gloriatur, non pauci illorum ſtatuunt, cauſam morborum malignorum & qui à Venenis inducuntur eſſe exorbitantem aliquam & exoticam ideam ſpiritibus impreſſam, aut fermentum nocivum, ſtatim humanum fermentum exolvens, ſpiritumque inquinans, indeque Medicum ex Indicatione Curatoriâ, ſpecifico aliquo particulari vel univerſali remedio, ejusmodi ideam delere ac fermentum malignum compeſcere debere. Quare & non abſurdè *Doctiſſ. Beccherus Phyſ. ſubterr. Libr. I. Sect. III. Cap. 4. p. m.* 186. ex *ſale* ſuo *cæleſti*, quo egregia præſtit, colligit, dari corpuſcula quæ peſtiferis corpuſculis toto cœlo contraria ſint, & quibus peſtis illico expellatur, indeque quamlibet corporis partem & partium facultatem certi generis corpuſcula requirere, quibus nutritur & contrariis offenditur, adeò ut minimam mutationem in his ex templo ſentiat. Unde meritò *Excell. Wedelius de Medic. Fac. Lib. II. Sect. II. Cap. I. pag. m.* 163. quia Venena non tam occultis quam manifeſtis agunt qualitatibus, dum

ſeri

ſeri & ſanguinis σύγκρασιν & intimam miſcelam impugnant, ſeu reſolutionem ſanguinis magis vel minus violentam impugnant, indeque etiam genus nervoſum, (niſi fortè aliquando hoc primitus infeſtatur, de quo in *Regno Animali*) inquietant, ſtatuit Alexipharmaca triplicis generis: 1. *Putredini reſiſtentia* & ſulphur ſanguinis ſeu partes ejusdem oleoſas, ſartas, tectas ſervantia, ne vappeſcat, idque tum *intendendo* & vegetando per *amara, aromatica, oleoſa, balſamica, acria, volatilia*: tum *concentrando* & penetrando unà, uti *Acida*. 2. Ichoreſcentiam ſeu reſolutionem ac rarefactionem nimiam impedientia, ſive ſint *adſtringentia*, auſteriuſcula, ſive *mucilaginoſa* ſive *terrea*, abſorbentia & fermentum reſolutivum *præcipitantia* ſive *acida* ſive *Opiata*, unde in malignarum principiis & aliis affectibus elegans eſt *Tinctura D. Ludovici Pharmac. p. m. 669.* parata ex *Opio Aq. apopl.* & *Spir. Vitrioli Philoſ.* quam plus præſtare ſcribit quam integram remediorum vulgò opponendorum phalangem id quod etiam experientiâ ſuâ comprobat *Ettmyllerus Comment. Ludovic. Tit. VII. p. m. 72. & p. 82.* 3. *Serum ejusque motum promoventia* & coagulationem & incoctionem impedientia, augentia & reficientia, diluentiaque, prout nimirum variat maſſæ ſanguineæ vel ad fuſionem vel coagulationem craſis, quâ de re accuratiſſimè agit *Charleton Exercit. Pathol. X. §. 27. p. 178.* Dum verò Venena acrimoniâ ſuâ & aculeis membranam nerveam ventriculi feriunt, vellicant, ſicque ſpiritus exagitantur, inquinantur, *Archæus Helmontii* furibundus redditur, *Præſes ſyſtematis nervoſi Exc. Wepferi* in iram provocatur, *Microcoſmeter*, *Gaſteranax Exc. Dolæi* laceſſitur, exaſperatur, quatit, tremit, convulſiones ſubinde ſuperveniunt, inprimis etiam cor (*Cardimelech* ejusdem) in conſenſum rapitur, addenda inprimis *Temperantia, refrigerantia*; acrimoniam infringentia, acorem corroſivum obtundentia; aculeos inviſcantia, irritatum ac exaſperatum ventriculum demulcentia, ſpiritus à tumultibus avertentia; *Antiſpaſmodica*, præmiſſo inprimis mox ab initio *Vomitorio*, quod ſubſequi poteſt *Alexipharmacum*, vel *univerſale*, quod bonitate eminenti, aut omnem ſpirituum turbationem ſolvat, aut venenum transmutet, aut è corpore diſſipat, qualia ſtatuuntur *Mithridatium Democr. Theriaca Androm.* (exagitata ſcilicet ob ignotam venenorum particularium operandi vim) *cæleſtia* &c. quæ virtute pollent ſaturandi, præcipitandi, agitandi, ſudores movendi, inviſcandi, calefaciendi, vel *particulare* qualia uni certo Veneno oppoſita ſtatuuntur, quæ ſingularem ſpirituum turbationem à certo veneno inductam extinguunt ac miaſma ejus evacuant.

CAPUT XLVIII.

De Remediis Splanchnicis seu Adpropriatis.

ALterantia quod attinet, qualia dicuntur *Veteribus* remedia cuipiam membro principaliori *appropriata*, oculto modo illud confortantia ac respicientia, ea quidam Neotericorum ut *Paulus Ammanus Paranes. ad Discent. p.m.* 453. omnimodè rejiciunt, eò quod in medicamentis nulla sit electio, quâ instructa ad partes determinatas ire ac redire possint, nec possit Medicus dicere: *Vade tu ad hunc locum, vade ad talem*; De his quoque adpropriatis *Theophr. Chirurg. Magn. p.m.*191. judicat, quòd se habeant ut stellæ minores ad solem, qui ut illustrat universum, ita totum corpus medicina universalis, remedia verò nullis certis partibus esse destinata, haud secus ac solis forma calor & splendor dividi nequit, scilicet quid in homine & terrâ sit particulare sciri nequit, nisi prius è macrocosmo argumentum desumatur. Quod tamen mitigari potest, dicendo, non esse omnium æqualem recipiendi modum, quarundam Plantarum particulas cum quibusdam membris magis, cum aliis minùs convenire; vel juxta laudatum *Theophrastum*, quamlibet partem suum directorem ab astris habere, nihilque in Medicinâ operari quod à cœlo non dirigatur (de quo & *Excell. p. m. Megerlinus in Compend. Astrolog. MS.*) Hinc etiam Neotericorum alii ea admittunt, sed secus ac Veteres, qui eadem sæpiùs sub fide primi Scriptoris scribunt, rem magis dilucidare annituntur, hinc enim statuit *Willisius Pharmac. Rat. Part. II. Sect. II. Cap. 2. p. m.* 157. omnia ejusmodi remedia *splanchnica* dicta primò in sanguinem operari, ejusque partes constitutivas in effervescentiam quandam incitare, adeoque comminuere, dividere & huc illuc rapidius adigere, ut effluvia vaporosa in *habitum corporis*, recremensa serosa in *renes*, biliosa in *hepar*, atrabilaria in *lienem* (vel etiam si nimis abundet in *Capsulas atrabilarias*, nisi hæ heterogeneum lymphæ chylosæ quod vasa lactea ingressum erat particulariter velut glandulæ intestinales ope forsan deviantium quorundam, vasorum certorum mox recipiant, in iis enim in diversis canibus succum expressione lacteum consistentiæ nonnihil crassioris videre licuit; in aliis turbidum magis cum variis intus asperitatibus, adeò ut conglomeratarum glandularum numero eæ videantur inserendæ: vena ex alterâ parte, quâ spinam spectant, earum substantiam ingressa est, sed absque divisione mox ductum suum prolongare visitur) aliaque in alia emissaria quibusque adaptata sine impedimento aut adhæsione secludantur, particulæ inprimis recrementis intra viscus illud secernendis

nendis magis affines, & proinde associatæ, unà cum ipsis illuc ferantur; Et hoc maximè quia omnes ferè morbi dependent à perturbatâ sanguinis mixtione, unde particulæ in venis stationem suam relinquunt & tumultuarios excitant motus vel extra vasa partibus adhærescunt & viscerum poros obstruunt: Quare & *Excell. Waldschmidius Fundam. Med. p.* 186. Operationem medicamentorum quæ certi cuidam parti appropriata dicuntur explicat tum à porum explicabili quadam similitudine, quæ in medicamento & parte corporis reperitur, cujus ratione poros obstructos reserant, coarctos dilatant vel etiam nimis patulos modicè constringunt, tum & à congenere materiâ subtili quam parti inferunt, quæque illam ordinariò permeat, unde eò versùs potius movetur idem medicamentum ubi minorem reperit resistentiam. Et certè, si cujuslibet membri constitutio, tum quoad esse suum, tum quoad operari, dependet potissimum à spiritibus ac materiæ & particularum decenti dispositione, etiam ejusmodi remedia *splanchnica*, cum illo membro habebunt vel in constitutione spirituali vel materiali aliquam similitudinem; in spirituali quidem, dum spiritum membri vel confortant vel exuscitant vel ferocientem placant; materiali verò, quatenus impedimenta omnia removent, unde particularum immutatio aut laxitas oboriri posset, nutrimentum ejus ritè disponunt, ut sic membri actio, usus & officium feliciùs peragi possint. Quicquid sit candida certè est in Praxi admonitio *Excellentiss. D. D. Clauderi Tract. de Balsam. Cap.* 7. *p. m.* 210. non semper hodie respiciendum esse ad hoc vel illud viscus in specie sed inquirendum diligenter esse, num ratione causæ morbificæ tollendæ prosint atque indicentur *medicamenta diaphoretica, diuretica, purificantia, præcipitantia, roborantia*; quibus adhibitis simul medemur *Capiti, Hepati, Renibus, aliisq; partibus*. Ejusmodi autem Appropriata Remedia Vegetabilia, prout jam supra innuimus, dividuntur in *Cephalica, Ophtalmica, Otica, Cardiaca, Pneumonica, Stomachica, Hepatica, Splenetica, Nephritica, Hysterica, Arthritica.*

1. CEPHALICA, ita dicuntur, quòd cerebri & nervorum fibrillas, maximè in iis inhabitantem spiritum tam insitum quàm influentem conservent, corroborent, incitent aut etiam æstuantem ad quietem deducant, sicque varios morbos hinc exortos è sacra hac Palladis arce expugnent, sic namque *Antapoplectica* agunt partibus tenuibus & volatilibus spiritibus animalibus majorem motum imprimentibus, porosque cerebri referantibus, quo coagulum lymphæ tollatur grumique sanguinis resolvantur: *Antepileptica* verò acrimoniam spiritibus & materiæ eorum impressam vellicantemque corrigunt, quo placidè in nervorum poros sine interturbatione influant.

2. OPHTHALMICA oculos respiciunt, humores eorum limpidos & spiritus confortant ac quasi congregant, eos blandè solantur, vigorant, tenebricosum

bricosum quidvis arcent aliaque obstacula amovent, quo conus visorius decenter retinam tunicam pulset & pulsio ulterius communicari possit.

3. OTICA auribus succurrunt, noxia amovent, coagulum lymphæ solvunt, auditum confortant cum spirituum incitatione, ac maximè etiam cerumen petrificatum spissum in meatu dissolvunt, extergent auresque sic mundificant, ut sonus ritè appellere possit.

4. CARDIACA tenuibus & volatilibus particulis sanguinem & Cordis, (quod nonnullis haud ineptè *Valvula musculosa Oceani Microcosmici*, structuræ ad instar coni papyracei convoluti, dicitur) spiritus confortant vel commovendo, incitando, vel contra demulcendo vel placando; suntque potissimùm odorata & suavia, etiam acidula spiritus firmantia, maximè verò secundùm quosdam de principio nitro salino participantia, vel etiam austerum coagulum demendo *præcipitantia*.

5. PNEUMONICA pulmones confortant vel cum quadam spirituum commotione ac exuscitatione vel placidâ quiete, respirationem & exscreationem facilitant, particulis suis aromaticis & volatilioribus cum massâ sang. ad pulmones delata, inibi stagnantem lympham attenuant, & vel vasis ordinariis tradunt vel ad asperam arteriam proscribunt, atque etiam exasperatas bronchiorum vias leniunt, unde tum *Bechica* dicuntur, præsertim dum humorem tenuem salinum acrem vel in pulmonibus existentem tum etiam ex sanguine & glandulis extillantem incrassant, quo à contractis bronchiorum ramulis fibrosis meliùs protrudi possit.

6. STOMACHICA, Ventriculi fermentum spirituosum volatile acidiusculum è glandulis ipsius maximè eructatum restituunt, spiritus languentes exuscitant, fermentum exasperatum aut fixius corrigunt, ac ciborum volatilisationem promovent, materiarum morbificarum, inprimis arthritidis, radicem & ramos magnâ ex parte amputant, sordes tum intra ejus cavitatem collectas tum extra illi adhærentes abstergunt, ac etiam spiritus in eo tumultuantes nonnunquam placant, sive tumultuatio hæc vel subversio fit aut cum nimiâ ventriculi conclusione aut nimiâ reseratione.

7. HEPATICA hepatis vel intemperiem calidam corrigunt aut maximè sanguinem fervidiorem temperant, vel intemperiem frigidam aut spiritus in eo languentes excitant & confortant, inprimis etiam ejus obstructiones incidentibus & abstergentibus particulis solvunt, acidum destruunt ac tonum, id est, fibras & parietes roborant.

8. SPLENETICA lienis vel spiritum tumultuantem placant, aut fermentum in eo nimis incitatum compescunt, vel idem languens excitant, spiritibusque vigorem addunt ac obstructiones in ejus glandulosis vesiculis (insufflatâ enim vena plenica lien instar pulmonum expanditur) natas potenter aperiunt, sanguinemque fixiorem volatilisant.

9 NEPHRI-

9. NEPHRITICA potissimùm urinam sabulosam ac calculos in renibus exortos propellunt, seri acrimoniam corrigunt, renum siccitatem leniunt, sal illud rubrum seu tartarum cinnabarinum urinæ evanescere faciunt.

10. HYSTERICA uterum (qui, ut habet ex Platone *Galen. de Loc. affect. Lib. VI. p. m. 365.* est animal prolem generare cupiens) corroborant in ejus actionibus, conceptione nimirum, fœtûs decenti gestatione & partu, expurgant, liquorem ovulorum degenerantem corrigunt, humorumque colluviem eluunt, suntque amara quadantenus & odorata, spiritus in motum suscitantia, ut simul ita aperiant & calorem suscitent, odorisque suavitate uterum oblectent, menses suppressos moveant. Pleraque illorum sunt etiam *Cephalica*, quia magnus etiam Uteri per nervos cum cerebro est consensus (prout ejusmodi exemplum ad Venerandum, Excellentissimum *D. D. Job. Casp. Bauhinum*, Senem Gravissimum, Promotorem suum, transmisit Celeberr. *Thomas Bartholinus*, de quo *Epist. Medic. Cent. III. pag. m. 59.*) prout ipsa Cepalica maximam partem etiam Cordialia, ut supra dictum: sicut enim partes corporis inter se symbolisant, ita & remedia eorumque effectus, ceu patet affectus hystericos non minus ac hypochondriacos maximam partem esse convulsivos, indeq; remedia exposcere antepileptica, quæ spiritus pacificent & acre acido austerum corrigant, velut notatu dignum, quòd omnia remedia quæ morbis à maleficio inductis succurrunt, eadem etiam succurrere morbis hystericis seu spiritui uterino observentur.

11 ARTHRITICA spirituum in artubus vel tumultum ac ferociam compescunt, vel etiam torporem illorum stimulant ac humores impactos digerunt. Materiam verò horum, uti & supra dictorum qui desiderat, adeat *Excell. Wedelii Tabul. Medic. sel in Amœnit. Mat. Med; Systom. Mat. Med. à Brunn; Macasii Prompt. Medicum; Giesvvein Hodegum Medicum; Schvvenckfeldii Thesaurum Pharmac. Sennerti, Riverii* ac aliorum Institutiones Medicas; Integram verò Plantarum quarundam in specie Descriptionem quoad virtutes si quis desideret, præter Botanicos egregiè hac in re desudarunt Celeberrimi quidam inclyti Collegii Leopoldini Socii, quorum Exc. D. Collegarum scripta prolixiora, in annuis Ephemeridibus breviter & synopticè magno compendio sistuntur.

CAPUT XLIX.
De Magnetismo Plantarum.

NOs præterea occasione Plantarum Occultarum Qualitatum, quarum dilucidationi hactenus immorati sumus, de Plantarum Sympa-

thiâ & Antipathiâ, re satis abstrusâ dicemus, circa quam rem glaciem inprimis fregit, obscurius quidem, *Joh. Costæus Laudensis de Univers. Stirp. nat.* p. 20. clariùs autem Ingeniosiss. *Kircherus Mundi sive Caten. Magnet. Lib. III. Part. IV. Cap.* 2. *pag.* 478. ubi ejusmodi sympatheticas, antipatheticasque commotiones atomis seu minimis corpusculis è Planta exhalantibus & per medium diffusis, vel conformibus vel disconformibus, adscribit, unde res proportionatæ alteratione perfectivâ, improportionatæ corruptivâ afficiuntur, quare etiam vult tum in *Magnetico NaturæRegn. Sect. III. C.* 1. *p. m.* 55. tum *citat. Libr. pag.* 486. Plantis summam cum Magnetis (ad cujus versus ferrum motum, etiam alia ad lignum, herbas, carnes & aquas attractiva dari *Paracelsus Archidox. Lib. VII. p. m.* 28. docet) operationibus affinitatem esse, motusque Magnetis perfectè imitari, & quia Magnes tres habet motûs sui differentias, etiam totidem in Plantis reperiri; *Primus* autem motus magnetis est, quo secundùm certas corporis sui fibras ex polo in polum exporrectas coagmentatasque, vim suam magneticam velut in longitudinem quandam propagat. *Alter radiationis* vocatur, quo diffusis ex utroque polo radiis, potentem illam activitatis suæ sphæram, intra quam quodlibet sibi simile constitutum corpus movet, attrahitque, fundat. *Tertius Dispositionis*, quo se se ad telluris axem tanquam ad principium conservativum sui situat, ut si quandoque extra hunc situm violenter abstractus fuerit, circulari motu ad eum reversus, se accommodet, ibiq; tanquam loco naturæ suæ maximè consentaneo, requiescat: Sic etiam in *Plantis* I. *Motus* est, quo se planta vi vegetali sursum per scapos thyrsosque rectà in verticem propagat. II. est qualitatum plantis insitarum in orbem se diffundentium motus, intermedio aëre, quem taliter *Agrippa de Occult. Phil. Lib. I. Cap.* 6. *p* 10. causam quoque statuit somniorum pluriumque aliarum animæ impressionum per dilationem specierum (fortè insensibilium spiritu mundi stipatorum effluviorum corporalium in molli aëre) quæ deciduntur à rebus & sermonibus in ipso aëre multiplicatis, quousque perveniat ad sensus, unde naturaliter possibile sit absque ullius spiritûs ope & superstitione quadam, hominem homini longè etiam remoto mentis suæ sensa communicare intra 24. horas, prout id se & *Trithemium Abbatem* facere nosse & sæpius fecisse *loc. cit.* testatur, de quo præter *Trithemium in Steganographiâ* legi merentur etiam quæ habet *Tackius in Phas. Soph. tripl.* speciatim *Chrysogon. Anim. & Min, p.* 151. *& seq.* item *Campanella de Sensu Rer. Lib. IV. Cap.* 18. *p. m.* 341. Qualiter autem hoc modo *Carlina* vires adimat alteri, præbetque eas huic qui utitur eâ, videri potest præter *Staricium in Thes. Heroum Paracelsus* & *Helmontius*, eaque quæ *Misc. Cur. Dec. I. Ann. I.* communicavimus. III. *Dispositivus* quarundam plantarum motus est, quo se ad certum locum situmque accommodant vel ad Solem vel Lunam, veluti ad prin-

principium conservativum, motum circularem affectantes convertuntur, quod videre licet in plantis *Solisequis* vel *Heliotropiis*, quarum flores potissimùm aurei in orbem diffusi radiantis solis discum ac aureum jubar repræsentant, uti est in *Tragopogo, Flore solis Peruviano, Cichorio cærul.* & *alb.* (cujus radix quia post septennium in speciem avis convertitur *Theophrastus* miras vires colligit, nimirum ut Capitaneus *Staricio in Thes. Her.* retulit, cum Zenith juvencæ primiparo in ignem conjecta eum ardere inhibet vel experientiâ Zigeunorum, vel etiam ut *Rosencreuzer in Astron. Inf. pag.433.* docet *d.24. Jul.* effossa hæmorrhagias omnes sistit) inprimis verò in illo *frutice*, qui in *Insulâ Quilolâ, Mindanao* crescit, quem depingit *Kircherus citat. Libr. p.526.* quique hemicyclum æquatoris diurnum ad motum solis eâ constantiâ describit, ut stipulâ centro ejus περὶ τὰς ὥρας infixâ, in limbo horario, non secus ac in sciaterico quodam, horas diurnas designet, prout & idem artificiosissimus *Kircherus*, mirabili artis & naturæ conjugio, ope heliotropiorum *Horoscopium Botanicum* construxit, uti *Lib. cit. pag.* 508. itidem depingit, ac etiam ex animalibus Cynocephalum Ægyptii in hydrologiis pinxerunt, eò quod per singulas horas duodecies in die latret, per singulas horas mingat æquinoctii tempore. Pariter verò naturæ hocce prodigium insculptum esse *Selenotropiis Kircherus* scribit, quæ ad Lunæ incrementa & decrementa crescunt & decrescunt, uti tota illa bulbosa & cucumeracea soboles, inprimis verò didicisse se hæc refert, certo anni tempore, omni pene die, in horto suo, *Acaciæ* & *Gelsimini* cum Sole & Luna sponsalitia, quorum hic sole oriente folia undiquaque explicat, illa claudit, hic sole occidente claudit, illa aperit, spectaculo utique jucundo. Et sicut hoc circa Solem & Lunam contingit, ita non dubitat, quin plurimæ ex herbarum familiis sint, quæ reliquorum etiam Planetarum sponsalitia sectantes, uti dotes, ita etiam motum ♄ni (v. gr. Cupressus, feralis arbor, Apium coronamentis olim interdictum, herbæque quæ nigricantes baccas nigrosque fructus producunt) ♃, ♂, ♀, ☿ æmulentur, nimirum secundùm illam hypothesin, quam supra attulimus, quòd quodlibet sidus in cœlo cum suo flore in terris sympathiam possideat, planetarum stellarumque influxus veluti per pyramidem suscipiat, quæ in cœlo basin, in flore verò conum habeat, imò etiam juxta *Agrippam* certum suum characterem (quales in homine manifestius ut literæ divinæ inscriptæ reperiantur) ad aliquem peculiarem effectum sibi à suâ stellâ impressum retinentem; scilicet stellæ naturam virtutem & radicem possideat ut consimilem operationem in res alias super quas reflectitur, producat & stellæ suæ influxum provocet & adjuvet. Rationem verò Heliotropiorum potissimùm *Kircherus* calori dilatanti ac humorem resolventi, & frigori constringenti & humorem comprimenti, ut & naturali inclinationi adscribit, prout & fit in *Selenotropiis*,

 quæ

quæ Lunam ceu matrem ubera præbentem, se sitibundas humoris sui potu reficientem, torridas humectantem, respiciunt; quâ ratione etiam *Verulamius* observavit, aristas *bromi* vel *avenæ* maturas torqueri ubi siccæ sunt, retorqueri ubi humore resperguntur, unde nimirum Hygroscopiorum à *P. Magnano* inventio: quare ingeniosè *Virgilius Georg. I.*

- - - - - - Jupiter humidus austris
Densat, erant quæ rara modò & quæ densa relaxat.

Prout autem est fibrillarum interior constitutio & directio ita planta nunc in hanc nunc in illam regionem inclinat, sic namque experientiâ edoctum se scribit *Rajus Hist. Plant. Tom. I. p. 157.* alias à dextrâ sinistrum versùs flecti, ut *Lupulus*, *Bryonia nigra*, *Convolv. niger*, *Periclymenum*, alias à sinistrâ versùs dextram, ut *Phaseolus*, *Cuscuta*, *Convolvulus major & minor*, alias nunc in hanc nunc illam partem, ut *Dulcamara* &c. Vid. *Bayle Dissert. Phys. II. pag. m. 63.*

CAPUT L.

De Transplantatione Morborum in certas arbores aut herbas.

QUia verò maximè congruit cum Magnete, si in Vegetabilia morbi quidam transplantentur vel transferuntur in subjectum quoddam vegetabile, de hisce etiam quædam afferre non erit inconveniens. Dari verò ejusmodi transplantationes morborum, illasque in arte optimum fundamentum habere, inprimis dum spiritus morborum profligatores desunt vel enormiter peccant, ut in Maniâ, Ictericiâ, Febribus, Herniâ &c. ex observationibus tum oretenus nobis retulit, tum literis ad nos exaravit *Excellentiss. Experientiss. D. D. Muraltus Tigurinus*, *Fautor honoratiss.* ipsique non semel vidimus & experti sumus. Sic namque Lignum coryli vel etiam fraxini certo siderum positu cæsum & collectum sanguinem sistit, imò coryli hoc facit juxta *Bartholinum*, etsi partem affectam non tangat, dum sanguinem calidè fluentem potest imbibere per poros suos, unde consensus ille: Ramus salicis dentibus scorbuticorum affrictus fumoque expositus, sanat dentes, cùm siccantur, imò etiam dolorem eorum sistit, si in salicem clavus intruditur. Sic Hortulanus Horti Regii Monspeliensis mihi de Buxo retulit, quendam tribus ejus folliculis hæmorrhoidibus affricatis earum dolorem summum brevi sanasse, dum contabescentibus buxi folliculis hæmorrhoides itidem sensim evanuêre: simile Transplantationis exemplum tumoris in pollice pedis affrictione carnis crudæ (limacum similiter ad clavos pedis)

pedis) curati vide *dans des Nouvelles Decouvertes par M. N. Blegny p. m. 323.* Sic & *Excellentiss. D D. Hannemannus in Act. Med. Danor. Volum. III. & IV. pag. m. 17.* de puellâ quâdam in Holsatiâ mictione involuntariâ laborante refert, quòd in cassum plurimis tentatis, tandem vitrum suâ urinâ impletum apud demortuum in ferali capulo condiderit & post illud tempus urinam ad suum tempus retinuerit, id quod confirmat illud, quod de simili affectu, cranio hominis sepulti lecto subdito curato diximus in *Regno Animali Sect. III. Cap. II.* quò & spectat amuletum ex particulâ feretri, quo puerpura emortua partûs difficultate extincta superque spinam dorsi collocata & tumulata fuit, paratum, ceu quod in aridurâ particulari præstantissimum est remedium. Ast si Vegetabilia nostra consideremus, patebit verissimum esse, quod *Paracelsus* & *Helmontius* referunt, nimirum Persicariam, Consolidam, Sophiam, Serpentinam & plures alias illud peculiare habere, ut si frigidæ demergantur in aquam (flante enim Boreâ excisa quercus verminosa evadat, nisi confestim subter aquas demergatur) & super vulnus & ulcus aliquantisper intepescant, mox defodiantur cœnoso loco, ubi putrere incipiunt, etiam attrahere ex ægro, quicquid nocuum est. Sic quod modò de Buxo diximus id de *fabariæ* radice (quam aliàs *Excell. Wedelius* amuleti instar quoque appensam commendat) *chondrillæ* item & *primulæ veris Bartholinus* testatur & *Castellus* Massenensis. Sic & novi illud *Joëlis in Praxi*, dum farina cum urinâ febricitantis in massam redigitur & in clibano coquitur, canique post comedendum exhibetur, cum successu ægris ejusmodi ac etiam Ictericis fuisse administratum. Sic de sudore non contemnenda diximus occasione rasuræ apri in *Ann. III Dec. II. Misc. Curios.* Novimus insuper ungues pilosque pedis humoribus podagricis imprægnatos nidoreque eorum fermentali quem spirant, quoque sanos alios facilè, experientiâ *Willisii* & *Helmontii*, inficere possunt, imbutos, si in arborem succulentum transmittantur, malum non adeò fixum levare, paralyticosque interdum sanare, huc accedit id, quòd *Maxvellus Med. Magn. Lib. II. Cap. XVII.* refert de crinibus & pilis quòd iis debito modo putrefactis signatisque plantis commistis implantatis, morbi etiam incurabiles curentur, ceu illi qui crines ope salicis (forsan & inde crinibus falsis gestatis) augent, etiam partis imbecillitatem inducant, dum violentiâ medicinæ membri partes resolutæ ultra quam natura bene patitur, disperduntur. Cæterùm quot modis ejusmodi Transplantatio fiat, præ omnibus ingeniosissimè docet *cit. Maxvellus*, nimirum vel *Inseminatione*, dum magnes mumiâ imprægnatus, de quo mox, misceatur cum terrâ pingui & in illâ semina herbarum morbo convenientium (quas ex *Tenzelii Diastat.* proponit *Bartholinus* apud *Grube de Arcan. Medicor.*) inseminantur, cujus ratione spiritus v. gr. *verbenæ* junctus aliter, aliter *carduo angelico* operabitur: vel *Implantatione*, dum loco seminum, modo dicto,

 herbæ

herbæ cum radicibus vel radices solùm simili terræ implantantur & lotione partis quotidie irrigantur, excluso alio humore: vel *Impositione* dum in morbis chronicis excrementa & membri morbidi mumia in foramen arboris vel inter corticem & lignum induntur riteque clauduntur: vel *Irroratione* dum dictorum excrementorum loturâ vegetabile irroratur moxque novâ terrâ tegitur: vel *Inescatione*, dum mumia vel sanguis animalibus in escam datur, illaque mox interficiuntur, quorum exempla modò dedimus: vel *approximatione*, infectionibus communicatis, cujus ratione sæpius is qui prius morbo acuto & chronico laboravit, liberatur: quo spectat *Ung. armarium, pulvis sympatheticus Amuleta*, aliaque & *externè* & *internè* corpori applicata artificiosè prius præparata. Verùm quia ad hæc præcipuè noscendus est *Magnes*, quo & in causas eorum naturales devenire possimus, ille patefaciendus, nimirum fit ex sani alvi excrementis & urinâ huicque affini sudore, mixtis & ad pultis consistentiam simul subactis, siccatisque in umbrâ, addito tandem tantundem sanguinis, decantatoque sero quò denuò probè siccetur. Hic ergo magnes partis dolentis emunctoriis prius affrictus & sudore infectus supra dictis modis usurpatur & mirabilia multa peragentur, ut liberè pronuntiet *Tenzelius* nullibi affectum tam vehementem aut pertinacem dari, quin non remedium ex hac praxi ab eo quod vel maximè dissentaneum videtur, incredibili cum successu ipsi adaptari possit. *O quam admirabiles sunt tua viæ, Domine, stultus non capit illas, nec insipiens intelligit!* Neque verò ingratum erit Lectori, hac de materia ingeniosissimam auro & perlis carius æstimandam epistolam supra laudati *Excell. D. D. Muralti*, Practici Tigurini felicissimi adponere: Gratissimas tuas, inquit, per Dominum *D. Beutelium* Ratisbonensem accepi, &c. Quod attinet ad transplantationem, illâ multi morbi curantur, velut sunt febres hecticæ ovis ægrotantium urinâ incoctis & in formicetum reconditis. Tollitur icterus niger pane & carne in urinâ ægroti coctis & porco masticandum traditis. Contractura membrorum unguibus abscissis & crescente Lunâ trunco salicis inspicatis eodemque ligno firmatis. Lardo in fimetum reposito tolluntur verrucæ ad caliditatem usque fricatæ. Ganglia, Nodi, Lupiæ tolluntur attactu manûs mortuæ, quam frigiditatem Spiritus noster abhorret, stringitque molem quam inhabitat. Modus autem quo hæc fiant, procedit ab Identitate Spiritûs Mundi universalis cum spiritu nostro per arterias in artus fluente, vegetior in animalibus vel plantis restitans interveniente vel illo seu mumia roborat vivificum hominis spiritum, ut morbos depellere facilius queat; hic spiritus vitalis est ex astris, hauritur ex aëre per respirationem & distributioni alimentorum ex corde per sanguinem in universum corpus præest, hic spiritus in capite sensuum omnium est Lucerna, exercet quosvis in corpore actus, nutui obsequitur animæ rationalis

tionalis tanquam Principis, hoc patiente patiuntur singulæ partes, compatitur quoque reliquus mundi spiritus, utrum vero spiritus hic revivificari possit ab alio quàm à suo nutrimento, aura quippe illa cœlesti juncta primæ rerum non naturalium aëri, an remotis omnibus causis procatharcticis universali quâdam Medicinâ, tinctura auri, antimonii, Corallorum, Essentia perlarum, Arcano Corallino, Julepo Gemmato &c. quid auxilii afferre poterit iis dijudicandum relinquo, qui plus Experientiæ quàm rationi tribuere solent. Mumiæ autem sunt capilli, sudores, sputum, Excrementa alvi & urinæ, menses, sanguis, quæ omnia diutissimè spiritum hunc conservant & novum spiritum ex aëre alliciunt, hominis spiritum, cujus activitatis sphæra cum sphærâ mumiali jungitur & nectitur, roborant, augent & multiplicant, ut se se ipsum à morbis liberare, & in sanitatis statum vindicare queant; Ita lignum ilicis certo tempore cæsum quàm certissimè hæmorrhagias sistit & vulnera consolidat, idem de fraxino, de pulvere Sympathetico, de sigillis certo astrorum positu fusis judicare est, quæ omnia vires suas astrales per aërem recipiunt, & vectore opus habent; Quod ad Quæstiones tuas de thymo (NB. Quæstiones illæ de *Thymo* hæ sunt *à Celeberr. Excell. D. D. Bohnio Prof. Lips. ad Eman. König exaratæ*, nimirum I. *An naturaliter se habeat thymus adultorum in Viris ac in Fœminis?* II. *An in Lactantibus aliter ac in non lactantibus?*) attinet, fœminæ habent majorem thymum quàm viri inprimis lactantes, partim quòd humidiores sint, partim quòd pulsio lactis ad partes supernas vehementior. Heri sequentem observavi historiam: Sesquiannorum Infans in Nosocomio mortua patiebatur inde à nativitate dolores & conatus desidendi ac urinandi magnos, à superiore vulvæ parte prominebat caro quædam spongiosa nucis magnitudine velut hermaphroditæ, ingens conatus desidendi sensim sine sensu intestinum rectum protrudit & ita angustabat cavitatem, ut vermis instar tenuia excrementa exierint, ac non nisi lacte enutriri cogebatur, piri autem magnitudine egressum est intestinum inflammatum & mortem causabatur. Renes post mortem inventi sunt amplâ pelvi præditi, Ureteres autem ambo urina distenti ampli digitum excedentes majorem, flatus & stylus transmissi ad excrescentiam supra notatam carnosam & cancrosam exibant, nulla verò penitus Vesica urinaria aderat, sed solâ membranâ crassiore Excrescentiæ affixâ Vesicæ locus significabatur, alvus exiens dura erat instar lapidis, intus recondebatur, & fortiter adhærebat lardi species cancrosa, penitus ita intricata venis & arteriis ut necessariò propter desidendi conatum mori debuerit, quid de his judices proximè mihi scribe, quæ causa hujus scirrhi concrosi in ano & Excrescentiæ loco sphincteris Vesicæ, item cur nulla Vesica adfuerit, Vale, &c. Die 18. Decembr. 1687. Tiguri.

Responsum Emanuelis König ad præallatas *Excellentiss. D.D. Muralti* literas.

Nobilissime,

Nobilißime, Excellentißime, Experientißime DN. D. Fautor & Collega plurimùm colende. Vix eloqui possum, quantùm animum meum exhilarârint gratissimæ ultimæ Tuæ literæ quibus Transplantationem morborum experientiâ Tibi quoque cognitam mihi patefacere dignatus es, perspicio Te sententiam de spiritu mundi vitali, universali, astrali cum ingenuis ingeniosisque Hermeticæ doctrinæ filiis insimul amplecti, quæ certa non nisi summè proficua in scrutinio Naturæ esse poterit, inde namque patet qualiter non saltem mineralia ab astris cibentur, animalia sine communicatione ejusmodi vitalis auræ ne momentum quidem subsistere possunt, sed & ipsa Vegetabilia (quorum scrutinium nunc denuo sistere placet) hocce spiritu destituta nil sint, nil agant tam in se quàm erga corpus nostrum; summè certè admirabile est, posse tale connubium spiritûs animalis microcosmici cum congenere & symbolizante spiritu vegetabili adornari, ut illius defectus hujus robore decenter corrigi possint, idque ob intermedium inter eos spiritum mundanum, ad quem adeò Veteres præ modernis plurimis attenderunt, inde nimirum factum quod Hermes Trismegistus (quem, referente *Sacchsio in Ocean. Macro-Microcosm. p. m,* 4. plurimi eruditorum Josephum Patriarcham, alii Enochum, ut Pythagoram Jubal, esse, statuunt) ob triplicis regni Mineralis, Vegetabilis, Animalis, maximè verò ob triplicis in hac unâ creatâ essentiâ subsistentiæ indagationem, in qua vim omnem vegetabilis, animalis & mineralis naturæ exploravit, *Pater philosophorum* dici meruerit: Hæc igitur vis si debitè concentretur & corpori humano, quod aliàs inde subsistit, vivit & alias suas actiones exercet, adplicetur, non mirum miros inde haberi posse effectus in sanationibus morborum, ad quos radicitus eliminandos sæpius incapax est vis ejusmodi medicinalis in Plantis difusiùs dispersa; Ego inde multùm æstimo (etsi quidam statuant his pretiosioribus facilè nos carere posse) veram & radicaliter cœlesti hoc sale factam *Auri Tincturam* & quæ ad hanc accedit *TR.* ♁ *ij. Arcanum corallinum* aliaque de ♀re fixo nobili & sale æthereo, ☿ sophico participantia & cum sale microcosmico balsamico magnam affinitatem colentia; quare & ter quaterque beatos illos judico, qui rubinum pellucidum gravem ad solem microcosmi irradiandum possident, quo potentissimè obscuritates corporis morbosas disjiciunt, fugant & dispellunt, sicque suavissimè corpori humano halcyonia largiuntur, nimirum

Entheus est olli vigor & cœlestis imago,
Unde fluit nobis hæc Medicina Dei.

Exinde video Te, *Vir Excellentißime,* cum sanioribus Physicis effectus pulveris sympathetici minimè pro superstitione & diabolico effectu æstimare, imò dum sigilla certo astrorum positu fusa haud irrides, etiam Astrologiam naturalem minimè pro vanâ, futili & inutili scientiâ habere, quasi

alii

alii & alii planetæ non itidem ad diversas in nobis complexiones, habitus & dispositiones disponerent, præsertim si certissimè cum *Paracelso, Hiebnero, Gaffarello* constat ea in metalla plurimum virium suarum exercere, id quod ex autopsiâ & experientiâ comprobat Astrologus Suevus *Voigt* Mathematicus *Curiositat. num. 145. pag. m. 36.* nimirum Oppenburgi Curatorem quendam Comitis sigillum triangulare aureum caracteribus insignitum possedisse, quo loco amuleti ab ictericis gestato, ii intra triduum curati fuerint: insuper aliud quo, muscas ex conclavi omnes expulerit, si id in conclavi de pariete penderet, reliquasq; quæ non evolare potuissent, mox fuisse extinctos; quendam etiam Doctorem Medicinæ sibi notum esse qui sigillo ejusmodi Paracelsico ex ☉ & ☽ fabrefacto mox epilepticos resuscitarit, si vertici eorum id imponeret, dum taliter influentia epileptico maligna mox correcta fuit, ceu vegetabilia contra epilepsiam in certo siderum aspectu colligenda esse, si effectus desideretur exoptatus, monet *Theophrast. de Morb. acut.* Et quid inde de Infante illo, cui nulla penitus Vesica urinaria erat, sed ejus loco solùm membrana crassior excrescentiæ cancrosæ affixa dicendum erit, forsan spiritus astralis ovi evolutionem in utero materno perficiens à maligno quodam siderali influxu à decenti opere deturbari potuit, præsertim si verum est (dico si verum est) certis mensibus certos planetas huic operi generationis præfectos esse; Quicquid sit, fortis erat causa quæ materiam in vesicam urinariam conformandam destinatam ita loco suo deturbavit, ut loco ejus maligna ejusmodi excrescentia in viciniâ oborta sit: forsan urina acrimoniâ causticâ imbuta erat, ut tota fuerit consumpta vel in membranam saltem crassiorem corrugata: & quia tenella vasa erodebantur ex continuo sanguinis acris affluxu & tenellorum tubulorum fibrosorum illic perversione & intorsione tumor ejusmodi carnosus malignus subortus est, haud aliter ac in vaginâ uteri post partum aliquando suboriri corpus quasi carneum ex divulsione aliquâ & secessu membranarum & fibrillarum observavit *Excell. Celeb. D. D. Wepferus Fautor honoratiss. Obs. LL. Miscell. Cur. Dec. II. Ann. V.* Ita totus homo non saltem à nativitate sed & in nativitate morbus est. *Thymum* quod attinet, non miror fœminas lactantes majori thymo præ viris gaudere, cùm & constet Infantes præ adultis illum majorem possidere, idque ob lac quod eos nutrit, partes glandulosas summè teneras distendit (cujus ratione facilè vitia glandularum patiuntur Infantes) & magè spongiosas reddit, quare è contrario Oenopotæ glandulas contractiores duriores, imò nimio vini excessu, scirrhosas possident, &c. His subsisto & me proporro favori tuo commendo. Celeberrimi Nominis Tui Cultor sedulus.

Avicenna.

CAPUT LI.

De Venenis Vegetabilibus.

Experti hactenus quid valeant in Corpore nostro Τρεπτικὰ ἢ Ἀλλοιωτικὰ, juxta Methodum superiùs traditam, etiam Vegetabilia Σηπτικὰ in considerationem veniunt, quorum nomine *Venena* nos intelligere diximus: Et quamvis, si verum fateri licet, commodè ad Ἀλλοιωτικὰ, tum secundùm mentem *Veterum*, qui ad qualitates occultas ea relegârunt, tum *Recentiorum*, qui acrimoniâ illa rodere docent, referri possunt, tamen, quia Naturæ humanæ summè infensa judicantur, peculiarem locum iis haud denegabimus. Et quamvis videantur non tam in Hominis usum, quàm perniciem condita, tamen si non directè, instar fluminum è mari, saltem indirectè & obliquis ambagibus in nostros usus cedere possunt: sic enim non solùm mediantibus brutis, sed & si per Chymiam obices, quos iis ignorantia nostra posuit, removeantur, summè nobis salutaria esse poterunt, ut cum *Helmon. Dispens. mod. §. 46. immensam Architecti clementiam & sapientiam cum admiratione supplices possimus adorare.* Nam Venena noluit nobis esse Venena aut nociva, nec enim mortem fecit, nec medicamentum exterminii in terra: sed potiùs ut parvo nostro studio, mutarentur in grandia amoris sui pignora, in usuram mortalium, contra futurorum morborum sævitiem. In illis nempe latitat subsidium, quod benigniora & familiariora simplicia recusant aliàs. Ad majores & heroicos medentium usus Venena tam horrida servantur; *Asarum* enim crudum, quantâ cum anxietate vomitum ciet? at quam facilè bullitione id recedit, mutaturque virus in deoppilans, diureticum, tardarum febrium remedium, quod occultatum in eo aroma prodit? Sic *Aron*, quod in aceto bulliit, mitescit, magnorumque casuum medela fit; Et si lubet in Regnum Minerale pedem aliquantisper immittere, quænam non horrida Venena ibi reperiuntur, quæ ope tamen artis Chymiæ in summè salutaria remedia converti possunt? Unicum hîc sit *Arsenicum*, quo quædam hîc Venefica tredecim homines ad Orcum misit, ex eo tamen egregium fit medicamentum ad Cancrum, item *decoctum Febrifugum* præsentissimum, de quo vid. *Regn. Miner.* Si pedem retrahamus in nostrum Regnum Vegetabile, consideramus *Napellum*. de quo fertur, quod, si musca napello insidens, minimum succi extracti hominis digito communicet, eum interimat, & si manu retentus diutius incalescat, ex eo tamen itidem parari posse remedium præsentissimum contra Apoplexiam refert *Hannemannus Meth. cog. simp. Veg. p. m. 99.* Mirum etiam eundem *Napellum*, ut

& *Man-*

& *Mandragoram* & *Uvam inversam*, venenata cùm sint, salutaria esse antispasmodica specifica remedia, referente *Höffm. Meth.Méd.Lib.I. C.19.p.m* 218. *Venenum* autem definitur, quod sit generis sale volatili acri fermentationem excitat in corpore, & subitò noxam insignem aut necem infert cum gravissimis symptomatibus. Exaltatur hæc vis venenorum secundùm *Scharfium de Venen. Cap. 9. p.* 128. si particulis salinis etiam sulphureæ impuriores admisceantur, unde non excludendum sulphur narcoticum; nimirum quia salia variis figuris donantur, teste *Willisio* & *Boyle*, aliter atque aliter ob connubium particularum sulphurearum efformantur, & à reliquorum principiorum admixtione sapor nunc dulcis, amarus, acerbus, austerus, acidus, acris emerget, inprimis autem acredo in iis est conspicua, unde aculeata sunt ac spicula habent, quibus in partes exquisito sensu præditas agunt, eas vellicant, irritant, mordent, erodunt, exulcerant, spiritus prosternunt, fugant, dissipant, humores turbant, incendunt, exagitant, unde Vomitus, Tormina, Dejectiones alvi, Convulsiones, Rabies, Extremorum frigus, & alia sæva symptomata exoriuntur, prout nonnunquam ab ejusmodi humorum in corpore acredine, aciditate, austeritate, acerbitate, amaritudine, non tantùm exquisitissimi dolores excitantur, sed sævissimi morbi, de quo præter *Paracelsum* (qui verè nos dicere posse docet, morbum hunc esse arsenicalem, illum verò aluminosum) insuper elegantissimè *Hippocrates de Veteri Medicinâ* (in quo Libro, teste *Borrichio de Herm. Ægypt. & Chem. Sap. p.* 289. dictionis Hippocraticæ proprietas eminet, & ferè omnium hactenus eruditorum consensus istuc it, non ab alio quàm Coo Hippocrate exaratum fuisse: mox enim initio manifestò errare illos qui nudas qualitates solùm sibi proponunt, scribit verissimè.) *§.24. & 25. Oper. Tom. I. p.* 27. ubi aurea verba sequentia proponit; *Inest in homine & amarum & salsum & dulce & acidum & acerbum & fluidum & alia infinita, omnigenas facultates habentia, copiamq; & robur. Atque hæc quidem mixta ac inter se temperata; neque conspicua sunt & hominem lædunt: Ubi verò quid horum secretum fuerit, atque ipsum in se ipso fuerit, tunc & conspicuum est & hominem lædit.* Cæterùm *Catalogum* Venenorum è Regno Vegetabili, eorumque particularem descriptionem qui desiderat, adeat *Sennertum Pract. Medic. Libr. VI. Part. VII. à pag. m.* 286. *usque ad* 321. ut & *Jonstonum Syntagm. Med. Pract. pag m.* 1097. *Schenckium Lib. VII. Observat. Medic. p. m.* 847. Illis verò omnibus prodest *Vinum*, ✠ aliique *succi acidi*, imò ipsa *Aqua fontana* largius sumpta, vel si ⊖lia *Alim* ⊡*sa* aut *nasturcina* ad manus sint, exhibeantur largioribus dosibus, haud neglectis *antispasmodicis* & *lixiviosis*, maximè & *oleosis* inviscantibus.

CAPUT LII.

De Remediis contra Veneficia & Incantationes.

OCcasione Venenorum non incongruum erit hic quædam adducere de Veneficiis & remediis quæ in morbis ab incantamentis laudantur, ubi ante omnia præoccupandum, multa vulgariter veneficiis adscribi solere, quæ ab ideâ timoris, mœroris, iræ, odii, amoris proficisci possunt, unde & statuendum erit, potiora contra incantationes remedia solùm dirigi ad spiritûs humani procellas & ataxias sistendas delendasque, quatenus prius in veneficâ personâ, ope Diaboli, ideæ tales excitantur & postea alteri homini vel immediatè communicatur vel mediantibus quisquiliis ad hoc superstitiosè compositis (de quâ re *Carrichterus* & *Helmontius*) vel etiam excrementis illius hominis in quem veneficium directum est, imprimitur posteaque per magnetismum quasi in eum hominem dirigitur, qualis idea spiritum hominis transcendit, subigit & nisi occurratur sub suam ditionem redigit, unde omni nisu eò incumbendum, ut spiritus fascino coërciti libero motui pristino restituantur & maligni illis afflati, velut vapores, contrariis nitidis lucidisque plantarum spiritibus & exhalationibus refocillentur, quare si *suffimigium Jecoris* apud Tobiam Dæmonem fugavit, *Abrotanum*, *Salvia*, *Ruta* in Timore laudantur, *Lamium*, *Ballota*, *Ribesium nigrum* solari dicuntur mœstos, *Hypericum*, *Asa fœtida*, iracundos, *Nepeta*, *Valeriana*, *adianthum* invidos, etiam adhuc alia erunt quæ veneficia corrigere & injecta præstigiosa extinguere poterunt, maximè si simplicia talia statione magis vegetâ & oriente mox sole colligantur & concisa vel cum pistillo ligneo contusa, cruda non cocta (ne vis eorum pereat) intrò assumantur vel etiam externis affectibus imponantur: Talia præter *Cinnabrium nativum auriferum* (quale & Hypochondriacorum difficiles & mortes sæpe duriores passiones à morosi quasi & variegatâ timoris, tristitiæ, formidinis ideâ spiritibus impressâ, uti constantes hujus mali affectus, timor scilicet, formido, desperatio, suspicio, cogitationum æstus & inconstantia, spasmus, fluctuatio &c. docent, delet spiritusque velut irradiatione à fœdâ sarcinâ liberat) sunt *Corallia*, *Antirrhinum hortense majus & minus*, caput vitulinum signaturâ referentia, sicque innuentia veneficia capite mortuo seu cranio sæpius inducta (taceo quòd *Cardilucius* referat plura exempla nota esse subitanearum infectionum lethiferarum non prius desinentium quàm suspectæ sagæ sepultæ sepulchrum sit effossum & caput à cervice avulsum) eodem pelli posse si vel è collo (quali fascinum recens nuptorum abegit

abegit *Excell. Claud. Miscell. Curios. Ann. IV. Obs.* 137.) vel etiam in domibus suspendatur; item *Hypericum* quod quatuor angulis horti vel campi erectum tempestates non minus ac Corallia in campo dispersa abiget juxta relationem *Staritii in Thes. Heroum*, imò etiam experientiâ *Ezleri* suffitu abigit spiritus Thesauros custodientes subterraneos; ut & *Verbena* flore purpureo quâ aliàs & ad amorem conciliandum utuntur (vid. *Tabernamontan.*) *Betula* item cujus succus *Helmontio* & *Bartholino* testibus virorum impotentiam à ligno quercino (si nimirum palus infigatur ubi quis minxit) inductam solvit, ut & potus cerevisiæ betulinæ, sic & *Hoffmannus Clav. Schröder. p. m.* 664. in stercore humano, quod mumiam spiritualem vocat, scribit arcanum latitare curandi omnes affectus à veneficiis inductos, præcipuè autem dolores secundùm *Schroderum Pharmacop. p. m.* 321. si nimirum addito allio imponatur & post impositionem, elapsis 24. horis fumo culinari committatur: refert & antea laudatus *Hoffmannus*, quòd in hoc principium magnetis microcosmici sit quærendum seu mumiæ microcosmicæ spiritualis, unde hic magnes ustus & crematus simpliciter prunis injectis (videatur *Digbæus Tr. de Sympath. & pulv. sympathetico*) vel etiam vino adusto aut pipere simul insperso, tantis cruciatibus nates depositoris incivilis oneret, quantas vix prunæ ipsæ iisdem partibus admotæ inussissent, hujus adminiculo, ait, insuper odium & amorem inter maritatos foveri posse, inimicosque inter se placatos reddi, ceu, *Junckenio referente Chym. experim. p.* 64. sanguine sano putaminibus ovorum incluso & in furno pistorum, quamdiu pinsunt panem, cum testâ posito, si quis hominum de eâ re aliquid sumpserit, imò attigerit, trahi illum ad alium unde sanguis fuit prolectus, ut ferrum ad magnetem, hocque modo rusticos pecora sibi devincire Venatoresque feras, imò etiam inde morborum curationes institui, si prius gallinæ talia ova decenter sanguine ægroti repleta decenterque clausa gallinæ supponantur tandemque cani ad comedendum offerantur, de quo supra. Hinc & retulit mihi ejusmodi morborum à veneficiis inductorum curandi haud imperitus, sagas se miro modo torsisse impedientes confectionem butyri & alia quæ ad lac spectant, quod Villicos alpes incolentes minimè latet, hinc & historia plurimis nota, quendam lacte materno confluxum hominum mox convocare potuisse, sed dum deceptus esset substituto in locum lactis humani lacte suillo, non nisi grunnientium porcorum concursum inde obtigisse; de hisce verò curiosus extat Gallicus Tractatus, *Plaidoyer sur les Magicies & sur les sorciers tenus en la Cour de Liege, ou on montre clairement qu'il n'y peut avoir de ces sortes des Gens par les Sieurs de Hautefeuille & Santeur Advocats*, in quo libro argumenta pro & contra afferuntur; Quòd verò solis mediis naturalibus producant miros ejusmodi effectus Magi probat processus Mr. Sillieux Liegois de Nation, qui pro Mago accu-

ſatus reſpondit ſe ſequutum fuiſſe & inſtructum ex *Alberti Magni Mirabil. Mundi*, ubi etiam reperta fuerant quævis quæ Judex arte Diabolicâ facta fuiſſe exiſtimavit: argumentum primarium eſt, quòd ſi darentur ſagæ, derogaret hoc gloriæ & majeſtati Divinæ (ſecundùm illud Origenis, qui communicat gloriam Dei, deſtructor eſt Dei) dum ſic detraheretur id quod ſolius eſt Dei, dein quòd ſic Diabolus adſtrictus eſſe deberet ſervus Magorum in omni loco & tempore, ut & illorum quibus ſchedulas aliàque donant: ſic namque ſtupendum eſt, quod *Cornel. Agrippa de Occult. Philoſ. Lib. III. Cap.* 24. *pag. m.* 298. refert: *Vidi ego & novi quendam inſcribentem in chartâ virgineâ nomen & ſignaculum ſpiritus cujusdam in horâ Lunæ quam cùm dediſſet poſtea ad devorandum ranæ fluviatili & carmen quoddam obmurmuraſſet, remiſsâ ranâ in aquam, mox pluviæ & imbres oborti ſunt. Vidi per eundem inſcriptum alius ſpiritus cum ſuo ſignaculo nomen in horâ Martis, idq; corvo datum, quo poſt immurmuratum carmen demiſſo, protinus ab eâ cœli plagâ quam ille involaſſet, obortis nubibus fulmina, concurſiones, horribiliaq; tonitrua conſecuta ſunt, neque tamen erant illa ſpirituum nomina ignota lingua nec alia quàm officiorum illorum ſignificativa, ut nomina Angelorum, Raziel viſio Dei, Gabriel fortitudo Dei, Raphaël Medicina Dei, Haniel gloria Dei.* Vid *Herm. Triſmeg. Minerva Mundi*, de abuſu verò horum *Spizelii Paſtoris ad D. Jacob. Auguſtæ Vindelicorum Tract.* die gebrochene Macht der Finſternuß/ *Barthol. Anborni Magiologia*, qui ut aſperius de *Agrippâ* ejusque *cane* ſentit, ita mitius ei familiaris *Joh. Wierus de Præſtig. Dæmon. Lib. II. Cap.* 5. *p.* 110. 111. referens eum Gratianopoli in Delphinatu in Domino obdormiiſſe, ceu & à Pontifice literis eum ſalutatum viſitur *Epiſt. Lib. I. p.* 48. Relatio illa *Wieri* hæc eſt: *Occaſione hujus Libri, (de Occultâ Philoſophiâ) Agrippæ adſcripti, ſilentio involvi diutius ob veritatis prærogativam non patiar, quòd in diverſis aliquot Scriptoribus legerim, Diabolum formâ canis ad extremum Agrippæ halitum comitem illi fuiſſe, & poſteà neſcio quibus modis evanuiſſe. Satis equidem mirari hîc nequeo, tantæ exiſtimationis Viros tam inſulsè aliquando loqui, ſentire & ſcribere ex inaniſſimo vulgi rumore. Canem hunc nigrum mediocris ſtaturæ Gallico nomine Monſieur, (hoc eſt, Dominum) nuncupatum, novi ego, ſi quis alius, familiariſſimè, quem nimirùm non rarò, ubi Agrippam ſectarer, loro ex pilis concinnato alligatum duxi, at verè naturalis erat canis maſculus, cui aliàs fœmellam, ferè colore & reliquâ corporis conſtitutione ſimilem, quam Gallicè Madamoiſelle (Dominam) appellabat, me præſente adjunxit. Cauſam autem huic falſæ opinioni dediſſe opinor, partim quòd canem hunc pueriliter nimis amaret, (ut ſunt quorundam hominum mores) oſcularetur plerunque, aliquando & à latere ſibi hunc admoveret in menſâ, quemadmodùm & in eodem ſimul lecto ſub lodice noctu pateretur, ubi Conjugem Mechlinienſem Bonnæ repudiaſſet, Anno triceſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum: velut & in Muſæo, ubi inter ſupellectilem chartaceam, certè inſignem, perpetuus erat Agrippæ,*

atque

atque in ejus mensâ, Agrippæ & mihi in studiis communi, inter utrumque semper jaceret hic Canis. Partim adhuc, quòd, licèt in dicto hypocausto inter chartas continuò delitesceret meus herus, nec toto octiduo vix semel prodiret, quicquid tamen in diversis regionibus ageretur, ferè norat. Hoc alii impudentiores huic cani, ut dæmoni, dum adessem, acceptum ferebant. Sed reverà à doctissimis quibusq; Viris ad illum undequaque scribebatur quotidie. Anno suprà dicto Bonnâ Lugdunum profectus, capitur à Rege Francisco quòd liberiùs nonnihil in ipsius matrem aliàs: sed quorundam intercessione liberatus, Gratianopoli in Delphinatu post aliquot menses in Domino obdormiit. Tum ego Lutetiæ Parisiorum agebam. Quare etiam absurdum haud erit cum Comite *de Flisco* Italo *Decad. de Fato p.* 23. statuere, Naturalem Magiam, si ipsa casta reperiretur, sicuti est corrupta, usurpari liberè posse, nam puris naturæ principiis nititur, nunc autem confusa mendaciis & impuritatibus invenitur, ex hac enim, inquit proporrò, cum Astronomiâ juncta multa utilia ad juvandum genus humanum extrahi possunt, ut curæ admirandæ per imagines Astronomicas, ut esset, dolorem podagricum solare, curare nephritidem, hystericam mulierum passionem, narium hæmorrhagiam, capitis dolorem intensum & similia, sic *Joh. Martianus* insignis Mathematicus à pavore, quo sub tonitru affici consueverat, ope imaginis liberatus est teste *Marsilio Ficino.* hinc Petrus de Albano credidit Medicum per imaginem posse curare infirmum, cui & ego non contradico (præsertim si sulphura metallica intus non aliter agunt ac per irradiationem juxta *Helmontium.*) Juvant etiam ad honores, sed in constructione earum notandum, ut fortunæ sint in suis dignitatibus in cœli culmine vel succedentibus, luminariaque libera sint à radiis maleficorum & feliciter respiciant figuræ Dominum, malefici verò cadant ab angulis. Fiunt etiam imagines pro amore, si addatur suo tempore collecta *Valeriana, sanguis columbæ, ambra &c.* aliæ fiunt ad infirmandos homines, aliæ ad destructionem v. gr. *Scorpionum, Muscarum, &c.* taceo per Magiam produci posse in ictu oculi, v. gr. ranarum generationem, item ut Vegetabilia, ante tempus fructus pariant, aliaque infinita; adplicando activa passivis, cognita beneque perceptâ superiorum naturâ, ipsam cum inferiori commiscendo, ad hoc ut pariant effectus possibiles & admirandos. Et hactenus *Comes de Flisco*, qui *Paracelsi* vestigia in totum premit, dum hîc *Tr. de Vit. long. p.m.* 52. ingenuè fatetur se, si ♂ ipsum perdere dispositus foret, constructurum suum homunculum ex cerâ, ut illius operatio hujus in imaginem transeat, quò liber evadat, pariter & hocce se se contra Incantationes præservare, quicquid enim incantativè contra ipsum attentetur, id in hac imagine compleri, verùm qui non & cum ipso *cit. loc.* Pietatem contra pravas imaginationes maximam summamque conservationem esse statueret? Ex eodem quoque fonte promanat, quòd statuat in morte hominis duo corpora

à se

à se invicem præter animam rationalem) separari, *elementale* nimirum seu *terrenum* quod putrescit in terrâ & *sacramentale* (circa quod occupatur liber *Agrippæ* adscriptus *de Ceremoniis Magicis*, quibus tamen *cit. de Flisco*, quòd sacramenta sic abutentur, judicat) seu *cœleste*, quod non putrescit, non sepelitur, nullum locum occupat, hominibus apparet & post mortem etiam conspicitur, unde spectra, visiones & supernaturales apparitiones, (*Vid. Vol. II. de Transmut. rer. natur.*) qui corallos rutilantes fugiunt, ad caliginosos autem alliciuntur, quâ de re consentientem habet *Pomponatium de Incantat.*

CAPUT LIII.
De Plantis neutris.

Finimus Regnum Vegetabile consideratione adhuc mitium οὐδετέρων quæ corpus nostrum placidè afficiunt, medio se modo habent, illud nec nutriunt nec alterant nec necant, nisi immoderatè assumantur, qualia sunt *Nuclei Prunorum*, *Cerasorum*, *Lapides Cornorum*, *Frustulum ligni* (ceu & *Ol. Wormius Musæi pag. m.* 374. de fistulâ ex buxo, quâ ordinariè luditur, uncias sex longitudine superante refert, quòd ex alapâ inflictâ juvenis illam deglutierit & per tres integros dies & noctes in ejus ventre portata demum per alvum excreta fuerit,) quæ ut plurimùm sine noxa assumuntur & ab alvo prout assumpta sunt, redduntur, præterquam quod alterationem aliquam accipere possint ab humore acido in corpore abundante, prout observavit *Kerckringius Observ. Anat. I.* Nummum deglutitum ita in ventre fuisse attritum, ut vix moneta ejus apparet, & *Ludov. Comment. in Dissertat. I. Pharm. pag. 66.* refert se vidisse aliquando non sine risu fœminam quæ magno lanquentis stomacho solatio silices exiguos similesque lapillos quasi Gallinarum Indicarum more deglutiret, sed quæ notabantur post excretionem semiconsumptæ. Dixi, *nisi immoderatè assumantur*, nam observatum est, quosdam inde mortuos, dum nimiâ eorum assumptorum copiâ, intestinum Colon est distentum, obstructum, sphacelatum, prout raram ejusmodi observationem exhibet *Binningerus Cent. II. Observ. XX.* Interea quòd si quis ingeniosâ & sagaci Mentis industriâ, attentiùs οὐδέτερα considerare, ac ad minima devenire, uti ingenuum Philosophum decet, gestit, reperiet, eadem in recessu esse Alterantia, quatenus taliter ac taliter conformata, præparata, & ad corpus humanum relata, illud & humores spiritusque non absque alterationis cujuspiam notâ immutabunt; Credibile siquidem est, nihil in triplici Regno ac Macrocosmo contineri, quod ad Corporis

Corporis humani fabricam ac Microcoſmum relatum, illi aut non noceat aut profit, dum forma corporis quod applicatur cum formâ corporis humani, quatenus mixtum eſt, ejusque partium, particularum & pororum diſpoſitione variâ aut conſentit aut diſſentit: Uti namque vera nec rancidâ Scholaſticarum ſubtilitatum officinâ, penè dixiſſem cloacâ inquinata Phyſica Matheſeos pars eſt ſpecialior, omne illud quod Matheſis in genere conſiderat, certæ materiæ applicans aut ſaltem applicare valens; ſic etiam *Medicina* Artium præclariſſima, jucundiſſima ac nobiliſſima videtur nihil aliud eſſe quàm Phyſices pars ſpecialiſſima, quæ omnia corpora ſub unicujusque Regni vexillo militantia ad Machinæ humanæ normam examinat & confert, æquâ judicii lance trutinando, An & quouſque illi nocere vel prodeſſe queant: Hinc etiam vel in viliſſimâ & abjectiſſimâ Plantulâ debitè in uſum vocatâ fortiſſimæ nonnunquam conſpiciuntur vires, ac celebres reperiuntur Practici, qui vulgaribus, obviis, minus pretioſioribus remediis morbos feliciter vincunt. Hinc eſt, ait *Spigel. Iſag. in Rem herb. Lib. II. Cap.* 14. quòd qui bene valentes uno eodemque cibo ſemper utuntur, tandem in morbos incidant, citius alii, alii tardius, prout minor vel major erit in cibo intemperies, quæ neceſſariò adeſſe debet, dum nullum miſtum in rerum natura datur tam exactè conflatum ut non hæ vel illæ partes prædominentur, quæ corpus ſucceſſu temporis immutent ſpiritusque aut exuperent aut deprimant, quare ut corpus quibusvis, ad quæ illud reſpectum habet, reſiſtere decenter poſſit, monitum *Celſi* minimè ſpernendum, ut nimirum ſanus nullis ſe legibus obliget, varium habeat vitæ genus, nullum cibi genus fugiat quo populus utitur, interdum in convivio ſit, interdum ab eo ſe retrahat &c. Sed utinam Intellectus noſter in formis rerum internis denominandis haud ita eſſet obſcuratus & denſis tenebris involutus, nec de nobis illud ſubtilitatis dicti Magiſtri *Jul. Caſ. Scaligeri de Subtil. ad Cardan. Exercit. CXXXI. p. m.* 449. diceretur; *Nos in luce rerum tenui caligare, in mediocri cæcutire, in majori cæcos eſſe, in maximâ inſanire*! Scilicet placuit ſummo Conditori mundum ſubiicere diſputationibus hominum, ut etiam hoc modo inviſibilis ex viſibilibus animo eò glorioſiùs ſiſtatur ad cognoſcendum & colendum, ac intelligat homo ſe eſſe ens incompletum & ab alio dependens, nec poſſit ideam talem in ſe habere, niſi idea entis perfectioris in ipſo eſſet, ſicque revera Deus etiam exiſteret. Quare & voluit ut ex viſibilibus inſignis ejus bonitas homini apertè ſiſtatur, unde Homo non melius illuminabitur & naturaliter cognoſcet, quam naturam probè & attentè luſtrando, quâ luſtratâ vera etiam addiſcetur Medicina, idque partim ex ſignaturis, partim ex rerum phantaſiis, impreſſionibus, indole, naturâ, actionibus facultatibus, qualitatibus & affectionibus ſpecificis.

FINIS REGNI VEGETABILIS.

LUDOVICUS ENUCLEATUS
DILUCIDATUS ET AUCTUS,

Seu:

SELECTUS
REMEDIORUM
E TRIPLICI REGNO

Juxta normam & ductum

PHARMACIAE MODERNO SECULO adplicandæ

DANIELIS LUDOVICI

Medici Ducalis Saxo-Gothan.

Cum APPENDICE

DE PRÆSCRIPTIONE FORMULARUM
in Celeberr. GEORG. WOLFG. WEDELII Tract.
de Compositione Medicamentorum
extemporaneâ.

LECTORI BENEVOLO SAL.

NOn paucos ex artis nostræ filiis novi qui de aurei aliàs libelli, Pharmaciæ nimirum Dan. Ludovici moderno seculo adplicandæ; tædiosâ nonnihil ex pluribus parenthesibus & fastidiosâ plurium rerum haud adeo dilucidâ exhibitione conquesti sunt, confitentes interea nobiscum ingenuè singularem candorem, quo heroïca detegere remedia cum expurgatione tantùm non Augiæ stabuli circa inconcinnas inartificiosas obsoletasq; Veterum compositiones & commistiones simplicium, magno judicio & industriâ singulari ipsi lubuit: quapropter ante decennium circiter cum Amico quodam illius lectionem accuratam auspicatus, elegantem aliàs Librum in Sectiones & Articulos paragraphosque distribuere pro privatis usibus aggressus sum, posterisq; diebus non saltem hic sed & in Itinere Gallico-Italico aliis selectioribus facilè parabilibus remediis, ut & observationibus, auxi; Hoc quùm quibusdam minimè displicere intellexerim, Amicique sinceriores itidem haud gravati sint in proprium commodum describere, lubuit hæc Regno Vegetabili adnectere. Et quia Amicus quidam in *Excell. Celeberr. DN. D. Georg. Wolfg. Wedelii Professf. Jenens. Archiat. Duc. Sax. S. R. I. Acad. Nat. Cur. Adjuncti, Collegæ nostri, Fautoris & Promotoris ævum colendi*, elegantissimum Tractatum de *Compositione Remediorum extemporaneâ* dictata & annotata exposceret, illa insimul imprimenda curavi, Te, benevolum Lectorem, ut hocce æqui bonique consulas, animumque potius gratificandi promptum, absque philantiâ, inde æstimes, enixè rogitans.

SELECTUS

SELECTUS REMEDIORUM

Juxta normam & ductum

DAN. LUDOVICI PHARMACIÆ

moderno ſeculo adplicandæ.

SECTIO I. DE PURGANTIBUS.

ARTICULUS I. De Purgantibus Vegetabilibus.

1. IALAPIUM hoc ſeculo ex Indiâ Occidentali Maſſiliam primùm allatum Mirabilis Peruvianæ flore rubeo radix eſt; etiam his in tractibus à nobis exculta, nec ſapore adeo adverſa, unde & hypochondriacis haud adeò eſt inconveniens ad acido-viſcidas cruditates abigendas, modo excoriatio non adſit, velut & facile id *Errhinum* deprehenditur. Laudatur hinc ejus

α. *Pulvis* in ſuo genere ſat polychreſtus, v. gr. ſeq. nobis uſualis: ℞. *Crem. ♀ri, rad. Jalap. aa. ʒ ij. Diagrid. 🜍rat. gr. xij. Santal. rubr.* ℈ ß. F. Pulv. Doſ. ℈ j. ʒ ß. ʒ j.

β. *Magiſterium*; quod decenter exhibitum haud ingratum eſt remedium, de quo infra.

γ. Ex-

γ. *Extractum* autem mucaginosum languidum est, ut & *Infusum* in Vino, ubi tùm amygdalis contusis inficiendum; qualiter Vina medicata purgantia sufficienter operantia paramus, quia in resinâ hæret vis purgans, unde & Jalapium subnigrum eligendum.

2. ALOE SOCCOTRINA à loco ita dicta, vel epatica: cujus commendatur *MPil.* Si in ▽â simplici infundatur, coquatur & à quisquiliis ac resinositate, præcipuo tenesmi hæmorrhoidalis autore, sollicitè sequestrata in *B.Vap.* ne empyreuma contrahatur, denuò ad consistentiam pilularem exhaletur: vel ad modum *Pil. Francof.* ℞. *Aloës lucid. q.v.* Teratur in pulverem eique affundito ▽ *pluviam*, agitato in mortario vitr. donec Aloës Tincturam suam deponat; Ubi verò Aloës ulterius suam Tincturam pluviæ communicare recusat, addito arenam candidam & terito ut prius cum pluviâ, ita enim obtinebis ex aloë omnem Tincturam; Tincturas confunde & evaporato ad extracti consistentiam, sicque obtinebis Aloëm blandissimè purgantem simplici hac lotione: Vel ℞. *Aloës lucid. q. pl.* Teratur in pulverem, cui affund. *succ. violar.* ad eminent. iij. vel 4. digit. transvers. stent in digestione, donec succus Tincturam extraxerit, quam decantatam leniter ad consist. extr. evapora; hanc operationem cum novo *succo violar.* bis terve repetito & ultimâ vice *f. extr. cum Sp. Vini,* quem per destillationem ad extr. consist. aufferto; formentur inde *Pilul. instar. semin. Sinapi. Dos. ad num xx.* usque, suaviter purgant, & debilioribus, uti & puerperis absque periculo exhiberi possunt. Not. hinc quòd *Extractum* per ♌um ardentem solum malè fiat, quia vis purgans non in substanti resinosâ, quæ tormina & hæmorrhoides causatur ac externè balsamica est, sed in gummeâ præcipuè consistit.

3. SENNA non Alexandrina solùm, sed bonæ notæ quævis recentior, non exesa nec Coluthea falsata ob suspicionem torminum (ceu & canibus pluribus propinatam intestina gangrænasse observatum est directè vel per accidens consequentium corrigitur in *Infuso* quidem *alkali* quodam, in Decocto verò ♀ crudi particulâ. Hujus

α. *Pulvis* mole saporeque perquam adversus.

β. *Extr.* vix adservari meretur, nisi in liquidis formis præscribere velimus, in pilulis enim mole molestum erit. In mollioribus formulis cum triplo vel quadruplo sacchari exhiberi poterit. Etsi alias jucundè quoque citra ejusmodi saccharata purgemus.

Cæterùm innoxia est senna & secura etiam pueris, quia purgat solùm mucilagine quadam gummeâ, quæ separata à viscosâ resinâ sine torminibus operatur. Sic blandum purgans seq. ℞. *Passul. min.* ℥ *iv. Fol. Senn. el.* ℥*j. Cinamom.* ʒ *ij. Cont. simul aff. Vini opt.* ℔ *iij.* stent per 24. hor. in infus. colentur. *Dosis* ℥ *iiij.* vel ℥ *vj.*

4 SCAM-

4. SCAMMONIUM ex radice Scammoneæ, quæ *Convolvuli* species eſt, poſt factam ejus excavationem ſponte effluens ex Antiochiâ affertur & ob magiſterii copiam &c. minimè rejiciendum eſt; Valet

α. *Pulvis polychreſtus* ſantali vel tantùm papav.err.TRâ coloratus præ magiſterio aptior, ſed mucilaginoſam & rodentiorem ſcammonii partem retinens: Inde verò fit elegans Potio, v.g. ℞. *Scamm. crud. gr. x. Aq. borrag. q. ſ.* f.l.a. liquor lacteus add. *Aq. cinamom. ℥ ij. Manûs Xti perl. q. ſ.* M. f. Potio.

β. *Magiſter.* æquè profectò validum ac ſtimulans, modò ardenti ſpiritu vel alio menſtruo non conglobante probè dilatetur. Paratur hoc extrahendo id cum Spir. Vini & ☿tione ▽â ſ. ejusdem eſt efficaciæ ac Jalapæ: Quidam id *ſucco citri, cydon.* (unde *Diagridium*) ſolvunt & inſpiſſant; alii adhuc id *fumo ♀ri acido* caſtrant. Sed meliùs ſecundùm *Exc. D. Scretam* aſſumere Scammonium ſplendidum à quiſquiliis repurgatum ejusq; minus dare: Inde fit ejus Cholagogum ſequens: ℞. *Crem.* ♀, ♁ *diaph.* ⦶*ti aa.* ℈ ß. *Dacryd. purg. gr. iij. vel iv.* F. Pulv. 2. hor. ante prand. in juſc. ſum. Vel ℞. *Crem.* ♀*ri* ℈ *j. Dacryd. purg.* ⊖ *abſynth. aa. gr. iiij. Ol. Fœnic. vel cinamom. gt. j.* Fiat pollen in jure ſumendus.

5. HELLEBORUS NIGER Stiriaci titulo communiter venalis: Paracelſi *Daura* ſecundùm nonnullos: (In montibus noſtris Helveticis, Rhæticis Glaronenſ. copioſè invenitur:) Hortenſis noſter virtute ob ⊖ △le in morbis chronicis hypochondriacis hyſtericis aliisque haud deterior. Utilis

α. *Radix* à fœtore ſuo emortuali non tam exhauriente Diſpenſatoriorum maceratione, quàm Recentiorum humidâ divaporatione liberata qualitercunque.

β. *Folia* haud ſecus ac radix ſub debitâ proportione ac circumſpectione. Hinc ſunt qui ad vitam longam ſumunt *Fol.* ℥ß. cum *aa. ſacchar.* omni manè, quo ſubducitur mucus ſubflavus. Cephalæa quoque contumàx à radice hac auriculæ affecti lateris infixâ curata fuit, ut vidit *Exc. D. Screta*, prolecto inde ſero acriori. Veterinarii cum fructu eam pecoribus infigunt & ſic plures affectus tollunt.

γ. *Extr.* è radice ſpecioſius, mitiusve è foliis ſaltem confectum, & quidem ▽â tantùm ſimplici parùm prius *alkali* ♀*reo* vel ⦶*troſo* exaltatâ: Sic paratum ſub cautâ doſi æquè ſecurum ac operoſiores aliorum præparationes cum ∽u ardenti vel Sp. Vini factæ depurationes: dum verò ſic in ▽ ſimpl. in vaſe aperto infunditur, filtratur, liquor poſt evaporationem aliqualem ſub forma *Eſſ. liquid.* aſſervatur, quæ ad ℨ *j. c. ſyrupo roſar.* datur. *Extractum* verò demum à *gr. xv. ad* ℈ *j.* Vid. *Miſcell. Curioſ. Dec II. Ann. VI.*

6. COLOCYNTHIS cujus laudatur

Extractum vel *ſucco pomor. Boſtor.* addendo fecos cereviſiæ ad fermentio-

nem vel ▽â simpl.alkali ♀rei tantillo ⊕tro carbonibus fixato, ▽fol.♀ri, (quæ ut alcalia texturam resinæ dissolvunt, ejusq; adhæsionem impediunt) prius alteratâ conficiendum, citra subsequam repetitamque cum Spir. Vini extractionem; sic paratum, licèt odorantibus grave sit, operosioribus tamen trochiscis pro *pilularibus* massis confectis in suo genere commodius: hi enim constant ex colocynthide nudâ cum gummatibus combinatâ nec à resinâ viscidissimâ (ex cujus adhæsione tormina & spasmata) correcta, quomodo aliàs ad visciditates chronicorum morborum fomites expurgandas optimum, v. gr. ℞ *Extr. cathol.* ʒß. *colocynth.* ℈ß. *Ol. mac. gt. iij.* F. Pil. 45. *Dos.* 3 5. Sal verò subtile huic admixtum esse docet diffusiva ejus vis, dum patinæ affricatur.

7. MECHOACANNA à Mechoacan in Indiâ occident. aut novâ Hispaniâ dicta, alba, insipida quidem, cujus

α. *Pulvis* ad effectum (jalapâ etiam minorem) producendum requiritur copiosus.

β. *Infusum* solitarium debile.

γ. *Extractum simplex* quovis modo hactenus paratum debilius: adjecto autem ad facilitandam extractionem ♀ro vel ⊕vo fixo coriariorum foetor accersitur. Extractum compositum alterius est prosapiæ.

8. HERMODACTYLUS suspectus, utpote Colchici recentis radice adulterari idoneus. In Pulvere hujus articulorum theriacam neque intus neque applicando quis inveniet.

9. TURBITH sive in substantiâ sive extractum ejus resinosum spectes haud adeò speciale vel mite est, ut parabilius præsentiusque Jalapium substitui nequeat.

10. AGARICUS fungus larici adnatus horrendo sapore in quacunque formâ est tædiosus, nec in eo singulares vires Auctor observavit. Ei tamen adhuc hodie in *Vinis medicatis* locus superest, ubi pectus refertum est viscidiori sero facilè in empyema aut oppletionem vesicularum pulmonalium abeunte; antiquæ etiam tussi sic medetur; Gargarismis etiam additur ubi è glandulis oris lympha prolicienda.

11. RHABARBARUM è China in Turciam hinc Venetias allatas commendatur, cujus

α. *Radix* in suo genere efficax & benigna, maximè in *Chlorosi, Ictero*, at carissima, gustui adversissima, nihilominus in *Dysenteriâ* & *Cholerâ* præsentaneum remedium, portam prius aperiens at postmodum claudens, si ejus ʒ j. vel ℈ ij. cum *Laud. opiat. gr. j. vel ij.* in jure detur, vel cum *spec. diatrag. frig.* vel *pulv. anodyno*: pueris verò cum *aa. sem. papav. alb.* in *emulf. amygdal.* exhiberi potest.

β. *Infusum*

β. *Infusum* nauseabundum: *Anima* verò ejus fit cum *aq. hepat. nob. vel cichor.* cum *ol. Tartari*: cujus *usus* in *scabie, guttâ rosaceâ*, &c.

γ. *Decoctum* debilius. Unde si Syrupis addendum extractio prius facienda aquâ destillatâ & sub finem addenda.

δ. *Extractum* notoriè languidum inque Pilulis molem in Potionibus nauseam verò auget, ob substantiam volatilem facilè dissipabilem.

ε. *Tinctura* haud adeò pollens, ob Spir. Vini acrimoniam corrigentem, præsertim si componatur more vulgato cum *alkali subtriplo vel subquadruplo & aqua* cujusdam *hepaticæ spirituosioris sextuplo*, ut dictum, atque sic vel solitariè usurpetur vel per *aloëticam* aut ♄*alem alkalinam Tincturam* quartâ præterpropter parte exaltetur. Neque enim saltem pro purgandi sed & alterandi scopo Rhabarbarum datur, sic enim fuit Mercator qui rhabarbari usu se à calculo solebat præservare, prout & apud *Scholtzium* ejus usus contulit.

12. ESULA tædiosa atque violenta; quâ tractabilior audit & mitior

13. GUTTA GAMBODIA succus esulæ Indicæ, de cœtero sat vegeta innoxiaque sive inde placuerit

α. Ipsa gutta per se paucis tantùm *Olei destillati* vel *Spiritûs acidi* guttis, consultiùs quàm per operosius Gummi de Peru rosatum aliasvé præparationes alterata. In dosi verò hujus à iiij. ultra vj. vel viij. vel xj. gr. non adscendendum.

β. *Magisterium* commune aut per santalum erraticumque papaver tinctum.

γ. *Pulvis* ad modum pulveris polychresti scammoniati extractus, ac utraque guttæ gambodiæ parte resinosâ scil. & gummeâ constans, unde & acris est & erodens pictoribusque utilis.

In hac guttâ nonnunquam magisterii sive resinæ perparum invenitur, alteraque gummea pars earundem virium deprehenditur. Id quod fortè ob inæqualem in Indiis collectionem exiccationem vel tractationem accidit. Utilis est in Febribus, Ictero, Hydrope, &c. v.g. ℞. *Gumm gutt. gr. ix. Crem. Tartar. gr. xv. Croci or. Cinam. opt. aa. gr. iiij.* Msc. F. Pulv. ℞. *Gumm. gutt.* ℥ß. *Croc. or.* ℈ß. *Spec. diair.* ℈ j. *Sacch. aq. ros. sol.* ℥ iij. F. Morsuli. *Dos.* ℈ß. *ad* ʒ j. ʒ j ß. in *hydrope*. Sic namque & inde fiunt *Pilulæ hydropicæ Bontii*: ℞. *Gutt. gamandr. Aloës soccotr. Gumm. ammon. aa. p. æq. acet. fort.* dissolve, pone in vase vitreo ad solem, fortiterque colatum exponatur rursus, donec contraxerit consist. Pilular. Has ita correxit *Exc. D. Screta*: ℞. ☿ *dulc. mitig.* ʒ *vj. Aloes soccot. Guttæ Gambodiæ, Gumm. ammoniaci aa.* ʒ *ij. Extr. helleb. nigr. Helm.* ℈ *j.* ♀ ♄ *corr.* (vel ☿ *vit. corr.*) ʒ ß. *Ol. destill. fœnicul. gt. xxx.* F. l. a cum Spir. Vini Mass. pilul. *Dos. à gr. viij. x. ad* ℈ *j. Usus* in omnibus affectibus à colluvie serosâ obortis.

Succus Ireos nostr. per residentiam depuratus & cum succi violar. *aa.* v. g. ʒvj. vel ℥j. propinatus *hydropicis*, maximè si simul angustiis præcordiorum laborent, aquam puram evacuat; vel etiam si radix incoquatur jusculo carnis. Palmarium etiam hic est *Rad. bryoniæ* infus. *vino* vel *cerevisiæ* & loco potûs ordinarii bibita, cum purgante ex Jalapa.

Ex *Polypodio Acetum solutivum* paratur in Italia pro condiendis acetariis ad alvum lubricandàm: ℞. *Polypod. quern.* ℥ i ß. *Fol. Senn.* ℥ ß. *Passul.* ℥ *j. Cinamom.* ʒ *ij Acet. opt.* ℔ *ij*, Coq. ad quart. part. sunt consump. Colet. pro usu dicto.

Syr. de spinâ cervin. huc referendus, tenellis non ablactatis blandè evacuat meconium, & si ei addantur alkalina absorbentia sistit tormina; verb. gr. ℞. *Syr. de spin. cerv.* ℥ *j. rosat. sol.* ʒ *ij. Ocul. cancr. præparat.* ʒ ß. *Corall. rubr. præpar. gr. xij. Spiritus anis. par.* M. Sumantur aliquot cochlear. Sed quia subinde feces excretas colore viridi nigrescente tingit, pharmaco nemo se decipiat, id quod in Anglia ex incuria in officina pharmaceuticâ cuidam Germano contigit.

14. EUPHORBIUM ex sauciata Lybica ferulâ emanans malignitatem suam, nisi corrosivarum partium abstractione, non exuens, intus nullatenus tutum, *Errhinis* verò commodius si scil. *Euphorb.* ʒ ß. in *Aqua simpl.* ℔ß. coquatur & de Colatura quippiam illinatur vel attrahatur. Hæc Colatura *inspersionibus* quoque *Chirurgorum* in corruptelis ossium aptè ingeritur.

15. ELATERIUM succus cucum. asinin. acre satis ac virosum etiam dum correctum vel extractum exhibetur: fermentatione tamen succi extractum mite purgans obtentum, *rob.* sc. ex inspissat. amarissimum ad gr. xxij. sine noxa sumendum.

16. *Lathyridis* ac *Ricini vulgaris semina*, *Granatilli*, *Mezerei grana* ac Folia violenta satis nec sine periculo in usum trahenda.

17. Inter violenta ac mortis Catapultas recenset Auctor *Pil.* de euphorb. mezer. fœtid. maj. expressum arillarum Sambuci *oleum*; Frangulæ *corticem*, Nicotianæ *infusum* vel *decoctum*, cujus tamen aliàs extr. Spir. Vini factum, & in pilulam ore detinendam redactum, lympham ⊖ ivalem copiosè elicit.

18. Myrobalanorum 5. genera *effœta*, languida, cum eorum extractis, conditis brodiisq; item mucosum *Carthami* ac *Psyllii semen*, *Epithymum*, *Cuscuta*, *Polypodium* etiam speciale nonnullorum & Antiquorum quernum. *Fumaria* pridem à purgantium contubernio exclusa. *Flores* verò *acaciæ* cum *absynthio* mistæ in nodulo, conducunt cachecticis, tumidum ventrem habentibus.

19. Inter *exoleta* recenset Soldanell. Sarcocoll. Opopon. ac Sagapenum; ut & omnes Purgantium laboriosas nullâque proportione constantes compositiones, sive sint *Pilulæ* numerosæ, Pulveres ingrati & species, Electuaria

ctuaria adversissima. Syrupi supervacui; Quan verò unicum purgans seorsim aut cum accessorio commodiori sine tot exosis massis, dari nequivisset? Excipimus tamen ex Electuariis gustui adversis Hieram picram Galeni ceu quâ obstructiones alvinas pertinacissimas, instante Ileo, solutas novimus, cum exclusione muci summè viscidi & tantum non gummei, verb. gr. ℞. *Elect. hier. picr. Gal. Terebinth. limpidæ vitello ovi sol. aa* ℥ ß. *syr. rosat. sol. simpl.* ℥ j. *Aq. chamomill.* ℥ ß. *vel q. s.* Mſ. F. haustus. Potenter enim incidunt & detergunt ejusmodi resinosa & gummosa, velut etiam ex Gummatibus præter Galbanum egregium est ✱*cum* in incidendo & attenuando muco viscido in intestinis stabulante, pilulis sociatum & per se in forma liquida usurpatum, quo in casu quidem ructus inducit, valdè tamen efficax est, v. g. seq. *Ettmylleri* ℞. *Aq. menth.* ℥ j. *Gumm. ammon acet. vel Vino sol.* ℈ j. ♀ri ⊕lat. ℈ ß. *Scammon. præpar. gr. ij. Syr. rosar.* ʒ *iij.* M. Est quidem hæc potio amaricans, at miratus fuit *Ettmyll.* quantas sordes viscidas evacuerit & quam egregia in *malo hypochondriaco* fuerit.

20. Tandem ad usitatiora, convenientiora, speciosiora accedit Auctor, aliquas *Purgantium remediorum Formulas* ceu longè aptiores diffusis illis Dispensatoriorum compositionibus in medium proferens; v. g. ℞. *Pulv. rad. Jalap. p. iiij. ut* ℈ *iv. Magist. scammon. vel jalap. p j. vel* ℈ *j. Ol. nucist. expr. vel pulv. nucist. pauxill. gr. xv.* Mſ. F. Pulvis pro 5. vel 6. *dos.* Vel in *febrilibus dispositionibus*, iisque qui facilè mobiles sunt, addere licebit *alkalinum* vel *tartareum* aliquod; verb. gr. pro *Tertianario*. ℞. *Jalapp. pulverisſ. p. ij. vel gr. xij. ad xv. Antim. diaphor. non edulc. p. j. vel gr. vj. vel viij.* (quod ⦶tri partum continet.) M. ℞. *Tartari puriss vel Crem. Tart. vel Tartari* ⊕*lat. Jalap pulv. aa. p. ij. seu aa.* ℈ ß. *ad gr. xij. Mag. scammon. p. j vel Pulv. polychr. scamm. gr. v.* M. F. Pulvis pro j. dosi. Si in dosi minore velimus dare, ℞. *Pulv. jalapp. gr. xij. Scammon.* ♀*rat. gr. iij.* ⦶ *puriss.* (hoc enim impedit flatuum potentiam) *gr. vj.* M. pro 2. dos. ℞. *Arcan. duplicat. gr. xij. Scammon.* ♀*rat. gr. ij. Extr. troch. alband. gr. j.* M. F. Pulvis. Nota 1. Scammonio addendum esse stimulum ♀reum & præsertim ♀rum ⊕lat. aut ⦶ ⊕*latum*. 2. Quotiescunque *Resina Jalapæ* vel *Scammon.* præscribitur nunquam in jusculo pulvis sumendus, quia mox *resina* rursus concrescit & fundum vasculi petit & præcipitatur. Atque sic scruplari vel ℈ß. dosi longè compendiosius jucundiusque, certò quoque atque tutò unâ vel alterâ harum formulâ noxios purgabimus humores, quàm si famosissima Dispensatoriorum cholagoga, melanagoga, panchymagoga &c. ad humorum internecionem & palati vexationem in usum vocemus.

21. Sic pro tenerioribus & hypochondriacis quis facilè *Pilulas* parare poterit, si ℞. *Jalap. pulver. Pulv polychrest. vel Mag. scammon. aa part. æq. Cum Aloës depurata* diluto vel *Elix. propr.* in *Massam* & *Pilulas* coërceat.

Vel pro robustioribus vel delirantibus ℞. *Pulv. Jalap. Mag. Jalap. vel scammon. Extr. colocynth. helleber. nigr. vel Aloës depurat. aa. omnium p. aq.* Misce F. Pilulæ. Si aloë substituatur *Extracto helleb. nigri*, dosi majori poterunt assumi. ℞. *Extr. hellebor. nigr. gr. xv.* ☿ *dulc. gr. xij. Extr. troch. alhand. gr. j. vel ij.* Cum *Essent. myrrh. q. s.* F. *Pilul.* in pertinacibus morbis utiles: Sic in morbis deploratis: ℞. *Mass. pilul. Ruffi* ℥ j. ♁ *diaphor. Gumm. guajac. aa.* ℥ß. Cum *bals. Peruv.* F. Pil. Dos. ℈ j. per 30. dies. *Pilularum polychrestarum* descriptio seq. est: ℞. *Gumm.* ✱ *ci præparati* ʒ ij. *Aloës soccotr.* ʒ j ß. *Extr. panchymag.* ℈ ij. *helleb. nigr. gentian. enul. camp. aa.* ʒ ß. ♀ ⊕ *lat.* ⊖ *absynth. Limat.* ♂ *cum* ♀ *præpar. & Spir. vir. aris irrorat. & siccat. Fl: cent. min. Myrrh. el. aa.* ℈ j. *Croci opt.* ʒß. *cum Syr. rosat. sol. comp.* F. Mass. Pil. ex ʒ j. num. xxvij. formando.

22. Si quis vellet *Morsulos* illi in seq. modum parari possent: ℞. *Mag. Scammon. vel Jalap q. s.* ad normam proportionemque *Confect. diacitri solutiva* admodum egregiæ. Vel ℞. *Pulv. rad. Jalap. Acidi Tartar. aa. p. aq.* Cum *mag. scammon.* quartâ vel tertiâ p. p. parte ac *confect. diacitr. solut.* nullo negotio consiunt *Morselli oleoso corticum citri succo* desuper si lubet, postmodum conspergendi. Item ℞. *Pulv. laxat. veg.* ʒ ij. *pulv. polychr. seu res. scamm Extr. rhabarb. aa.* ℈ j. *Tartari* ʒ j. *Sacchar. in aq. fl. acac. sol. q. s.* F. Morsuli pro 6. dos. Sic fiunt *Manus Christi purgantes*: ℞. *Res. scammon. in Spir. Vini sol.* ℈ j. *Sacchar. albiss.* ℥ i ß. *in aq. ros. sol.* F. *Rotul.* add. *Ol. Cinamom. gt. iij.* Pro scammonio oportet circiter Spir. Vini ʒ ij. & demum additur, quando saccharum jam ad consist. coctum est, rursusque exhalatur. Elegantes etiam sunt *Tabellæ scammoniatæ Sylvii Batav.* ℞. *Cryst.* ♀. ℥ i ß. *Diagrid.* ʒ j. *Ol. cinam. gt. vj sacch. alb. aq. rosar. sol.* ℥ *viij.* F. s. a. *Tabella.*

23. Si verò quis præter spem *Bolum* expeteret promptè concinnare in hunc vel similem modum posset: ℞. *Rad. Jalap. pulv. vel Resin. scammon. aut Jalap. q. s.* Subige cum *nucista parte vel amygdalarum unâ vel alterâ* & cum *conserv. rosar.* aliové domest. condito in *Bolum* redigatur, v. g. ℞. *Res. Jalap.* ℈ ß. *Nucleor. pin. num. xij.* Subige in mortar. add. *Cons. rosar. r.* ʒ j *vel* ʒ *ij.* Cum *sacch.* F. Bolus. ℞ *Cons. rosar. rubr.* ʒ ß. *Res. Jalap.* ℈ ß. *ad gr. xij. Tartari* ⊕ *lat. vel arcan. duplic. Mins. gr. vj.* M. F. *Bolus.* Nota: additur ♀ ⊕ *latus* quia resina est oleosa indeque facilè parietibus intestinorum adhærescendo tormina & in prædispositis hypercatharses potest inferre.

24. Si denique *Potulenta* quis velit, elegans componetur *liquor* è *mag. scammon.* vel *Jalap.* aut utriusque *aa.* simpliciter saltem in *Sp. Vini* mediocriter rectif. duodecupl. *præterpropter* dissoluto; cujus ʒ j. ad ʒ ij. usus tempore per *essent. liquirit.* vel *papav. rhead.* saccharatarum aut *saccharum* satis spissè syrupisatum vel saltem pulverisatum prius edulcata, largiter sed tamen securè purgat, præsertim in difficulter mobilibus, sic ℞. *Syr. rosar. s. s.* ʒ *iij.*

f. f. ʒ iij. *Spir. rosar. gr. vj. Scammon.* ♁ *gr. vij.* M. ℞. *Resin. Jalap.* ℈ß. *Spir. vini aromat. vel simpl: rectif.* ʒ j. *Jul. rosac.* ʒ ij. *vel iij.* M. ℞. *Succin. sol.* ℈ ij. *Res. Jalap. gran. iiij. Extr. rhabarb. gr. xv. Syr. fl. tunic.* ʒ ij. Mf. Poteſt etiam *Res. Jalappæ c. vitell. ovor.* aut *sem. melon.* propinari, item ſub forma *Essentiæ citratæ*, qualem habet *Bartholinus in Epist.* Sic ℞. *Res. Jalap gr. viij. scammon. gr. iij.* Diſſolv. in *vitell. ovi s. a.* adde ♀ri ⊕lat. ℈ ß. ▽ *menth. major. ana q. s. Ol. anis. gt. ij.* M. F. *Haustus.* ℞. *Rob. ebul.* ʒ i ß. *Res. Jalap. amygdal. parùm subact. & trit. gr.* xviij. *Spir. sal. coagul. gr. v. Crem. Tartari* ℈ j. Cum *Syr. domest. q. s.* F. Electuarium in *Hydrope* utiliſſimum.

25. Si aliis liquoribus quis gaudeat, ei poterit ex tempore *Emulsio* parari, ſi *Resin. Jalap.* vel *scammon.* juſta doſis cum duabus tribusvè excorticatis *amygdalis* ac *Aq. rosar.* vel *acaciæ* pauxillo permiſceantur: cujus emulſionis albor *Ess. fl. papav. err.* obtundi poteſt: ſic & additur ad gratiam ejusmodi Lacti amygdalato purganti *Jul. rosac.* & pauxillum *Aquæ cinamom.* pro Nauſeabundis, v. g. ℞. *Resin. Jalap.* ℈ ß. *Amygd. dulc. num. iiij.* Contuſ. affund. *Aq. fl. acac.* ℥ j. F. Emulſ. add. *Syr. viol. purp.* ℥ ß. M. ad vitr.

26. Ita quoque ſi quis Jalapæ ſolitariæ vel quartâ magiſterii utriuſque parte acuatæ doſin *Ess. ribium, berberum*, vel *ceras. saccharatæ* ʒ ij bus vel ʒ iij. cum *Aq. rosar.* vel *fl. acac.* recenter permiſcuerit, nihilo infelicius, certè jucundius clientes ſuos purgabit, quàm ſi electuaria conſueta exhibeat. Quòd ſi autem per Epicraſin evacuare lubet ſequentia *Infusa* laudantur. ℞. *Fol. Senn. d. m.* ʒ vj. ⊕ ♃*iat. fix.* ʒ j. *Rad. ireos Flor.* ℈ iiij. *enul. camp. Cinamom. opt. ana* ℈ ij. Inciſ. cont. aff. *Vini albi ten.* ℥ vj. *Aq. font. vel rosar.* ℥ iij. *Dos.* ʒ iij. vel ℞. *Fol. Senn. s. f.* ℥ j. *Rad. polypod. liquir. ana* ʒ ij. *Flor. violar. stæchad. ana P.* j. *nitr. præparat.* ʒ ij. *sem. anis.* ʒ j. *Cinam.* ℈ j. Infund. in *Aq. & Vini alb. ana* ℔ j. *Dos.* ℥ iv. Sic Galli ſeq. *Ptisanas laxativas* multùm æſtimant, ℞. *Polypod. Senn. ana* ℥ ß. *Tamarindor.* ℥ j. *Flor. ros. rubr. Sem. anis. Cryſtall. Tartar. ana* ʒ ij. *Agaric.* ʒ iij. *Liquirit.* ℥ ß. Coq. in Aq. font. ad ℥ xi. pro 3. doſ. Alia *Ptisana laxativa pro Viris* ita paratur: ℞. *Rad. glycirrhiz. acetos.* ℥ *iij. Fol. senn. Or.* ℥ ß. *Tamarind.* ʒ *vj. Nitr.* ʒ *i ß.* Inciſ. groſſ. inf. in *Aq. font.* ℔ i ß. ſtent per noctem, trajiciantur per linteum pro uſu, Manè ad ℥ iij. poſt 3. horas eadem doſis iteretur Pro fœminis verò: ℞. *Rad. pimpinell.* ʒ *iij. glycirrhiz. ras. Fol. senn.* ʒ *vj. Sal. Tartar.* ℈ *j.* Infund. & proced. eod. m. rubicunda evadit utraque. Nota: Radices non ſunt contundendæ, ne turbida evadat, ſed incidendæ tantùm. Doſis eadem. Datur iis quibus menſes non fluunt, additur ſem. aniſ. fœnic. *ana* ʒ. ß. Aliàs ſolùm *Folia Senn.* thaleri pondere cum *salis polychresti duplo* in duobus vel tribus pintis aquæ font. infundi poſſunt, frigidè ſaltem & expreſſione levi factâ per linteum, ad alvum laxandam propinari. Vid. *Gallou Convers. Acad. T. I. p. 50.* Gratæ quoque ſunt ſeq. Potiones & Infuſa; ℞. *Passul. min. mund.* ℥ ß. *Fol. Senn. m.* ʒ *iij.*

m. ʒ iij. *Rhabarb. el.* ℈ j. *Rad. cichor. sem. fœnic. ana* ʒ j. *Flav. cort. citri rec.* ℈ ij. Coq. in *aqu. font.* per colat. express. ℥ iij. adde *Mann. el.* ʒ vj. *Crem. Tart.* ℈ j. *Essent. citri* ℈ ij. F. Potio calidè sumenda. ℞. *Fol. Senn. m. Tamarind. ana* ℥ j. *Cinam. ac. Sem. fœnic. Sal Tartari ana* ʒ j. Incis. cont. insuantur Nodulo, infund. in *Vini veter. fervefact. M.* j. de quo bonum haustum æger sumat manè vel etiam vesperi. Vel ℞. *Fol. senn. m. Passul. min. ana* ℥ ß. *Prunor. Damasc. enucl. num. x. xij. Tartar. alb.* ʒ ij. *Sem. Fœnic.* ʒ ß. Incis. conq. coq. in *Vini alb. vet. vel aq. font. q. s.* ad ♀ri consumpt. & de *Colat.* remaneant præterpropter ℥ iiij. cui calidè misc. *Sacch. alb.* ʒ ij. F. Haustus calidè sumendus nec ingratus erit.

27. In *Dosibus* laudatorum purgantium Juniores Medicos se circumspectè gerere, nec eas undiquaque indifferenter sectari oportet, sed quid indigenarum ventres valeant, quid ferre recusent, experientiâ prius investigent, prout enim diversorum locorum resnominatur, variant, ita hominum dispositiones diversæ redduntur. Sic *Pilulæ aloëticæ laxativæ* tractibus atque personis cerevisiâ utentibus plerumque convenientiores ac præsentiores observamus, quàm in Oenopotis, velut & in his regionibus sæpius observavit *Excell. D. D. Wepferus Pilulas Francofurtenses* acrium humorum causas existere & ventriculum nimis denudare.

ARTICUL. II.

De Laxantibus.

1. USûs haud contemnendi inter Laxantia sunt *Pilulæ aloëticæ laxativæ* quarum compositio est, ℞. *Aloës selectæ & aquâ simpl. tantùm depurat. inque B. Vap. coagul. q. v.* Cum *Elix. propriet. Par. vel Essent. absynth. aut utriusque ana.* F. Pilulæ ex gran. j. formando præterpropter num. 4. Dos. num. 5. 7. 9. Egregiam in his stimulandi vim reperies, quæ appositissimè brevi ante cœnam vel etiam decubitûs tempore sumuntur; *manè* continuatis remediis ordinariis, *aperientibus, cephalicis, hystericis,* ♂*alibus, Tincturis Essentiisq; appropriatis,* &c. Præstant hæ pilulæ aliis officinalibus *de hierâ picrá &c.* & mediocres naturas citra alterius stimuli accessum sufficienter movent, maximè inter continuationem & assuetudinem, quod si non esset, usurpari etiam possent purgantes pilulæ supra dictæ. Quod si verò activius & minus torminosum esse dicit, ▽â s. potest acuari cum aliquot *granis* ♀ri, vel aliquot *guttis olei* ♀*ri per deliq.* & tum etiam huic extracto addi potest ♀*us* ⊕*latus* vel *Sal essent.* ♀*ri* vel *pulvis rad. ari in umbr. siccat. Excell. D. D. Wedelius* ita Aloën corrigit: ℞. *Aloës succotr.* ℥ j. *Phlegmatis Acet. destillati*

stillati ℥vj. *vel* viij. solv. in calore arenæ, hinc soluta inspissentur; qualiter & fit ejus *Laudanum opiatum*, de quo infrà.

2. *Liquidum laxativum* habebitur, si *dilutum* adornetur *aloëticum*, solvendo saltem superiorum Pilularum aloëticarum massam cum subocluplo ♀ *commun.* aut *essent.* vel etiam 🜄 *fol.* vel *Nitri fixi*, in sextuplo *Aquæ spirituosioris v.g. Absynthii* &c. & habebis sufficienter quidem non tantùm in *Elix. propr. Parac.* cum Spir. vini confecto, sed & quod in aliis elixiribus laxativis quæritur.

3. Præter hæc commendantur meritò in Praxi communi

a. *Infusum fol. Sennæ*, ut supra, paratum, etiam loco Apozematum, addendo ⊖ ♀ri ad meliorem extractionem & correctionem, verb. gratiâ: ℞. *Fol. Senn. d. m.* ℥ iij. *Rad. Zedoar.* ʒ j. ⊖ ♀ri ʒß. *Aq. borrag.* ℥vj. F. Infus. manè factâ leviss. ebullit. in Colat. ℥ iij. Solv. *Syr. fl. persic.* ℥ß. ℞. *Fol. Senn. s. s.* ʒiij. ⊖ ♀ ʒß. *Zingib.* (ceu appropriatum stimulans) ℈j. ʒß. *ad* ʒ j. F. Infus. in ▽ simpl. seu Colat ℞. ℥ ij. iii. iv. adde *Aqu. cinam.* ʒ ij. M. vel si placet, etiam *Syrup. de pom.* ʒ iij. His & addi potest *Rhabarbarum ad* ʒ j. *Hellebor. nigr. rad.* ʒß. Alius Infusa liquida ex *Sennâ* parandi modus hic est: ℞. *Herb. cochlear. incis. Manip.* ß. *ad Man.* j. *Fol. Senn. s. s.* ʒ vj. ⊖ ♀ri ℈ j. *ad gran.* xxv. Inf. in q. s. *Vini albi* (sic hujus acidum coëundo cum ⊖le fixo abit inconcretum 🜄 foliat. simile, corrigens sennam) & *rubr.* stent *in loco* tepido per diem manè ℞. *Colat.* ℔ß. *ad* ℥ viij. add. *Aq. cinam.* ʒvj. ad ℥ j. pro 6. *dosib.*

b. *Pulvis laxans* ex *Pulv. laxat.* vel *Jalap. gr.* vj. viij. vel x vel solitariis vel cum ♀ri *depur.* ℈ j. aut aliis detergentibus salinis pro lubitu sociatis.

c. *Potiuncula laxativa* ex *Jalapii granis* aliquot cum ▽ *rosar. flor. acac.* & *gratis acidulorum fructuum essentiis ad* ℥ß: accedentibus ac interdum solitariè satisfacientibus ♀*reis*, ☿*libus*, ♂*bus* ad *obstructiones reserandas*.

4. CASSIÆ FLORES quovis modo extracti non uno nomine sunt suspecti, utpote nauseabundæ molis, corruptioni obnoxii facilè. Cum aliis tamen lene purgans exhibere poterunt, ut in Hæmorrhoidibus cùm alvo obstructâ, ℞. *Cass. rec. extr.* ℥ß. *Mann. Calabr. Syr. ros. sol. s. ana* ʒ v. *Aq. cichor. q. s.* M. F. Haustus.

5. TAMARINDI sapore quidem accepti sed segnes: melior his Vini Tartarus & parabilior ejus Tartaro, quo potissimùm agere videntur, testante enim Sala concrescunt in ⊖ essentiale Tartareum. ℞. *Tamarind. el.* ℥ß. *Trium flor. cord. ana* P. j. *Sem. 4. frig. m. ana* ʒ j. *Prunor. num.* x. Coq ad ℥ iv, solv. *Cassiæ rec. extr.* ℥ j. *Syr. viol.* ℥ß. F. Potio. Placet & nobis *Electuarium de Tamarindis Horstii in Observat.* sub finem descriptum, item seq. in siccitate alvi: ℞. *Pulp. prunor. Brunens. per cribr. expr.* ℔ß. *Cass. rec. extr.* ℥ ij. *Butyr. rec. non sal. sacchar. ana* ℥ j. F. Elect. addendo si flatus metuantur *Cinam.* vel *Zingib.* parùm.

6. MANNA, quam ex orno & fraxino extillantem *Bartholinus* in Calabria vidit, seu *simplex* seu curiosiùs *Tartarisata*: fortè bilescendo & ☽ potissimùm purgat, æquè ac dulcium fructuum pulpæ; Ignaros saltem copia assumendæ terret. -n-*us manna* -n-tum mellis parabiliorem non superat, eoque Corallorum Tincturam inde parat *Exc. Wedelius*. ♀ri -n-tu autem in plerisq; usibus internis longè est posterior. ⊖ *autem mannæ* quasi essentiale saccharinum nil singulare in se continet; hoc Authori per accidens contigit, dum in syrupiformi mannæ dissolutione tractu temporis sub striis ☽ triformibus concrescebat; hoc ⊖ sive digerendo seu destillando nil singulare præbet. Italis quibusdam in usu est *Manna* clarificata, quam *Aquam Angelicam* vocant: ℞. *Senn. el.* ♀*ri Bonon: ana* ℥ß. F. *Decoct. in q. s. Aq. hord.* add. *Mann. el.* ℥iv. Clarif. h. m. & arom. *Aqu. cinam.* Huic ferè similis *Manna liquida*: *Managetta*, alibi à nobis descripta.

7. DECOCTA, SYRUPI, ELECTUARIA LAXANTIA alia quibus passim dispensatoria adimpleta extant, meritò floccipendenda, ac si *Senna, Rhabarb. Agar.* virtutes communicari nobis nequivissent, nisi per diffusissima illa vehicula. Verùm quia sæpius dandum aliquid ægri palato ejusmodi compositiones necessariæ; velut seq. *Syrupus rosat: compositus* Basil. usualis est: ℞. *Fol. Senn. el.* ℥vj. *Rhabarb. opt.* ℥ij. *Agaric. rec. troch.* ℥j. *Cinam.* ℥ß. *Zing.* ʒij. *Infus. rosar. sacchar. ana* ℥xxxij. Fiat sec. art. *Syrup. Dos.* ℥j. ℥jß. ℥ij. citra molestiam etiam pueris & delicatulis alvum subducens. Aliàs tamen juxta Auctorem *simplex Mel* ac *Syrupus violar.* & *rosar. solut.* non adeò innoxia præsertim in febrientibus atque lactantibus, inter tot his colicisque longè tutiora abstergentia, alterantia & subducentia. *Syrupus* tamen *fl. pers.* ad infantum vermes blennamque intestinalem detergendam inter euporista referendus; Iis etiam plerunque seq. mixturæ *ad cochl.* ij. exhibitæ proficuæ sunt maximè si venter tumeat, cachexiâ quacunque laborent, vermibus infestentur & tussim contumaciorem habeant: ℞. *Syr. flor. persic. ros. sol. comp. Scelotyrb. ana* ℥ij. *Aq. fl. acac.* ℥j. M. ℞. *Syr. flor. persic. aperit. Mind. Scelotyrb. ana* ℥ij. *Aq. meliss.* ℥j. M. ℞. *Syr. fl. persic. aperitiv. Mind. Scelotyrb. Rosat. sol. comp. ana* ℥ij. *Aqu. fl. tiliæ* ℥j. M. Vid. Excell. D. *Screta Tract. de Febr. castr.* Aliàs

8. Pro INFANTIBUS qui requirit laxativum, is omissis saccharinis in p. n. amarorem vel acorem (præsertim in lactentibus, febricitantibus aut torminosis) convulsiva mala inducentem plerumque abeuntibus, conficiat sibi *Pulverem laxantem* seq. ℞. *C. C. philos. calcin. p. iij. Jalapii pulv. p. j.* M. *Dos. gr. j. ij. trimestribus* sæpe *iij.* Vel etiam quia amarorem minus animadvertunt *Pilulam aloëticam* integram vel dimidiam in lacte materno solutam infanti propinet, ex quo salubrem atque egregium experietur effectum. Aliàs *Dosis Jalapæ* pro *Infantibus* pro annorum ætatisque ratione exhibetur,

hibetur, tot scil. grana præterpropter quot annorum Infantes sunt: v. gr. ℞. *Pulv. Jalap. rec. Tartari ana gr. vj. vel vij.* M. Detur Infanti 6. annor. in vehiculo jusculi calidi, & ita sine molestia purgabitur. *Pulvis laxat.* pro Infant. *Exc. Wedelii* fit ex *mechoac. alb. trid. Florent.* ♁, *diaph. ana gr. j.* addito parum *Cinnab. nat.* in Epilepsiâ, cui & Syrupus misceri potest, cum quo etiam utiliter cum *pulv. rhabarb.* datur, vel *Trochisci hermetici Excellentiss. D. D. Screta* ℞. ☿ *dulc. opt.* ℥ß. *Scammon. opt. gr.* xLviij. C. C. *philosoph. præpar.* ℈ij. *Cinnam. ac.* ℈j. *sacch. alb.* ℥ß. *Cum mucil. gumm. tragac. & cond. ros. r.* F. *Troch.* num. Lxiv. fabæ magnit. æq. *Dosis Infanti unius anni num. 1. bimulo vel trimulo 2. quatuor vel quinque annorum 3, decenni 6. &c. vel per se vel triti in pulticulâ.*

9. Prægnantes passim purgantibus plerumque supervacuè tentantur, cùm totum id opus longè compendiosius, securiusque solis *præcipitantibus, anodynis, hystericis* aliisque specificis temperatioribus sub paulò circumspectiori methodo absolvi possit. Quod si tamen necessum foret laxativum, Pilulæ aloeticæ, ni hæmorrhoidum tumor obstet, vel commodè admodum *Infusum Sennatum* (*Rhabarb.*) cum crem. Tartari exhiberi poterit. Atque hæc de *Puerperis* quoque intelligenda, quibus, ut & hypochondriacis inprimis fortiora purgantia non conducunt, sed seq. proficuum: ℞. *Passular. min. conquass.* ℥ *j. Aq. font. q. s.* Bulliant, Colat. ferventi infunde *Fol. Senn. f. f.* ʒ *ij. vel* ʒ *iij. Crem. Tartari* ʒ *j.* Stent in loco tepido ad refrigerationem; Colat. ℔ j. Detur. Hujus haustulus ad ℥ias aliquot sumptus suavissimè laxabit.

ARTICULUS III.

De Purgantibus externis.

1. Clysteres in affectuum reapse curabilium medelam vix alii quam emollientes ac anodyni (pro diuturnioribus scil. alvi obstructionibus, immaniorique dolore nonnunquam sic placando) requiruntur; qui facilè è domesticorum miscelâ parari possunt, intermisto vel incocto saltem aliquo è nostris catharticis citra Officinarum Cass. extr. mel ☿le, hieras, electuaria & ejusmodi pretium quàm virtutem magis augentia. Auctorem hinc hac in re sequutus *Excell. D. D. Screta Scaphus.* qui praxi edoctus est, scybala in intestinis tenacius hærentia & flatus *incarceratos* à solâ *Lactis* aut *juris* injectione educi, illisque clysteribus quibus purgantia immiscentur sæpius majorem ventris inflationem causari, nec diu retineri. Insuper tamen *Clysteres acres* irritantes in spiritum narcosi utiles, v. g. ℞. *Rad. Imperat. Lil. alb. ana* ʒ *vj. Cort. lign. guajac.* ℥ß. *Herb. majoran. betonic. ana* Mß. *Flor. chamomill.* M j. ⊖ *cardui bened.* ℈iiij. Coq. in *Vino alb.* sub finem adde *Pulp. colocynth. in nod. lig.* ʒ *j.* In *Colatur.* ℔ j. dissolv. *Mell. squillit.* ℥ *j.* *Elix. vit.*

Matth. ℥ß. *vel* ℥ j. *Spir.* ✱*ci* ⊡*fi* ʒ ß. *vel* ʒ j. *Lenes* verò blandè refrigerantes, humectantes conducunt in ſpirituum fervore, & incitatione verb. gr. in *Febribus ardentibus* ex *ſucco cucurbit. cucum. melon. Lacte ad* ℔ j. add. *Camphor.* & ⏀ *ana* ʒ j. laxat enim & ardorem qui eſt in inteſtinis extinguit. Sic & in *Nephritico* dolore inſigne levamen afferunt; v. gr. ſeq. ℞. *Rad. polypod.* ℥ j. *alth.* ℥ ß. *H. pariet. heder.* ▽ *ana M.j. Cerefol. melilot. ana M*ß. *Fr. alkeki* ʒ vj. *Jujub. Caricar. ping. ana* ʒ iij. F. Decoctio in *Aq. fontan.* ℞. ℥ viij. add. *Caſſ. pro clyſt. Ol. amygd. d. ana* ℥ j. *Scorpion.* ℥ ß. *Terebinth.* ℥ ij *Sacch. Thom.* ʒ vj. *Butyr. rec.* ℥ iß. M. F. Clyſter. *Tabacinus Clyſter* inter experimenta curioſa locum invenit. Anglis uſualis in Colica. Verùm etiam ex ipſa Nicotianâ decoctâ parari poteſt Clyſter talis: ℞. ⊡ *hom. ſani vinum bibent.* ℔ i ß. *Nicotian.* ℥ ß. Bulliant ſemel, add. *Ferment. panis* ℥ ij. diſſoluta injiciantur calidè; poſſunt & addi *Vitell. ovi, Butyr.*

2. SUPPOSITORIA format uſitatè materfamilias è *lardo, ſapone, candelæ fruſto, adipe, ficu* & potiſſimùm triviali *melle*, quod etiam dum opus vel *Jalapæ pulv.* vel ⊖ *le toſto* vel gemmæ ſufficienter acuitur: ſic quæ ex *Alumine* formantur in certis circumſtantiis proſunt. *Globuli* item *è fermento acriori* parati & *oleo* prius illiti. Qui verò hæmorrhoidibus laborant, utantur hocce: ℞. *Butyr. rec. lot.* ℥ ij *Vitell. ov. num.* j. *Croci pulv.* ʒß M. probè & fruſtulum intrudatur. *Globuli moſchati* oleo illiti quoque proſunt.

3. *Cataplaſmata emollientia, calida vapor, Oleum ſambucinum expr.* ſimpliciori ſæpè ratione alvum ſolvunt. *Oleum epomphalinum* Fioravanti ex *Aloës* ℔ j. *Myrrh. el.* ℥ j. per retortam, ex arena deſtillatum, umbilico inunctum, in alvi pertinaciſſimâ obſtructione, mirificum eſt, vel ℞. *Ol. abſynth.* triplici infuſione parat. rutæ ſimiliter parat. *ana* ℥ j. *Aloës hepat. Myrrh. ana* ʒ ij. *Eſſent. min. gentian. ana* ʒ j. *Fellis boum inſpiſſ.* ℥ ß. *Ceræ parum.* F. *Unguentum*, umbilico inungendum, præſentibus maximè vermibus.

4 ODORES indirectè tantùm aliquos ob nauſeam movent. *Auctor* potentiſſimorum quoque catharticorum extractiones in hypocauſto tamdiu exhalantes habuit, nec tamen quicquam unquam inde ſenſit, dum verò alia medicamenta tractantur, multùm alterant, ceu quendam deſtillatione ~uum volatilium à dolore ſtomachi conſueto liberatum novimus.

5. Infuſorum in venas certior adhuc exſpectatur experientia. De iis legi meretur *Fracaſſatus de Cerebro ad Malpighium* & *Ettmyll. Chir. Infuſ. Bartholinus in Anat. reform.* pororum deſiderat conſenſum.

ARTICU-

ARTICULUS IV.
De Vomitoriis Vegetabilibus & Animalibus.

1. VOMITORIA qui è Regno Vegetabili sollicitè quærit, Antimonialium præstantiam & securitatem datâ operâ ignorare velle videtur, quæ tamen pusionibus aliquot tantùm dierum aut septimanarum suffocativi quid patientibus innoxiè dantur: Timidiusculi autem ex *Irid. Florent.* pulv. ad gran. iij. vel iv. exhibitione in Infantibus effectum percipiunt. Sic & in retentione secundinarum Emetica prosunt, teste *Dn. Barbayrac Medico Monspel.* juxta sternutatoria & Injectiones ex rad. aristol. gentian. &c. Imò idem in statu pleuritidis ea exhibere haud veretur, quod tamen magis ab initio conveniet juxta *Rulandum, Riverium*, aliosque.

2. ASARUM in substantia atque *Infusa* satis exercet sumentes; sæpè turbat tantùm & parùm promovet (ni antimonio stimuletur) ejus extractum quovis modo paratum. Decoctum aliàs deses, deperditis particulis ♀ reosalinis volatilioribus. Diasarum antiquarium jam est. Ex *fol. & flor Gratiol.* cum sacch. fit *Conserva*, in *Intermitt. à ʒ j. ad ʒ ij.* danda. *Extractum* ejus in *Anasarcâ* quorundam arcanum est.

3. ELLEBORUS ALBUS virulentus; Correctio ejus maximam partem superficiaria; vixque mitius extractum seu æquè ac confusè quorundam compositum. Laudamus nihilominus Oxymel helleboratum *Gesneri*.

4. *Oxymel de Peto simpl. & comp.* nunc propter alia jucundiora supervacuum.

5. *Decoctum* quoq; *Infusumq; Tabaci* semirusticum est, prout & hinc capitis ventrisq; litus, sic enim dum ad tineam capitis adhiberetur dolorem obtusum, salivationem fortem, difficilem respirationem cum tussi ferina, motibus convulsivis oculorum & oris oborta novimus: adde huic medicastrorum *Ol. arillarum Sambuci* &c.

6. *Gemmæ ebuli* ac *sambuci* plerumque nauseæ tantùm (etiam in acetariis) sunt creatrices, imò inde hydropicum gibbosum, dum in statu reconvalescentiæ esset, mox inde suffocatum novimus: sic & *Flores* quibus vinitores alicubi Vino muscatellinum saporem, at manè non sine crapula, conciliant, verb. gr. ℞. *Flor. Sambuc. part. ij. Herb. basilic. p j. Sem. coriandr p. iij.* Incis. conr. insuantur sacculo ad mustum. Huc verò refer *Species pro Vino rapisato* dicto ad Mensur. xxx. ℞. *Cinam. Rad. enul. sem. anis ana* ℥ß. *R. Ireos Flor.* ʒ *iij. Zingib.* ʒ *j.* Concid. & cont. omnia grosso modo.

7. Reliqua perfrequens exspectationis frustratio hodie (nisi quidem aliqui talium consarcinatione ingenium ostentent) penitus expunxit; v. gr.

Raphani succum (qui tamen aliàs experimentum est *Herlicii* ad alleviandum partum, nimirum ℞. *Cort. raph.* *☿lis herb. ana* ℥ *j. Croc. gr.* iv. *Caff. lign. pulv.* ʒ *j. succ. sabin.* ʒ *j.* hæc contusa liga in nodulum, quo collum matricis inungatur) *& semen*; *Atriplicis sem.* & *rad. Melonum, Cucum. Cyclaminis radices, Juglandis cortices*, ejusque diffusæ molis julos. Quæ ex *Anim. Regno* petuntur, ut *rasura Unguium* (quæ aliàs ubi mineralia nil faciunt, à *Cardilucio* laudatur) *Saponis* in jusculo frustum; *Ova formicarum* (quæ ad ℈ j. sumpta flatus conciliant non retinendos) *Barbiq; piscis ova, stercora diversorum animalium aut proprii sympathetica tractatio* &c. sordida sunt aut temulentorum vexationibus quàm comptæ Medicorum praxi convenientiora. Vide tamen *Regn. Veget. Cap. L.*

ARTICULUS V.
De Catharticis Mineralibus.

INter hæc primò occurrit ANTIMONIUM quod emetica dat præsentissima, sed vehementiora, quæ non attingemus, & securiora, quæ nobis optima, quorum

α. CROCUS METALLORUM tantùm vulgaris cum Nitri ana detonatione atq; edulcatione facilè parabilis, absque sale communi aut tartaro, cùm sulphurearum particularum sat pro deflagratione reperiatur, nimirum in hac 🜍 ♁ii inflammatur. 🜕 hoc cum sulphure antimonii figitur in alkali & hoc elicit sulphur antimonii, unde materiæ hujus rubedo. Crocus hic ope nitri pene fit cicuratior *ophtalmicis* aliisque chirurgicis topicis haud inutilis: usibus tamen internis in substantia minus accommodatus. Alkali absynthiacum, nitrum seorsim prius fixatum vel arcanum duplicatum curiosè quidam in Croci præparatione requirunt. *Nitrum fixum* gratis quasi suppeditat, dum nimirum ex aquâ edulcorationibus illis imprægnatâ & evaporatâ aliquantulum colligitur, quod alias vocatur *🜕um ♁um, Lapis prunella antimonialis, Anodynum minerale*; quandoque in clysteribus stimuli loco non infrequenter additur & optimum est febrifugum.

β. TARTARUS EMETICUS præparandus ad modum quem in *Regn. Min.* tradidimus, usûs polychresti, ceu & *Excell. D. D. Screta* Maniacum eo restituit in aqua gelida ad *gran. v.* tutiorque is est helleboro, ceu qui convulsiones inducit, maximè jejuno ventriculo datus, unde ante hunc prius omasum coctum vel intestina cocta danda. Quod si nimis operetur, detur Spir. Vini vel *aq. cinam.* cum *aq.* vel *essent. theriac.* non camphorat. unde fit liquor albicans, addito etiam anodyno, Quod si torminum vehementia

vomitoria

vomitoria & purgantia sequantur ℞. *Aq. menth. p. ij. cinam. p. j.* -⌒- ⊖*li ad grat.* M. Sumantur cochl. aliquot.

γ. OXYSACCHARUM EMETICUM è liquidis ex *croco* & *aceto* eleganter paratur, de quo vid. *Regn. Miner. Sect. II. Cap. IX.* In *febribus intermittentibus* utilissimè ejus datur ʒß.

δ. *Sal culinare*, ubi nullum aliud ad manus est, etiam utiliter exhibetur pro vomendi scopo in *Apoplexiâ*, v. g. aliisque casibus subitaneis.

Hæc de Vomitoriis subsequuntur PURGANTIA MINERALIA per inferiora inter quæ est:

1. MERCURIUS DULCIS ex ☿ ♎ti & ☿ crudi (qui amalgama liquidum est) ana semel tantùm sublimatus (nisi quibus dum jam ascenderet, sub ipso sublimationis actu compendiosè bacillo ferreo denuò detrudere placeat) calidâque pòst elotus.

Nota 1. Qui venale ♎*tum probum* (aut per olei tartari guttulam subsequâ *flavedine*, non verò *nigrore* prius ab arsenicali contagio pro recepto more distinctum) hîc adhibuerit producto suo non diffidat.

2. ♎tionem *reiteratam* 4. 5. 6. eum puriorem ac securiorem reddere, quicquam hîc *Autor* dicat.

3. Sic paratum ac circumspectè vegetabilibus mineralibusque v. g. *Jalap. scammon.* &c. extimulatum, quorundam catharcticorum mineralium vicem sat commodè suo modo supplere, ut proin non amplius opus sit secundùm *Auctorem* ARCANO CORALLINO, quod ita fit: ℞ ☿ *viv. opt. purg.* ℔. *j.* -⌒- ⏀ *rectificatiss. tantundem* in quo ☿ solvatur & à soluto -⌒- ⏀tri abstrahatur ad siccitatem in arena per retortam, ☿rio in fundo retortæ ⩧to recentem -⌒-um ⏀tri affunde & abstrahe, tertiâ vice iterando, ignem fortissimum tum substernendo, ut plerique -⌒-us corrodentes expellantur, postea exime ⩧*tum* tuum frangendo retortam, cui super porphyritide subtiliter pulverisato commisce ⊖ ♀*ri puriss. & ficciss.* ℔ *j.* mixturam in cucurbitâ per octiduum in digestione ponito in balneo cinerum aut arenæ, postea affunde *Aq. font.* q. s. & si portio ☿rii recruduerit à reliquo ⩧to separetur, exicca rursus ⩧tum, novum ⊖ ♀ri addendo, eodem modo ut supra, idque tertiâ vice, postea ⩧tus hic prius in porphyritide lævigatus, cucurbitæ aut retortæ indatur & infundatur ▽ *albuminis ovorum* ad siccitatem ⩧tati, idque septies iterando, semper novam aquam affundendo, postmodum de hoc ⩧to quoque septies *Spir. Vini rectificatiss.* abstrahitur, semper novum affundendo, & habebis pulverem hepatis colore splendentem & securissimum, qui facilè vices Arcani corallini *Helmontii* supplebit. (*Aqua albuminis ovorum* parergon erit, cum præparatione olei ovorum expressi, ad duritiem enim coctis ab ovis separamus albumen cum putamine, quod omne deinde per retortam ex arena destillamus & rectificamus, ad reme-

dia ☿lia-

dia ☿lia sat bonum correctorium.) *Dosis* heroici hujus remedii est *gran.* iij. iv. v. estque insigne in *Lue Venereâ* pellendâ remedium ceu non minus insignem laudem meretur *Arcanum corallinum* apud *Digbaum* in *Medic. experim.* speciatim in *Auror. Chym. Part. III. Cap. II. S. 8.* Valet & ob fixitatem ☿lem in *Hydrope, podagrâ*, &c. Vid. *Regn. Miner.*

2. TURBITH MINERALE, (de quo vid. itidem *Regn. Min.*) vehemens satis est, unde si loco ejus mitius desideretur remedium, parari poterit emeticum seq. ℞. *♀ri emetic. vel ☿rii vitæ corr. dosin dimid.* Cum proportionata dosi *☿rii dulc.* exhibeatur. De hoc ☿ vitæ refert *Scharfius de Junip. p. m.* 180. eum absque vomitu moto sudorem summo cum levamine induxisse. Sic & *Agricola Comment. in Popp. p. m.* 154. laudat summopere *Pilulas catholicas* seq. ℞. *Extr. belleb. nigr.* ℈j. *aloës* ʒß. *panchymag. Croll.* ℈j. *♀ri* ⊕*lat. cryst.* ℈ij. *☿ dulc.* ℈ij. *vitæ* ℈j. M. Pil. Dos. à gr. xv. ad ʒj. Dictum verò, ☿ vitæ ut ut sit vomitivus, tamen si cum duplo vel *ana ☿rii dulc* misc & probè agitetur, blandum evadere purgans, ob hujus ♒m acidum qui figit ☿um vitæ, ut aliàs hoc ei demitur per lixivium ⊖ ♀ri, qualiter in hydrope utilissimus audit, sic namq; etiam ope ⦶ cicuratus in *universale purgans* abit: ℞. ⦶ *puriss. p. iij.* *☿ vit. p. j.* fluat ⦶ in tigillo, ei successivè adjiciatur *☿ vitæ* & observabis fumum ♁eum ⦶umque colorabitur colore aureo ex ♁re ♁ii resoluto, postmodum massam refrigeratam cum ana ⊖*is commun.* misceto. & in mortario vitreo per mediam horam terito, ita enim partim per ⦶, partim per ⊖ *comm.* infringitur nimia acrimonia & volatilitas ♁tis & ⊖is ♁ii, & desinunt in mite purgans, postquam omne ⊖num per pluviam abstuleris. *Dos. à gr. iij. ad viij. c. Conf. ros. pall. vel Mic. panis vel cum solut. Gumm. tragacant.* in *Pilul.*

3. ☉ *fulminans*, recens etiam nec adeò subitò repercussum vel nimiopere edulcatum in Tympanitide nil, in hypochondriacorum torminibus parùm profectò præstat: In ardentibus ad diarrhœam inclinantibus alvum præter intentionem ac sæpè funestè movit, ut dictum in *Regn. Miner.*

4. *Catharticum* ☽*teum* admodum deses est; ☿rio consociati crystalli ☽res justo sunt vehementiores. Sic namque inde velut explosione sclopeti præcedaneâ auditâ hydropem solutum novimus.

5. ⊕*la* multis modis parata privatæ potius curiositatis quàm dispensationis publicæ sunt. Unde ⊖ ⊕li vomitivum à ♀re, secundùm *Etmyllerum*, ventriculi tonum destruit, imò si plicis ejus se insinuat, nauseam pertinaciss. & immanem vomendi conatum infert: maximè si ex attracto in ventriculum 🜂re in ⊕lum perfectum redeat. Huc refer & *magist. lap. calaminaris.*

6. Quæ è ♂*te* vel ♂*tis* ⊕*lo* genuino non ♀reo concinnantur scil. præcipitantur, magisteria etiam florum titulo inter purgantia recensita nil etiam sub diffusiori dosi agunt.

7. ⊖

7. ⊖ ♂*tis purgans* à ⊙ *flor. armoniacalium* ♂*lium* extractum acuens tantùm est ingratumque saporem purganti accersiti.

8. *Lapis armenus* vel potior *Lazuli* per se innocens adeoque supervacuè lotus aut ustulatus inter purgantia locum haud meretur: Tinctura seu color eorum ac effosio è fodinis certis monstrat progeniem eos debere æri, ut & patet ex eo, quòd eodem modo turbent corpus ut æs. Laudantur tamen à *Martinio* in *Hebdom. Med. Pilulæ de Lap. Lazuli* in affectione hypochondriacâ, de quo in *Regn. Miner.*

SECTIO II.

DE DIAPHORETICIS.

ARTICULUS I.

De Diaphoreticis Vegetabilibus.

I. ANTIVENEREA

1. *China* (ob accidentarium plerumque effectum è *bardanâ* quoque vel *pentaphyllo. scabios.* miliive Ambrosiano decocto similiter habendum) ad hyperbolen olim commendata, in lue parùm potest. Aliàs tamen in Biliosis acrem & calidum sanguinem habentibus præ Guajaco prodest, diluit nimirum *China* serum acrius & acidius, ceu & hinc bibulis hypochondriacis præscribitur: *Radix caryoph.* vel *asclepiades* eadem vel majora præstat secundùm inquilinorum amatores.

2. *Sassafras* similiter, sed pro *catarrhalibus Tincturis* & *Infusis* haud ineptum, unde ejus decoctum in affect. hypochondr. hyster. & colicâ ob ⊖ △le oleosum, anodynum & vim diureticam multum prodest, ut & in tenui catarrho. Quare commendanda *Essentia Lignorum* seq. ℞. *Ras. lign. sassafr.* ℔ *ij. Sanct. iij. Rad. Chin. Salsapar. ana* ℔ *j. Irror. Spir. Vini* ♀*sato*, dein add. *Summit. fumar. Fl. sambuc. ana M ij. Sant. rubr. q. v.* Tandem omnia inf. in *Sp. Vini rectif.* & ♎*u Serpill. ana q. s.* digere & ♎um seu Essent. abstrahe, ad usum asserv. *Usus* in *scabie, cachex. lue* ♀*eâ, anasarc.* & *morbis chronicis pituitosis*. Aliàs ejus

α. *Extract.* inter vegetiora æquipollentia remissius.

β. *Oleum* tædiosum.

γ. ∽ *abstractitius ardens* peculiare quid præstat.

3. *Ebeni decoctum* experientiâ nondum confirmatum, licèt à prædicatore Judæo adeò laudetur. In Lue ♀reâ *Decoct. Saponariæ* vel *Buxi* lign. optimè valet, quamvis hujus *oleum* æquet *Ol. guajaci*.

4. GUAIACI *decoctum* simplex paucis tantùm competentibus vegetabilibus sociatum præstans est remedium, v. g. ℞. *Rasur. lign. Guajac. rad. salsapar. ana* ℥ij. *Chinæ, lign. sassafr. ana* ℥j. *Magnes.* ♄ *vel miner.* ♁, *passul. min. ana* ℥ ij *sem. fœnic.* ʒij. Incis. cont. coq. in *Aq. font.* ℔ vj. in vase duplici per 3. horas, prius tamen infusa sint per noctem in loco calido. Sumatur manè & vesperi de hoc haustus in *Lue ♀reâ*: Tali verò Decocto ex tempore quoque *Tincturæ* vel *essent. pulveresq́; Chymici* alterantes aut *diaphoretici* singulis dosibus pro re natâ misceri queunt. Hinc carere quis potest juxta Auctorem

a. ▽*â* ∫\ *tâ* Guajaci vel salsæparillæ.

b. *Extracto* substituendo Essent. vulnerarias, Tincturam ♁ii, &c.

c. ⊖*e fixo* vulgari.

d. ∽ *tu simpl.* vel *composito lignorum* dicto supervacaneo; qui in lue nil plus præstat quàm decoctum; Huic ad solutionem Corall. æquipollent è Junip. Fraxino, Corylo, Buxo (qui magis fœtebit) ut & è Juglandium viridium putaminibus eliciti. Mirum cur ∽ talis in abstractione à soluto corpore *acris* potius & ⊖*no volatilis* redeat, sed notandum in omnibus ejusmodi acidulis spiritibusque, etiam mannæ, mellis, imo ipso quadantenus aceto destillato commune esse, dum acidæ ejusmodi spirituum particulæ magnam partem cum soluto corpore remanentes, ⊖*is volat.* antehac in sui destillatione arreptam portiunculam sic forsitan dimittunt. Aliàs hoc ∽u guajaci apostema linguæ suppuratum leni illinitione rupit & *essentiâ rosar. scabios. sanic. saccharatâ* cum inspersione *Ocul. cancr.* persanavit Auctor.

e. *Ol. Guajaci* cujus loco sufficere potest *Ol.* ♀*ri sat.*

Huc spectat *Gummi Guajaci* ad luxuriantes acriores sanguinis & lymphæ particulas per diuresin educendas sat efficax, unde ad abortum præcavendum, palpitationem cordis & aneurismata ob ferocientem sanguinem seq. Pilulis sine cura cum fructu usus *Excell. D. D. Screta.* ℞. *Extr. fol. ten. querc.* ℥ *j. Resin. lign. guajac* ʒß. ⊖ *corallor. Croci* ⊕*li* ♂. *Sang. drac. ver.* ℈iiij. F. Pil. *pond. gr. ij. m. & resp* v. viij, x. sumendo.

5. SARSA Auctori supervacanea est. Parantur tamen inde *Decocta*: ℞. *Sarsæparill. el.* ℥ *ij. L. lentisc.* ℥ *j. Chin opt. R. Ir. Flor. caryoph. ana* ℥ß. *Passul. m.* ℥ß. Coq. in B. M. per 3. hor. in aqua ℔ xvij. sub fin. coct. add. *Conf. ros. rubr.* ℥ iv. *Liquir. r.* ℥ *j.* stent infusa sub noct. & Colat. d. ad usum pro *Potu ordin.* in *Catarrh. Arthritide* &c. Sic & ubi seminaria luis ♀reæ in corpore:

pote: ℞. *Rad. salsæparill.* ℥ iii ß. *vincetox.* ℥ß. *Lign. sassafr. Putam. nucum cum chelu* ℥ i ß. ♄ *crud.* in nodul. ligat. ℥ *iij.* Inf. per noctem in *Aq. font.* ℔ i ß. manè coq. vase duplici clauso & Colat. detur pro 9. dosibus manè & vesp.

Huc referimus *Lignum Juniperi* cum *baccis* decoctum egregium sanguinem & lympham mundificans, ut & *strobulos tenellos Pini* qui balsamo suo labem scorbuticam fortiter delent. Sic namque insignis *Tinctura balsamica* inde paratur: ℞. 🜄 *summ. Pini per ferment. par. q. v.* affund. *summit. pini q. s.* digere. exprime, hujus *infusi* ℔ j. add. *Extr. pini* ℥ *iv. Myrrh.* ℥ *iij. Croci* ℥ß. *Dos. ad* ʒ j. *vel* ʒ *ij.*

II. ALEXIPHARMACA consideranda, quorum occasione incipientium Practicorum causâ præmonet Auctor

1. Ne Alexipharmacis volatilioribus, calidioribus atque fumosis liquoribus ac mixturis inconsideratius in malignarum statu utantur; sæpius enim hinc novæ angustiæ ac dissolutiones virium funestæ sequutæ: sæpe in Variolis & Morbillis (non adeò malignis) frustraneas ebullitiones, intensiores æstus & insurgentis naturæ confusiones excitarunt: sæpè, si præcipuè nimis camphoratæ fuerint, in eruditis, debilioris capitis, tenerioribusque fœminis Cephalalgias immanes atque deliria sæpè lethalia &c. (per circumspectam temperatiorum, simul præcipitantium vel etiam figentium adhibitionem haud difficulter evitanda) plus vice simplici comitata vidit Auctor.

2. Ne ex altera parte circa malignarum plerarumque pleuritide quoque comitatarum principia, vel etiam (prout diversimodè consulimur) augmenta plus nimium timidi à volatilioribus præsertim ⊖linis (semet facilius resolventibus, minoresque calores præ purè ♀eis excitantibus) abstineant & fixioribus solùm (at rarissimè tum sufficientibus) rem expedire conentur, & more hodiedum non infrequenti abusivis illis VSibus, imò laxativis quoque vel clysterisationibus commodiores cum viribus horas prius terentes post festum demum diaphoretica advocent.

3. Ne in malignis solis ♄tis nimium confidant, licèt enim sudorem largiter promoveant, malignitatis tamen seminarium & fructus rarò è corpore eliminant & extingunt.

Alexipharmaca verò calidiora sunt

1. *Camphora* purissima (quæ nimirum tenerrimæ jam ♎tæ repetita saltem 🜄tio est) & sine pari, sed ob inconsideratos usus olim afflictissima resina; cujus præstat *Solutio* simpliciss. sive fiat cum *Ol. destill junip. succin.* ana (ut hinc *Elixiris hyster.* vel *Olei camphor.* nomen meritò reportet, Vid. *Hoffman. Clav. Schrôd. p.* 582) seu potiori nobis & magis polychrestâ ratione cum 🜄 *u ard. probè rectificato* vel *alkalisato*, qui ultra *subtriplum* camphoræ facilè absorbet atque saturior est quàm vulgaris *Essentia Camph.* parùm secundùm proportionem recipiens, Compendiosior verò est quorundam

tu matricali qui Camphorâ supervacuè prius in Ol.amygd.folutâ & hinc operosè super alembicum per superfusum Spir. Vini postliminio liberatâ constat. *Per se* denique polychrestus est & *Tincturas succini* ac *castor.* haud inconvenienter exaltat. Consultò permiscetur *Aquis spirituosis hystericis. theriacalibus,nervinis.* vel etiam simplici tantùm ad *externos* in *defluxionibus* usu. *Camphora* ℥ß. cum *Ol. amygd.* ℥ij. folut. & *rad. alkann.* tinct. dat *Ol.bezoard. Exc. Wed.* cui gutt. *ol. citri* vel ℥ß. etiam addi potest. Dos. *internè gut.* 2. 3. in *anxiet. cord. febr mal. pleurit. angin.* Sunt qui ex *eâ* & *nive Martia* inusitatum sed utiliss. destillant *Oleum divinum.* Vid. *Theophrast. in Chirurg.* & *Didenheim. Medic.univers.*

2. *Angelica, Carlina* & *Enula*, missis multis aliis eorumque foliis & seminibus, pro *Tincturis* & *Essentiis*, ubi adversitatem suam admodum deponunt, adservandæ. Ex his & simil. rad. *Extractum* cum associatione subtiliorum ac correspondentium ex *minerali* & *animali regno* concinnâ parari potest, loco aliorum *Electuariorum*, *Extract.* &c. Enulæ *Essentia* è magnate quod tantùm ▽â f. ⊕tri *fixi* ad radicem suboctuplo acuatâ in VB. colligitur, per sextuplum Spir. Vini rectificati sequestratâ, *extracto resinoso* tractabilior, aquosis vehiculis mixta facilior ac sine turbulentâ jucundior. Si *curativum liquorem alexipharmacum* quæramus, sumemus *Tinctur.* quandam *bezoard.* aut ipsam etiam *Mixt. s.* sin *præservativum* Infusa potius, si *vehiculum* ▽as ∫tas simplices ut *Ulmar. succis. scalios.* &c. aut compositas verb. gr. ℞. *Theriac.* ℥ij ß. *Mithrid.* ℥iß *Myrrh* ʒx. *Croci* ʒij. *spec.diamarg. frig.* ʒij. *Spir. Vini opt.* ℥viiiß. Infund. per dies 8. dein ∫ per M. B. Hujus Aquæ ℞. ℥iß *Syr. citri* ℥j. M. pro *præservatione.* Ex *Rutâ* præter *Oleum* nil paratur, quod huc trahi posset, ingrata enim omnia, uti & est *Oleum alexipharmacum compositum* quod & angustias præcordiorum ardoresque in malignis sæpè magis intendit; Aliàs à quibusdam ex *Rutâ, Absynth. Rosmarin. Nasturt.* in *Cerevis. coct.* fumus infundibulo ore haustus certò phtisicorum exulcerat. sanare creditur eò quod summè conglutinet. Ex *Rutâ* fiunt quoq; *Noduli:* ℞. *Fol. rut rec. Myrrh. sel. Caryophyll Sem. vel rad. angel. ana* ʒß. *vel* ʒj. *Bacc. Junip. contus.* ℈ß. *vel* ℈j. Cum ✠ *cont.* F. Nodulus.

3. MYRRHA selectior & mangonii expers, polychresta cujus laudatur *a Essentia liquida* cum quart. part. ⊕ fixi vel alterius alkali & ~us cujusdam ardentis octuplo parata, hystericos in usus apta, amaroris bonâ parte citra vini jacturam destituta, verb. gr. ℞. *Myrrh. sel.* ℥ iiij. ⊕ *fix. vel* ⊖ ♀*ri purior.* ℥j. F. Pulv. affund. Spir. Vini ℥xvj. stent per aliquot dies in digest. ut probè tingatur, decanta, reaffunde Spir. Vini ℥ vj. rursus extrahe. commisce priori & in MB. abstrahe & habebis Tincturam optimam pro *hystericis.* Alii ita procedunt: ℞. *Myrrh el.* ℥ij. ~ ♀*ri* ℥ iij. stent per aliquot dies in leni calore, hinc adde *Spir. Vini* ♀*sat. q. s.* Pectoralis est

lis est & hysterica primario: Tinctura uterina insignis quoq; hæc est: ℞. *Myrrh.* ʒj. *Croci or.* ℈ij. *Castor.* ℈ j. *Camph.* ʒß. pulverisentur optimè in mortario cum *Ol. sabin.* dein digere in Spir. V. ⊖ Ali impræguato *Dos. gt. iv. v. vij.* cum debito vehiculo; In doloribus addi potest *Tinctura opii.*

β. *Extractum* cum Spir. vini, essentiâ minus commoda.

γ. *Oleum* inter tot balsamica curiosis relinquitur.

4. *Carduusbenedictus* in pulv. adversus, in extracto est remissus; in *Aquâ* saltem est vehiculum suavem spirans odorem. Sic in Febribus intermittentibus utilis potio seq. 2. horis ante paroxysmum: ℞. *Aq. carduibened.* ℥iß. *theriac.* ℥ß. *Elect. diascord. sylv. Ocul. Canc. præpar. ana* ℈j. ♁ ♁ii *gr.* xv. *Laud opiat. gr.* j. M. Quòd si verò bis ∫tur & cum eâ *nucl. persic.* contundantur & denuo ∫tur misceaturque ⊖*li card. ben.* oticum evadit insigne.

5. *Scordium* carduobenedicto non valentius: *extus* in *Chirurgicis* myrrha vel alliaria satisfacit, vel utraque cum aliis combinata, verb. gr. in Inflammationibus externis præsente febri malignâ: ℞. *Herb. scord. M.* j. *Myrrh.* ʒ ij. *Litharg. Thur. ana* ʒj. *Croci* ℈j. Incis. coq. in *Vini & Aq. part. æq.* In Colat. ℔ j. solv. *Camphor.* ℈ j. Ejus Electuarium juxta normam *Sylvii* paratum elegans est ex multis præcipitantibus admixtis, imò tantùm non *Theriaca* præferendum simplex *Fracastorii.*

6. ⦶ *in succo vel decocto scordii coagulatum* parùm hinc & aufert & intenditur, unde per se crudum vel depuratum cum aliis usurpari potest.

7. ⊖ *lixiviosa, Carduibened. Scord. cent. min. rut. pimpinell. &c.* specifica præcellentia non efflagitat; sufficiet tantùm vel *unicum* è millefolio vel absynth. aut artemis. paratum quasi *catholicum*, seu jam purè lixiviosum placeat, seu mediocriter ☿ *um*, addito ⦶*tri* vel *flor.* ✱ singulorum subtriplo; seu denique cum ⏜ ⦶*tri,* quamvis hæc ob ⊖lia enixa inde reddita, meritò quoque carpat *Excell. D. D. Bohnius Differt. Chym. XIII. §. 27.* ubi elegantem seq. ⊖lia crystallisandi modum sistit: evaporantur scilicet horum solutiones lento magis & blandissimo igne usque dum crusta quædam in harum summitate appareat, quæ studio è à fracturâ præservanda, ne nimia & pro crystallisatione necessaria aquæ portio exhalet, sed à tegmine hoc ⊖no aliquatenus coërceatur: in calore verò leniore per aliquot adhuc horas solutio detineatur & sub crustâ illâ crystalli egregii ac non rarò satis magni concrescunt, in calore moderato uti producti sic in eodem conservandi. Nos simplicem *Tincturam lixiviosam* è *ciner. fagi* utiliter usurpamus ad incidendum, abstergendum, aliaque elegantia inde paranda remedia.

8. *Gentiana* vel solitaria vel tantillo nucis vomicæ sociata æquivalens cariori illi radici *China China* optimum est succedaneum; Ejus Extra-

ctum saporis est ingratissimi. *Zedoariâ* & *Contrayervâ* inter nostra vegetabilia diaphoretica haud opus habemus. *China chinæ* corticis tenuioris, febris fermentum figit, inde tamen post ejus exhibitionem ad ℥ ij. in adultis, non est purgandum, sed solùm clysteres exhibendi, accessus enim redirent, prout & frequenter fit si bis sumatur: nihilominus ipsa exhiberi potest, in casu urgentiori absque ulla præparatione v. gr. senibus, gravidis: ℞. *Cort. chin. chin.* ℥ij. *Vini alb. vet. dilut.* ℥iiij. Inf. per 12. hor. in loc. tep. Colatura clara hauriatur ante paroxysmum: robustioribus pulvis una cum vino, mixtus detur.

9. *Juniperi Baccæ* utiles. Earum *roob cum melle comm.* pro theriacali quodam electuario associatur, sic *Rob Juniperi* cum pulv. *cort. chin. Chin. Pulv. Viperin.* ⊖ *absynth.* ♃ *diaph.* febrem quartanam abegit, ex relat. *Bonnetti*: seligendum *Ol. baccarum* è baccis non fermentatis paratum, prout & *Ol. Juniperi non rectificatum* convulsioni à nervorum punctione, item morsibus animalium rabidorum medetur utiliter. Sic *Baccæ* solæ in *aq. saccharat.* vel *melle* maceratæ & pulverisatæ cum *pulv. fl. euphrasiæ* visum confortant, cum *sem. cerasor.* cerebrum, cum *sem. nasturt.* auditum, cum *pulv. liquir.* claram vocem reddunt & pectus liberum tussimq; mitigant, cum *pulv. rad. galangæ* vel *Zedoar.* appetitum excitant & coctionem juvant, menses & urinam pellunt aliaque renum & uteri mala corrigunt. *Tinctura* inde fit si in quintuplo Vini per 2. dies digerantur & ~us ♌ tus ingratus affundatur *rob juniperino* & leni digestione aliquot dierum extrahantur; *Dos.* à ℥ ij. ad ℥ß.

10. *Zedoaria*, *Anthora*, *Dictamnus alb. Cretico* vix heic cedens, in uterinis vel pulegio supplenda. Vincetoxicum *Tincturis* vel *Essentiis* adaptanda, cùm in puveribus sint ingratiora, nimirum *Zedoariæ* acceptior est usus in ✠tis antiloimicis quàm in pulvere, illoque modo ad cochl. sumi potest, cum & *Essent.* cum Spir. Vini facta vix absque damno sæpius iterari possit, si plena cochlearia inde sumantur. *Rad. Fraxinellæ* ⊖ aromaticum & diaphoreticum continet, cui multum terræ absorbentis immixtum est. *Rad. scrophulariæ* haud adeò strumarum specificum est, Infantibus tamen conceditur, terrestreitatem ejus supplet *Bolus* &c. Vid. infrà.

11. Pulvis Saxonicus inconcinnus Auctori.

12. *Scorzonera* gustui grata, hepati proficua, in exquisitè tamen malignis languidior; Ejus infusa & decocta quis bibet? *Extractum* ejus (ne mucaginescat probè clarificatum, Vid. in *Regn. Min.*) saccharatum liquoribus cordialibus è fructuum gratiorum acidulis essentiis &c. superaddendum: ingrediens aliàs est *pulveris antitoxici Mantuani*: ℞. *Pulv. rad. scorzoner. latif.* ℨj. *Contrayerv. Anthor. Unic. ver. Marg. or. ana* ℈ij. *Lap. bezoar. or. Terr. sigill. ana* ℨj. *Smaragd. præpar.* ℈j. *Corall. alb. rubr. ana* ℨß. *Sacch. alb.* ℨvj. M.

13. *Sambucini flores* potiùs ad topica pertinent. Præstat *roob Samb.*

ut &

ut & *Tragea* in dysenteriis non adeò malignis haud rejicienda, vid. *Hartm. in Prax.* *Spiritus* è baccis languidior; è floribus melior, attamen in malignis insufficiens ingratus. *Aqua florum* usitata pro vehiculo. Sic fit etiam inde ~~us *bezoard.* simplex *Excell Wedelii* ex *Flor. sambuc.* Mx. *Cort. citri* ℔j. *Spir. Vini* s. vel *citrat.* Item ejus *Malvat. Sambuc.* cum ~~tu *bezoard. simpl.* ex *rob* extrahendo; in *Erisypelate* eximiæ virtutis, præsertim delicatis. Dos. ad *coch. j.* vel ij. seu etiam guttatim. Vid. *Beccheri* Hollunder-Apotheck.

14. *Aqua fumariæ* præsertim cum tantillo Vini aut Spir. Vini parata, pro vehiculo omnibus cœteris ▽is ♌tis præfertur. Ex succo ejus potius ▽ ♌*ta* paranda quàm affusâ fontanâ, & ut efficacior fiat, denuò hæc fumariæ siccatæ affundatur & ♌tur.

15. *Infusa simplicissima* aut Spiritu ardenti communi vel prius abstractitio spiritu ritè parata seu saltem pollentioribus aliquot vegetabilibus extractionique revera subjectis debitè saturata, *Aquas* ♌*tas* omnes antecellunt, exaltanda nihilominus ⊖*inis* △*libus* & *Opii* tantillo: Utilia tamen & Decocta, v. gr. ℞. *Rad. angelic. levist. vincetox. ana* ʒiij. *Fol. scord. galeg. ana P.* j. *Sem. galeg.* ʒ j. Coq. in aq. font. s. in Colat. ℥iiiß. add. *Pulv. Pannonic. rubr.* ℈j. ⊖ C. C. △. *gr.* xx. M. Fiat Potio calidè sumenda.

16. *Tinctura Bezoardica* omnes liquores antipestilentiales facilè superans sic ab Autore præparatur. ℞. *Rad. angelic. carlin. helen. fraxinell. ana* ℥j. *Myrrh.* ʒvj. *Croci* ʒij. *Castor. Essent. opii Langel. ana* ʒß. *Spir. Vini rectif.* ℥xL. Stent in Infuso in loco calido per aliquot dies, postea filtrentur. Usus hujus *in omnibus febrium generibus, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Pleuritide, Catarrhis, suffocationibus uterinis &c.* *Dos. gt.* x, ad xx. præsertim si inde fiat

17. *Mixtura simplex*. cujus hæc descriptio: ℞. *Tinct. bezoard.* ℥x. *Spir.* ♀i ℥viij. ⊕*li rectif.* ℥ij. *Essent. camphor.* ℥ß. *vel* ʒj. M. Hæc verò utilissimè datur cum succis, verb. gr. ℞. *Succ. beccabung. nasturt. aq. acetos. ana* ℥iij. *Mixtur. simpl.* Ludov. ℈ij. vel ʒj. ♁ *diaphor.* ℈ij. *Lap. prunell.* ℈j. M. pro 3. vicibus, datâ dosi manè summo ad sudandum: Quamplurimi continuis & intermittentibus laborantes hocce curati. Hûc referatur *Mixtura cordialis bezoard. Exc. Wedelii*: ℞. *Spir.* ♀ *ri*, *Eboris &* ⊖ ♀ *ri ana*, peractâ efferv. leni detur ad gt. xx, xxv. Item *Elixir Pestilentiale* seq. ℞. *Spir. theriac. supra dict.* ℔j *Balf.* ♄*ii veri in Regn. Miner.* descript. vel *Juncken* ʒ j. ⊖ *viper. vol. vel C. C.* ℥ ij. *Camph.* ʒ ij. M. & digere. *Dos. gut.* x xx ad xxx.

18. *Spiritus Tartari* genuinus, acris, quasi urinosus, propriis manibus cum sollicitâ fugientis volatilitatis conservatione paratus, è Tartaro selectiori & crassiori seu albo seu rubeo, sine noxâ (cum circumspectione tamen debitâ temporis & circumstantiarum) datur, sive simpliciter sive rectificatus cum Spir. Vini aut ⊖lis proprii particulâ, quod tamen supervacaneum est, nec citra imutationem quandam instituitur. Cum ⊕*li crudi* ana vel dimidio

dimidio à nonnullis ♌tus copiosior quidem nec ad aperiendum & quædam solvenda inefficax, at acidulus tamen & in diaphoresi paulò remissior habetur. Cum ○*is crud.* ana vel usti urinosissimus, saleque volatili copiosè intermixtus habetur, sed alterius est capitis; Sic namque sæpius ex ovis muscarum, quæ deponunt in feces vini dum exiccantur, emergit, similisque est illi qui ex millepedibus habetur, utilisque similiter ut hic in doloribus articulorum. Vide infrà. Ex eo speciebus *Elix. propr.* affuso fit *Elix. nobile* in hydrope, ut vidi Lugd. Gall.

19. *Aceta diaphor.* vel *bezoardica* in mediocrium malignarum curatione atque præservatione pestilentium haud parùm conferunt; facillimè autem parantur ex simplicibus quibusdam antedictis, v. gr. ℞. *Rad. angelic. belen. fraxinell. cardopat. petasit. tormentill. ana* ℥j. *anthor. contrayerv. ana* ʒvj. *Cort. Winteran. Citri ana* ʒij. *Herb. scord. dictam. Cret. cardnibened. rutæ ana* M.j. *Flor. rosar. rubr. anthos, calendul. bugloss. ana* M ß. *Sem. fœnicul. citri ana* ℥ß. *Baccar. juniper.* ℥j. *Zingib. Zedoar. Caryophyll. Cinamom. ana* ʒiij. *Nuc. moschat.* ʒij. *Aloës soccotr. Myrrhæ ana* ʒiß. *Nard. Ind. Schœnanth. ana* ʒj. *Croci Camphor. ana* ʒiß. Affund. *Aceti acerrim.* ℔ xij. stent in loco calido per mensem, coletur & servetur ad usum. In Praxi illud mirè profuit ad febrium malignatum ferociam compescendam. Et sanè *Ettmyller.* alicubi hæc ✢ ipsi Theriacæ præfert; hinc enim ✢ corrigit opium & gas carbonum, nimirum ejusmodi acida *Cardiaca* & *Alexipharmaca* sunt, quia ⊖is fixi cum ♀re adusto combinationes dissolvunt & coagulationes præservant & curant, præprimis verò Aceti acor est △lis penetrans & dissolvens, unde præfertur Spiritibus mineralibus. Huc spectat *Aqua prophylactica* seq. ℞. *Rad. zedoar. Angelic. ana* ℥j. *petasit.* ℥ij. *Fol. Rutæ* ℥iiij. *meliss. scabios. Flor. calendul. ana* ℥ij. *Nuc. jugland. immatur. concis.* ℔ j. Contund. omnia simul, deinde affunde Acetum optim. ad 3, vel 4. partes, ex arenâ in cucurbitâ vitreâ per se ♌tur ℔ xij. Serventur pro usu. Vide *Sylv. Barbette in Observ.*

20. *Balsamum* vel *Oleum alexipharmacum* si expetatur commodè sic fiet: ℞. *Ol.* ♌. *succin. Junip. è bacc. rutæ. ana* ʒj. *Camphor. quant. solvitur ad Balsam. vel ad Oleum Bals.* ♀ M. Nimirum, si cum *Ol. scorp. Matth. Ol. citri & par. camph.* misc. & regioni cordis illinatur, in febrib. petech. peste fit *Oleum cordiale*, quale *D. Michaëli* multùm fuit in usu: etiam ad perservationem; *nephriticum* item loco *camph. ol. junip.* loco citri sumatur, lumbis illinendum; quin & *Ol. succin.* bregmati illinitur ad *procidentiam uvulæ*. Aliàs Balsama ejusmodi conficiuntur, si manna solvatur in Aquâ destillatâ ejus cujus expetitur balsamus, si ad consist. debit: inspissetur, & Tinctura cum pauco oleo, v. gr. cinamom. affundatur: tingaturque Tinctura alkannæ, omittendo pinguia & ceram, quæ poros occludunt. Elegans verò Balsamus seq. est: ℞. *Ol. nucist. expr. Bals. Peruv. ana* ʒij. *Ol.* ♌.

rut.

rut. succin. alb. angelic. ana gut. x. thymi, amarac. cinam. caryoph. ana gut. v. Gumm. tacamahac. Asæ dulc. ana ʒ j. F. l. a. *Balsam. Exc. D. Scretæ.*

21. *Elæosaccharum* eodem modo sive pro præservativo (sed supervacuè) sive pro alio fine concinnari poterit.

22. *Electuarium diaphoreticum* utilissimum sequens est: ℞. *Rad. angelic. fraxinell. carlin. helenii, petasit. scorzoner. ana q. s.* rec. purgat. quibus concisis affund. bonam aquæ fervidæ quantitatem; stent in digest. per 24. hor. tunc post unicam ebullitionem exprimantur fortiter & brodium probè colatum & clarificatum ad mellaginis consist. ferè redigatur, cui ad ℔ iiij. adde *Myrrh. sel.* ℥ ij. *C. C. philosoph. præpar.* ∇ *sigill. vel Unicorn. fossil.* 🜍 *nat. pellucid.* ♁ *diaphor. ana* ℥ ii ß. *Castor. Spir. Vini sol.* ℥ ß. Cum *Rob rubi idæi* vel alio acido syrupo F. *Mixt. molliusc.* cujus Dosis ʒ ß. in *Præserv.* ʒ ij. iij. *in aq. destillatâ* pro *Curatione.* Ludovici autem nostri ita paratur: ℞. *Rad. carlin. angelic. aa.* ℥ iij. *Myrrh.* ℥ ij. *Pulv. viperin. Flor.* 🜍 *is ana* ℥ j. ij *Terræ sigill.* ℥ iß. *Croci or. Cinam. ana* ʒ vj. *Caryoph.* ℥ ß. *Opii crud. sel.* ʒ v. vel *Essent. opii Lang.* ʒ iij. iv. *Mellis commun. juniper. ana* ℔ iß. ℥ iij. M. F. Elect. Mixtura hæc post aliqualem prius fermentationem vegetiorum vim in hoc remedii genere manifestè temperantem, ac post subsequam adjecti mellis essentificationem quandam, electuarium exhibebit in diaphoreticas exspectationes sufficientissimum, *Theriacæ* omni, *Mithridatio* aliisque longè operosioribus compositionibus par, imò nonnunquam convenientiùs; tenerioribus quoque & gravidis innoxium; *Oleis* supra dictis, *caryophyllaceo, rutac. succin. nucistæ expresso &c.* pro re natâ exaltandum: ab initio confectionis Electuar. totum ʒ ij. *oleorum* præterpropter exaltari potest; vel unicuique confecti Electuarii dosi proportionaliter admisceri queunt. Sic & pro Indicationum ratione Elect. hoc variè alterari potest, addendo scil. vel *extr. alexiph.* aut *antidysentericum* competenti menstruo seorsim antea præparatum, vel *Camphoram* aut ejus *essentiam* vel *Flores* ✱ *ci* ac consimilia volatilia. Singulæ quoque doses ♁ *libus* vel ♃ *bus* pro lubitu extimulari poterunt, quo facilè *Theriaca* ♁ *niata chymica* proveniet. Tandem notetur quòd Electuarium hoc per mensium aliquot asservationem in se ipso quasi subactum ad ʒ j. saltem datum sufficientissimum sit, nec minores præstet effectus, quàm ipsa Theriaca aut Mithridatium. Huc spectat *Extractum Theriacon egregium Excell. D. D. Scretæ* quod communicat *Tract. de Febr. castr. p* 254.

23. *Electuarium nucum* patresfamilias sibi domi parent in præservatorium usum. Sic & Electuarium contra pestem *Exc. D. D. Muralti,* fit ex *rad. angelic. valerian. sylv. helen. bacc. junip. scord. sem. rut. & melle despumato.* Hæc theriaca est rusticorum, hydropi matricis inflationibus, cachexiæ, refrigerato hepati, cruditatibus stomachi, febribus pestilentialibus apprimè conveniens.

24. *Extracta antifebrilia* ex amaricantibus vegetabilibus parata in *Quartanis* vix promissis stant, in *Tertianis* ac *Quotidianis* plerumque *præcipitantibus* seu *absorbentibus* insipidis ac invertentibus salinis (fixis aut volatilibus) cedunt; & si quis vel solam *Essent.* aut *Extract. absynthii* his interpolarit, non indigebit famosâ illâ *China China*.

25. *Trochisci sublinguales* è parabilioribus gustum quàm odorem magis ferientibus concinnati. Utiles seq. ℞. *Myrrh.* ʒ iij. ♁ *sigill.* ʒ ij. *C.C. philosoph. præpar.* ʒ j. *Mithrid.* ʒ ij. *Sacch.* ℥ ij cum *mucil. tragac.* F. *Trochisc.*

26. *Pulveres* longè convenientius ex Animalibus aut Mineralibus quibusdam, efficacibus, parabilioribus, non caris illis *gemmeis*, *bezoardinisve*, insipidis denique ac contractioris molis simplicissimè parantur, ut *Pulvis bezoardicus albus D. Ludov.* ℞. *C. C. philos. præpar.* p. ij. *Terr. sigillat. sel. Unicornu fossil. ana* p. j. M. F. Pulvis. Prævalet hîc aliis pulveribus & speciebus, si pro re natâ ☽*libus*, ♃*libus*, ♀*reis*, ♁*is*, *Colubrinu, Opiatis &c.* pro singulâ pulveris bezoardici dosi decenter exaltetur. Vid. *Regn. Miner. Usus* hujus & in pusionibus & *infantibus* valet, præsertim febrientibus; recens autem natis ad *gr.* j. ij. *provectioribus*, usque dum anniculi fiant, ad *gr.* iij. iv. datur sique opus *anodynorum* vel *Cinnabarinorum portiuncula* exaltari potest in *caloribus vagis* æquè ac permanentibus, in exanthematis, *variolis*, morbillisque non adeò malignis, in *convulsionibus*, terroribus, *torminibus* ac clamorosis inquietudinibus admodum proficuus; sic exaltatur cinnabari in seq. ℞. *Antim. diaphor.* ʒ j. *C. C. philos. præpar.* ℈ iiß. *Bezoard. miner.* ℈ ij. *Cinnab. antim.* ℈ j. M. Quia verò sic exaltatur, summè acre corrosivum Epilepticorum mitigat, velut hinc & seq. *Pulv. epilept. Hünervvolfii* laudem meretur: ℞. *Unicorn. foss.* ℈ ß ♁ ♄. *Castor. pulv. Fec. rad. pœon. ana gr iv. Laud. opiat. gran.* j. *ol. destillat. succin. gut.* j. M. F. pulvis in *aq. fl. pœon.* & *oxymel. scillit. sumend.* Talibus verò in casibus *Pulvis epilepticus M. Ducis Hetrur. à Johan. Scheiflero* communicatus & expertus in usum trahi potest: ℞. *Cerebri Leporis exicc. Testicul. Vulp. siccat. Cran. hum. phil. præp. succin. alb. præpar. ana* ʒ ij. F. Pulv. subtil. add. *Ambr. gris. Moschi alex. ana gr. v.* M. Dos. ℈ j. ad ℈ ij. in *aq. pœon. ceras. nigr.* Quia verò sæpius Pleuritis maligna furit, sistitur *Pulvis antipleuriticus Auctoris.* ℞. *Oss. capit. Lucii pulv.* p. ij. *Sangu. hircin. rite tract.* ♀*ris citr. vel Fl.* ♀ *ana* p. j. M. F. Pulv. Nota. addi potest aliquantillum *opiatorum*. Pulvis autem hic, tot specierum pleuriticorum loco, absque aliis additamentis quibuscunque *bis* vel *ter*, etiam *absque omni VSone* exhibitus expectationem haud defraudabit, modò si Pleuritis ferocior fuerit, *Mixtura simplex*, quæ eleganter resolvit, præmittatur; *Expectorantia* quædam in majore nisu & calore liquidâ formâ interponantur, denique *invertentibus* ♁*nis* atque *corallinis pulveribus* vel *simplicibus* vel *opio* (opiatis tamen cautè utendum ne respirato iis inhibeatur) *auctis* cura concludatur; concludetur

autem

autem feliciter etiam *citra laxationes, clysterisationes* aliasque *alterationes* aut *roboratorias ceremonias*.

Cura itaque *Pleuritidis* absque V. S. instituitur sec. *Autorem* h. m.

1. Absque præmissis seu clysterisationibus sive laxationibus, si pleuritis fuerit severior, exhibeatur *potiuncula* ex *Mixturâ simplici*, cui si vomitus urgeat symptomaticus, aliquot *guttæ Tinct. anodynæ* associari queunt, vel ♁ C. C. aut alius volatilis (verb. gr. ⊖ △lis maxillæ lucii piscis) liquor in vehiculo convenienti propinetur, unde sputum cruentum subsequitur.

2. Et ubi deinceps in augmento morbi anxietas cordis sentitur, reiteretur minori dosi; reliquum dein *pulvere antipleuritico* subigitur.

3. Ac tandem circa statum *Corallinis Cancrinisq;* cum vel *sine* C. C. *philosoph. præparato* absorbetur.

Contra sitim ♁ ⊖*lis, Clyssus*, aut *ros majalis* in potu; vel etiam ⦶ si vomitus & diarrhœa absint; in nauseis denique, diarrhœis, vigiliis, inquietudinibusque nimiis *Laudanum opiatum* haud omittendum, modò non adsit *Ungarica exquisita*, quæ opiata in declinatione demum melius admittit. In his verò continuis malignis experientiâ teste profuit hîc sæpius mox ab initio exhibere *Laxans*, verb. gr. *Mannam, syr. ros sol. comp. ex S. R. A.* vel *haustum olei*, quò sic alia feliciùs operentur lumbricorumque generatio præveniatur, dein si opus V. S. instituere, post & *Sudorifera* ex *Aq. fl calend. acetos. succis. theriacali* cum *Syr. citri* propinare, *Diascord.* item *Fracast. C.C. philosoph. præpar. Unicorn. foss.* ♆ *diaph. Theriac. Mithrid. Emulsiones* item, *Julepos refrigerantes*: *Extus Topica* capiti, *Ung. alabastr. cum par. opii & Ol. destill. citri*, item *Emuls. ex nucl. persic. c. aq. verb.* Tandem sub finem purgans ex *Rhabarb.*

Pulveres cœteri *antifebriles* v. gr. in *Tertianis*, post *emeticum* (♀*ri emet.* gran. ij.) exhibitum, prodest simplicissimus *Concharum pulvis* solitarius aut cum *Cinnab. nat.* vel *pulv. anodyno*; vel etiam ex *alkalibus simpliciter* aut *cum* ♀*re* parati, sola tertia parte *nitri* & tertiâ parte florum ✱*ci aucti* satisfaciunt. In *quartanis* prosunt spiritus volatiles opiato combinati, verb. gr. ℞. *Essent. imperat.* ℥ *ij. Spir.* ✱ *ur.* ℈*j Essent. opii Lang* ℈ß. M. *Dos. gut. vj. Arcanum duplicatum*, ◯ *mitificatum. Ol. caryophyllorum* optima sunt antifebrilia; sic *Pulvis antiquartius Exc. Wedel.* fit cum *fl.* ✱*ci* s. & ♆ *diaph. ana* ℈ß. ante paroxysmum. ♁ *us* verò *antiquartius* ex ✱*ci* & ⊖ ♀*ris* ♌*tis* per se sî humidiores vel ▽ s. qui etiam optimus externè ob virtutes paregoricas, aliis etiam alcalinis ♌tus. Ex hujus verò ⊙ vel etiam ♁u ✱ci cum ♁n ☾ fixato & cryſtall. fit ⊖*polych. febrif. ſtom.* Ante paroxysmum ergo justo tempore utiliter quoque dantur ♆ *diaphor. Ocul. cancr. Mat. perlar. C.C. ust.* ⊖ *absynth. cent. min. &c.* ⦶ ⊕*lat.* ♀ ⊕*lat. cum ol. caryophyll. camphor.* addito etiam *Laud. opiat.* qualiter absque V. S. brevi se febres plerasque curasse absque recidivâ refert *Excellentiss. Wedelius Opiolog. pag. m. 96.* In *quartanâ*

tanâ laudatur à quibusdam decoctum *rad. Tithymal.* colaturam *rubr.* filtr. dando ante paroxyſmum. Pro pueris inſultibus febrilibus vexatis *Ettmyllerus* ſuadet C. C. *ſine igne* cum pauxillo *myrrhico*, vel etiam *ol. deſtillat.* guttâ ſi adſint tormina.

ARTICULUS II.

De Diaphoreticis Animalibus.

Diaphoretica Animalia ſunt etiam cardiaca ⊖le △li prædita, acidum ſtringens in ſanguine inprimis domantia, unde & Alexipharmaca in malignis egregia præbent.

1. CORNU CERVI ſi haberi poteſt ſpontè deciduum quaſi complementum ſuum obtinens aut aliàs ſatis durum ac maturum, rhinocerotis cornu nequaquam poſterius. E *præparatis* C. C. ſeliguntur ab Autore

a. C. C. *phil. præparatum* per ſolam coctūram in ▽â ſ. non operoſius in peculiari veſicâ: ☉tum redditur ita. ℞. C. C. *phil. præpar.* ℥ j. *Croc.* ☉ ʒ *iiij.* Miſc.

b. C. C. *uſtum*, nullam gelatinam præbet ut crudum: pro hac verò ℞. *Raſ.* C. C. affund. *Acet. deſt.* ſtet in digeſt. poſt expr. Colat. filtretur calidè, tingi poteſt *Fl. roſ. tunic.* vel *croco.* Vel ℞. *Raſ.* C. C. *Rad. ſcorzon. Acet. deſtill.* (quod non ſit nimis forte) *ſucci citri ana.* add. *Flor. cord. ana* M. j. *cinam. ſacchari parum.* Uſus in malignis, variolis; diſſolv. in *juſc. carnis*; item *Julepis.* E crudo verò C. C. uſto ſeq. Pulvis podagricis ſolatio eſt: ℞. C. C. *uſt Matr. perl. Ocul.* ♋. *ana* ʒ *ij. Bezoar. occid.* ℈j. *Ambr. gryſ. gut. vj.* F. Pulvis.

c. ⩘*us* C. C. ⊖ *fluidum* vocatus, ſuperalkali aut ſaltem ſuper cineres affuſione præparatus, Spir. Vini parte rectificatus: ℞. ⊖ C. C. *vol. Spir. Vini ana q. ſ.* ſtent mixta in digeſtione per dies 8, poſtea filtretur & abſtrahatur media pars. ⩘ C. C. dicitur ⊖ *fluidum*, quia propriè loquendo in C. C. non latet ⩘ ſed eſt potius ⊖ volatile cum phlegmatis purioribus partibus permixtum atque ab oleo optimè ſegregatum. Deſtillatio autem C. C. *raſ. fit per* ♈ in recipientem amplum & extillat phlegma, ſpiritus dein, in principio ſubtiles, dein ſub nebularum forma è carceribus reſolutis repagulis confertim proruentes; Hos ⊖ *volat.* parietibus recipientis undiq; adhærens cum Oleo maximè fœtenti ſequitur. Oleum quidem guttatim, ⊖ verò vaporum tenuium formâ: Peractâ ♌ *ione hæc omnia* confunduntur, Oleum à reliquis per deliquium ex charta emporeticâ ſeparatur. Reliquum phiolæ inditum in arena cum alembico ſuperimpoſito, adaptatoq; Alembici roſtro, cauto △ne ♌ tur & prodit ⊖ ferè ſolum cum

pauxillo

pauxillo spiritu. Ut verò ⊖ C. C. obtineatur, huic ⊖li affunditur Sp. Vini ad eminentiam unius digiti; adaptanturque duæ phialæ, & ∫\tur ex inferiori in superiorem ⊖, -∩-usque (cautè præcedendo) decidit in inferiorem. Vid. *Stillerus de tripl. Regn. p. m. 17.* Sale hoc utimur in omnibus *affect. malignis*, in quibus sanguinis coagulatio circa cor imminet, suâ enim volatilitate optimè illam præcavet. *Dos. à gr.* v. x. Sic ℞. *Pulv. Pannonic. rubr.* ℈j. ⊖ C. C. △*le gr.* xv. *Lap. bezoard. or. Unicorn. ver. ana gran.* iv. M. F. Pulvis pro j. dosi *aq. scorz.* sumendus.

d. *Magisterium* non tam vulgare per alkali aliquod aut carius per -∩- *Sal. armon.* præcipitatum quàm *abstractitium per -∩-um* ⊕*tri* (denuò eum post solutionem abstrahendo, ast cautè, nec ad siccitatem usque) ac postmodum *copiosâ* ▽*â f.* edulcatum fallendis pueris sat commodum, in potu illorum insensibiliter diffluens, ad diaphoresin præsentius eo quod eleganter quidem è C. C. phil. præparato per -∩-us ⊕li quadruplum præterpropter dissoluto, ac post mediocrem hujus abstractionem copiosâ ▽â f. præcipitando conficitur, ad alterandum & in fluidis affectibus ad subadstringendum quàm ad evidentiores sudores directè ciendos aptius: hoc tamen convenientius adhuc existit *magisterio* dicto è C. C. *usto* ab ana -∩-*us* ⊕*li* rectificati imbibito & sponte siccato facto nim. ℞. C. C. *rasp. affund.* -∩- ⊕ *q. s.* ad dilut. filtretur liquor per chart. empor. dupl. & -∪-ta cum ⊖le ♀ri solut. refiltretur, edulcoretur & erit *magist. cord. Dos. gr.* vj. ℈ß.

2. *Lapis Bezoar. Orient. & Occid.* in exquisitè malignis, etiam sub largâ dosi reverâ claudicant: utriusque vires, *Cervinus, humanum duelech, aprugnus è vesicâ, equinus è ventriculo* ut & *rupicaprarum glomi* æquant. V. *Regn. veg.*

3. *Viperæ pulvis* è carne, corde &c. paratus in venenis, malignis, psorâ & leprosis dispositionibus parùm juvit, sæpe cutaneos ardores potius intendit, & certè selectiore *Tinct.* ♃*ii, Corall. Pulv. præcipitantibus, Nitro &c.* fuit posterior: sufficiet ergò ejus *pulvis simplex* aut ad corruptionem impediendam *Flor.* ✶ vel *oleo quodam destillato* conditus utilissimus, verb. gr. ℞. *Pulv. viperar. opt.* ℥iß. *ol. destill. cinamom. caryoph. ana gut.* vij. *pulv. nuc. mosch.* ʒ ij. M. F. per Dos. 2. cusp. cultr. in vino generos. pro exhaustis. *Salis volatilis vires* Cervinis sunt nihilo valentiores. *Pinguedo* ejus in mactatione collecta & moderatè super ignem frigendo à crassamentis separata, egregium est *ophtalmicum*, in oculorum pustulis profundisque vulneribus, ut & nervosarum partium puncturis, synoviis, difficultate auditûs singulare, minus verò, ut & Lingua è vivis evulsa, exuviæ coctæ, in partu difficili. Pinguedo viperarum recens mitior est, vetusta acrior magis abstergit: *Excell. Wedelio* etiam divinum audit remedium, à cujus applicatione in oculorum affectibus albus ichor emanat: Pinguedo serpentum fluida vel asciæ piscis succedaneum sunt ejus, licet ad id non accedat. Extrinsecus etiam palpebris

 inuncta

inuncta mirè visum acuit. *Ol. renovativum* fit si *ol. bezoard. è pingued. viper.* & *ol. amygd. ana* commisceatur; in *Impetigine* infantum & externis ulcerosis, frontis, faciei item leprosis probatum est remedium. Succedaneum hujus pinguedinis est *Liquor hepatu mustelæ piscis* non tam tædiosè in vitro suspendendo quàm simpliciter super ignem lentum in semet ipso liquando proveniens.

4. *Vesiculæ in calamis scriptoriis* concisæ & cum Aceti tantillo sumptæ pleuritidem spuriam sudore moto curant. *Dens castoris* iracundis fertur utilis.

5. *Oleum scorpionum simpl.* cum oleo oliv. confectum si habeatur, non opus erit Oleum viper. aranear. bufon. etiam Thersiti.

6. Ex *Ciconiâ* parata *Cervina* vix æquant, salvis tamen iis quæ in *Regno Anim.* diximus.

7. HOMO

α. *Mumiam* ejus ex sanguine, ossibus, aliisque parata, exesse jubet Auctor, sufficientibus ipsi *cervinis hircinis*; loco Mumiæ & hinc parati *Pulveris contra casum* ipsi Pulvis seq. laudatur: ℞. *Ocul. cancr. præpar.* ♁ *diaphor. Sang. hirci ana* ℈j. M.F. Pulvis. Aliàs tamen Tinctura mumialis cum Sp. Vini è carne humanâ condita pro specifico habetur in Phthisi, si nimirum prius *caro humana recens* in taleolas scissa in Spiritu salis maceretur & cum myrrha pulverisetur. De reliquo de *Mumiâ Ægypt.* fatetur cum Auctore *Excell. Clauderus* parum de partibus humanis præter cutem & ossa restare, solùm adesse species balsamicas ex quibus hinc menstruo ⊕lino, mixturâ scilicet præcipitante *Essentiam rubiniformem* extrahit.

β. ⊡æ ♒us seu ⊖ volat. liquor habeatur saltem è ✱co, seu cum ⊖le ♀ri (extemporaneo scil. & nitroso) aquâ s. vel Spir. Vini diluto instituatur destillatio, sive cum calce vivâ solutione ammoniaci decenter humectatâ; fortassis pariter volatilitatis suæ partem superaddente. Hæc verò cum Calce vivâ instituta ʃ\tio in ⊙ relinquit *fixatum* illud operoseque quæsitum ✱ etiam ad internos usus hinc elutriandum, seu in *liquorem* quorundam *nephriticum* (qui tamen effectûs mediocris, nil aliud est quàm calcis in Spiritu Salis solutio) redigendum. Si autem destillationi Sal Tartari fuerit adhibitum ⊙ *salsissimum* per se quidem elutriando & coagulando, ⊖ dat quasi *culinarium* sed acerrimum, quod ♈ inditum non spiritum acidum, sed post urinosi pauxillum acidum sublimatum. Et si denuò hîc restitans ⊙ similiter acidum quasi nitrosum Spir. vini rectificato extrahatur, & liquori huic salsissimo instilletur ♒ ⊕li præcipitatur coagulum acidum gratum & instar *magisterii* cujusdam plumosi splendens, bonum aperiens ac ⊖le nonnullorum hypochondriaco neutiquam inferius, nimirum ⊡ dat triplex sal, ⊖ △le cryställis. ⊖ fixum & ✱co simile, scil. ⊖ compositum ex

⊖le

⊖le hujus liquoris & ex suo ⊖le fixo, quod assimilatur ⊖li comm. sic & sequens Sal artificiale inde habetur: ℞. ⊖ ⊡æ *microcosm. q. s.* cui affund. *succ. limon.* ad emin. 3. digit: stet infusum donec dissolvatur, dein coagula, idq; ternis vicibus repete. Dosis est quantum cuspide cultri capi potest cum 2. *vel* 3. *cochlearibus*, superbibendo *Vini albi gen.* ℥vj. Jaceat æger 4. horis in lecto supinus & quietissimus, his elapsis hauriat juris caponum scutellam dimidiam & iterum per horam quiescat, dein prandium sumat, hoc bis in septimanâ faciendo. Est præstans mixtum, pro expellendo *calculo* ob vim ✳lem inde contractam: Sic quoque ex ♌ *u* ✶ *suffitus* fiunt *uterini* (uti feliciter usus *Ettmyll.*) per tubulos, ut & *otici* si cum Ole ♀i misceatur.

γ. *Cran. hom. præparatum* dysenteriæ reverà audit antidotus certa, sicut ex cranio producta *usnea* omnem sistit hæmorrhagiam, quæ quasi basis est *Ung. armarii*; epilepticum idq; est: De eo quidam dicunt quòd secum portatum contra latrones defendet; alii etiam usurpant exonerandis bombardis, credunt enim se ad quemvis scopum præfixum posse rectà collimare.

δ. *Cutis humana* pro cingulo ventri circumligata ad feliciorem partum facit, etiam ligaturâ convulsiones abigit & chirothecæ inde factæ faciunt ad ariduras & contracturas morborum.

ε. *Pinguedo* nervis contractis & arefactis membris & tabescentibus utiliter illinitur, imò idem præstabit intus, etiam feliciùs, quòd canis, salsuginem scil. M. S. abigendo variasque exulcerationes tum internas tum externas sanando.

ζ. *Humores* corporis humani suâ haud carent utilitate, uti in *Regn. Anim.* dictum, sic enim Lac erosiones stomachi, pulmonum, oculorum &c. acrimoniamque sanguinis, interponendo particulas dulces balsamicas, delet & infringit. Ob spiritum ejus quid factum sit, vid. *Regn. Veget. Cap. LII.* Sanguis dat *Phalaiam* seu Auctoris Falala: ℞. *Sang. hum. sanum, juvenis à* 25. *ad* 30. *ann.* putrefiat in fimo equino, in athanore per gradus destilla, ut 1. *phlegma.* 2. ♌ *u* & ⊖ *Ale.* 3. *Ol. flavum & rubrum* prodeat, quod septies rectificatum cum ⊙ potabili comparatur. 4. ⊙ calcinetur & cum ♃ ⊖ extrahitur, quod cum reliquis subtilissimè rectificatis artificiosè junctum circulatur in materiam fixam. *Usus* ejus polychrestus, imò universalis ubi *MS.* vappescens vigoranda. Sic & flos sanguinis ejusque elixir semen cum *oleis aromaticis & zibetho* junctum mumiale amatorium fertur, quale & vid. in *Tenzel. Med. Diastat. Cap. X. & seq.* De ⊡ina, humore excrementitio supra & de excremento duriori in *Regn. Veget. cap. L.* Id liceat dicere de ⊡â quòd prognosticon mortis vel vitæ quidam de ægro habeant, ∫\ do ⊡am per pelicanum, unde si nigra adscenderint, ferale sit, naturalis autem coloris lætum, id quod certè haud contemnendum, ⊡am enim morientium ⊖le carere acutiores docent. Dein etiam non sine causâ lacti humano

mano illam admiſcent, imò ex deſtillatione de volatilitate decenti humorum haud indoctè inde conjecturant.

n. *Sanguis menſtruus* quid poſſit, præter ea quæ in *Regn. Animal.* diximus, ex *Agrippa de Nobil. & Præcell. Fœmin. Sex. Oper. Tom. II. pag. m.* 387. patet: *hic ſanguis*, ait, *præterquam quòd à quartanis, ab hydrophobiâ, à morbo comitiali, ab elephantiaſi, ab impreſſionibus melancholicis & maniâ & multis aliis pernicioſis morbis liberet, aliaq; permulta mirabilia efficit, inter reliqua etiam incendia reſtinguit, tempeſtates ſedat, fructuum pericula arcet, noxia omnia pellit, maleficia ſolvit ac cacodæmones fugat.* Porcos, ait *Dav. Lungwitzius Ettmylleri Diſcipulus in Diſſert. Homo Homini* &c. ſanat in lepram vergentes, prout & confeſtim equos ex potu intempeſtivo contractos, ſi tantillum menſtrui potitent; extrinſecus podagræ cruciatus adimit cum adipe bovino inunctum. Sic quoque novi dolores genuum puerperarum tolli induſio ſudore madido mariti adplicato tepidè.

o. *Umbilici* fruſtulum tandem ab infantibus delapſum, ſi ciſtulæ argenteæ includatur & de collo ſuſpendatur, ad coli cruciatus comendatur.

x. *Secundina primiparæ* quid poſſit in *Regn. Anim.* dictum. Aquâ inde deſtillata multùm mulierum mala ſolari certò novimus, ut haud abſurdè ſtatuerint Ægyptii partum juvare, ceu & *Paracelſus* verè ſtatuit in ſingulis hominis membris balſamum eſſe qui ex natura homogenea vulnera v. gr. & fracturas in alio homine ſanet.

8. EBUR nil habet ſingulare, quod non corallinis, ♂bus tranſigatur. *Spiritus eboris* per retortam tamen inter ⊡ſos ♀os præcellit ob vires alexiphar. etiam in variolis. ⊖ △*le* fixatur ∽u ⊖is. Aliàs Ebur per ſe in *fluore albo* egregium eſt, *ſuccino, caſtoreo. lapill.* ♋ cum *opii* tantillo maritatum, modo quis eo rectè utatur. *Excell. Wedel. Opiolog. p.* 127. In ſingultu ita proderit: ℞. *Ebor. ſ.* △ *præpar.* ℈j. ♁ *diaph.* ℈ß. *ſuccin. alb.* ♁ *nat. ana gran.* v. *Extr. caſtr. gr. iij. M. Pil. de cynogl. gr.* ij. F. Pilulæ. Reliqua vid. in *Regn. Anim.*

9. CONCHARUM oblongarum ▽â ſ. ſaltem, citra Aceti acceſſum, aut nigredinis raſuram, elotarum *pulvis* calcinatis olim conchis præſentior, in *febribus* præſertim tertianis, in ebullitionibus ac *præfocationibus præcordialibus*, in morbis fluidis aliisq; ſtomachi & inteſtinorum acoribus &c. ſolitariè, vel cum *corallinis,* ♋ *nis,* ♂ *bus aut* ♁, permiſtus, utilis. Sicè Conchis fit *Pulvis præcipitans Excell. Wedelii* cum ♁ *nat.* ♁ *diaph.* addito *ol. caryoph.* in *Cardialgiâ*, motu humorum in hypochondriis: Fit etiam ejusdem *Pulvis præcipitans pectoralis*, addito *Fl.* ♀ & parum *Laudan.* in *phthiſi, tuſſi, aſthmate*: item *febrilis* cum ♁ *diaph arcan. dupl.* ⊖ *abſ. Ol. caryoph. Laudan.* Et hæ conchæ ſplendorem fœnerant pulveribus. Nos *marinas* circa Monſpelium collectas pulveriſatas ut optimum antifebrile experti ſumus, prout & certum inde antifebrile *Crollius* paravit, quod ita exhiberi poteſt: ℞. *Spec. antifebr.*

tifebr. Croll. ⊖ *abſynth.* ♄ *diaphor. ana* ℈ j. *Ol. deſtillat. fœnicul. gut. ij.* M. F. Pulvis.

10. *Lucii rec. oſſa capitis omnia* cum *linguis truttarum* &c. permixta, materiam acidam, acrem in primis viis ac circa pleuram invertunt, velut & ⊖ △. copioſum præbent extus terebinth. miſcendum. Similiter

11. *Sanguis hircinus* è præciſo miſeri patrimonio extillans aut collo inter jugulandum cum ſalſo viſcidoque ſero collectus & ſiccatus efficax. *Columbinus* ſugillatos nil aut parum juvat, præſtat *Ung. Mynſ. Aſininus* etiam ad ℈ j. datus vix unum alterumve per philtra forſan dementatum levare viſus eſt: *Leporinus* extus in eryſipelate hircino taurinoque &c. nihilo eſt ſuperior. *Lintea menſtruata* nauſeabunda ſunt: Vide tamen ipſum *Auctorem Miſcellan. Curioſ. Ann. IX. & X.* præſertim quæ ex *Agrippa* ſuprà attulimus. Inprimis verò laudatur *menſtruum virginis* arefactum ✢*to roſ. & aq. ſenecionis* ſolutum ceu ſpecificum certiſſimum in Eryſipelate ab *Agricolâ Comm. in Popp. Lib. I. p. m.* 284. compertum.

ARTICULUS III.
De Diaphoreticis Mineralibus.

Diaphoretica Mineralia pleraq; alkalica ſunt & Cardiaca audiunt, quia acidum deſtruunt, ſpiritus refrænant & ſolantur ut ▽ ſigill. Bezoard. min. Cinnab. &c.

1. TERRA SIGILLATA quævis Auctori ſufficit (ceu & externè argilla figulina rubra ✢ impaſtata ſugillata tollit) & penes illam ut & reliqua *gummea, ?lia, corallina* &c non indigebit quis vel *terrâ Lemniâ* vel *bolo Armenâ, Paſtillis, S. Pauli baculis* è Malthâ deductis, vel viperæ ac vermiformibus maſſis, raritati aptioribus, vel Samiâ terrâ.

Galactites & *Lac Lunæ* Curioſorum muſæis quadrare Auctor refert, verum *Lac Lunæ* de monte fracto Lucernenſium mihi transmiſſum internè id præſtat quod *Ocul.* ♋, imò fortius ob inſignem vim diaphoreticam, antifebrilem, &c. Coſmeticum præbet *Majoris* de quo in *Tr. pecul.*

2. TERRA CATECHU aliquid eſt; ejus *Eſſentia* cum ardente acidulove menſtruo extracta inter ſiſtentia haud rejicienda, licèt uſitatioribus noſtris idem præſtiterimus. Nota hanc terram referendam inter *vegetabilia* ſiquidem ſuccus eſt ex ramis arboris cujusdam collectus, in Japoniam & hinc ad nos deportatus. Vid. *Hagendorn. Tract. pecul.* & *Excell. Wedel.* nimirum exinde habetur

a. *Tinctura ſucci Catechu*: ℞. *Succi Catechu* ℥ ij *Spir. Vini à* ⊖ ♀, *cinam. & thym. abſtract.* ℔ j. ſtent in infuſ. per dies 8. donec omne ſolutum

 ſit,

sit, filtretur. *Dosis gr.* xx. xxx. vel xl. Vel ℞. *succi Catechu* ℥ij. *Conf. alkerm.* c. ☽u *rosar. ana* ℥j. *Spir. Vini* ☿*sati aromatici*, ut supra ℔ j. f. s.a. Tinctura. Dosis eadem pro roborando cerebro & aliis partibus confortandis.

β. *Confectura Catechu*; ℞. *Sacch. alb.* ℥iij. *succi Catechu* ℥j. *Conf. alkerm.* ℥ß. *Ambr. grys. gr. vj. Mosch. or.* ☽u *rosar. fol. gran. iij. Ol.* ∫ *cinamom. gt. iij.* Cum *mucil. gumm. tragacanth.* f. exigui coni instar muscerdæ ore detinendi.

3. UNICORNU FOSSILE, non quoad massam quæ cornu refert, sed etiam quoad residuas partes, dentes scil. perquam elegantes, tibias &c. experientià nobis æquè efficacia, si compacta, nec per subterraneorum alienorum accessum erosa vel corrupta fuerint. Hinc poterit ante usum ejus cani exhiberi. Præterimus heic & alias terras, ut *Ochram* quam alutariis; *Cretam* quam domesticis usibus; *Smectim* quam fullonibus; *Tripolin* quam politiobus relinquemus.

4. E *Talco rubro* extrahitur quidem per ▽ *pulvis* mediocriter diaphoreticus, quem tamen inter tot æquivalentia Curiosioribus relinquemus licet naturæ ☉is sit, fluor scilicet metallicus ☿lis cum ♀re ☉lis. Hunc speculo quodam cupreo Lusatum in calcem redegisse retulit *Excell. Bohnius*.

5. *Gemmæ orientales & occidentales* Aurifabrorum officinis aptiores existunt, neq; majori virtute intus invertendi, præcipitandi, resolvendi, adstringendi pollent, quàm parabiliora nostra & minoris pretii *vegetabilia, metallica, animalia. Tinctura* ex symbolizantibus mineralibus æquè sufficientes ac coloratæ habentur ac ex hisce gemmis. In specie tamen *Hyacinthus* & *Sapphirus* sunt pestiferorum tumorum salutares interdum circelli: *Carneolus* aliquanti in hæmorrhagiis aliisque fluoribus effectûs. Vis scil. astralis se in hisce exerit. Vid. *Regn. Miner.*

6. ANTIMONIUM; ex quo parentur

a. ♁*um diaphoreticum* simplicissimè tantùm cum triplo ⦶tri illud sat subigentis unicâ saltem detonatione eâque validiori cicuratum, postmodumque edulcatum liberali aquæ copiâ, ne crassior lixiviosiorque ejus dissolutio (Nota, quòd si lixivio tali Aceto destillat. inspergatur, præcipitatur magist. ♁. cujus dimidium præstat toto ♁ diaph.) plusculum suffuretur. Sic *Pulverem* nunquam non insontem etiam post quadriennium habuimus. Qui vulgari modo parant, meritò cum timore exhibent, siquidem etiam ter repetitâ detonatione tamen aliquantilli flores, nauseæ autores substiterunt, qui dein levissimè sive tractu temporis sive alio modo exaltati vomitus producere possunt. Si diutius in △ne relinquatur, figitur nimis ♁ diaph. & aboletur ferè vis sudorifera, relicta diureticâ. *Dos.* à gr. xv. ad xxv. Usus ejus in *Regn. Miner.* dedimus, quod videatur.

b. *Bezoardicum minerale*, quod fit vel communiter cum butyro ♁;

(eligatur

(eligatur illa *Digbæa* in *Med. Experim.* quæ quibusdam instar panaceæ est) vel commodiùs, si à ☿io vitæ communi è butyro prius vulgato more sequestrato vel à croco metallorum sextuplum boni -∿-ûs ⦶tri per arenam ad siccitatem perfectam abstrahatur, pulvere residuo citra consueta illinc cohobia ulterioresve ignitiones ac citra nimias grati & innocentis acoris elutriationes sat valido atque securo. Nota, si levis aliquis -∿-*us* ⦶*tri* adhibeatur, diaphoreticus quidem evadit pulvis, ast post finitum sudorem plerumque vomitum excitabit, ubi circa præcordia ac ventriculi orificium exoterici quidpiam hæserit: qui verò non nisi levem -∿-um ⦶tri habet, ei poterit *Nitri crudi* ad Croc. metall. ana addere, hincque intensiori igne perfectam abstractionem moliri, ⦶tri enim acidum debet figere, solvere seque unire cum substantia ♁ii ☿li. Vid. *Regn. Miner.* Quisquis ex his prædictis modis coincidentibus placuerit ad ℈ß. vel *gr.* xv. vel *solitariè* vel cum *Cerrinis* &c. datus sudorem egregiè movebit; præcedentibus nihilominus *Volatilibus*.

c *Diaphoreticum* ♃*viale* s. *Antihect. Poter.* in *Observat. Cent. III. Cap.* 20. *pag. m.* 225. & *Cap.* 83. *p.* 285. descriptum extans, fit ex p. ij ♃ & p. j. Reg. ♁, quam *Poterii* descriptionem sequitur *Ettmyllerus*, qui ita procedit: ℞. ♃*vis* p. v. *Reg.* ♁ p. iv. fund. in reg. post detona cum Nitri triplo per hor. integr. ut omne 🜍 inflammabile separetur, fiatque album: nam cœruleum indicat sulphur Jovis nondum fixatum, quod tamen levi *εγχειρησεί* separandum. *Usus* in *hecticâ, affect. uteri, purpurâ, febr. ard. malignis* &c. Cum humectantibus ut *Conf. rosar. rubr.* in *phthisi* est optimum: *Dos. gr. vij.* ℈ß. *Exc. Wedelius* id ita parat: ℞. *Regul.* ♁ *p.* j. ♃ *p.* ij. (quidam etiam addunt ♄um) funduntur in Xlo, ut f. Regulus compositus, hinc cum ⦶i triplo in calcem ex albo cœrulescentem redigitur, cui aqua pluvia tepidè admiscenda, sic enim subtilior cremor se pluviæ miscebit, remanebuntque grumi regulini in calcinatione renati in fundo. Attestatus aliàs mihi *Excellent. D. D. Nicol. Binningerus* Poterium non Regulum ♁ii ♂tum assumpsisse, sed solùm simplicem. Auctor monitum superius scripsit ad *Exc. DN. D. Wepferum* illud nim. cum humectantibus conjungendum esse nec in summè tabidis tutum semper esse, quare cum *decoct. traumatico pector. Gelat. C. C. jusculo fl. bellid min* dari poterit: Laudat quoque id Auctor in *Comm. ad Introduct.* in plethoricorum mulieicularumq; teneriorum ebullitionibus.

d. *Diaphoreticum* ☉*are,* ☽*are* vid. in *Regn. Miner.*

e. Diaphoreticum ♄ninum extare nil attinet, pariter ♀reum.

f. Diaphor. ☿ale per adjectum ☿um vitæ vitrificatum apertè ♁le nec semper hinc adeò fixatum est.

g. *Diaphoreticum* ♂*le*: *Dan. Ludovicus* praxi edoctus sumit *Lim.* ♂ *tenuiss. p. ij. vel iij.* ♁ *trit. p. iv.* ⦶ *tusi* ad pondus utriusque triplum ac simpli-

 citer

citer detonando conficit pulverem colore hepatis. Basilienses & Scaphusienses ita procedebant; *Lim.* ♂ ℔ß. in Xbulo candefactæ superinjecerunt ♄ *crudi pulv.* ℔j, aliquandiu & continuè massam spatulâ agitarunt; pôst scorias ita præparatas è Xbulo in laminam ferream, ut frigesieret, extruserunt; postmodum iis pulverisatis & per cribrum trajectis commiscuerunt ⦶ *opt pulverif.& cribrati* triplum nimirum ℔iij; materiam hanc pôst sole vel in furno exiccatam successivè detonaverunt igne inter medium & fusorum medio: Massam dein adhuc fluidam & igneam vasi terreo frigidâ pleno infuderunt atque hinc edulcoraverunt sexies affusâ ▽â calidâ (utpote in quâ ⦶ ♂tum ♄tum separandum potentiùs dissolvitur) sicque obtinuere *Diaphoreticum* luteo & flavo colore tinctum. Sic verò insigne deoppilativum & diaphoreticum mundificans temperatum habebitur, in casibus renitentioribus usurpandum; v. g. in *Cachexiâ*, ℞. *Diaph.* ♂ ʒij. *Extract. helen.* ʒj. *croci* ℈ß. cum *ol. anis.* F. Pil. ex ʒj. num 60. In *febri hecticâ*: ℞. *Diaph.* ♂, ♃ *ana* ʒß. *Essent. fl. bellid. min. q. s.* F. Pil. num. 240. sumendo m. & v. num. 5. cum *syr de cochl.* In Herniâ varicosâ ℞. ♄ ♂ *cachect.* ʒij. *Terr. Japon. præpar.* ʒj. M. F. Pulv. Vid. *Excell. D. Wedel. Ann. II. Misc. Cur. p.m.* 252.

h. ♀ ♄nii Aceti destill. abstractione magis adhuc fixatum.

i. *Tinctura* ♀is ♄nii qualiter juxta Auctorem paretur in *Regno Min.* dictum. *Glauberus* è scoriis post ♌ nem ♄, ⦶. ♀, cum Spir. Vini facilè parat; Sic & *Tinctura* ♄ ♀*ta* fit ex ♀re ☉to ♄ii & ⊖le ♀ri invicem fluentibus cum Spir. Vini. Vera verò Tinctura ♄ii juxta *Rosencreuzerum* in *Astronom.* cum ♌*u* ⦶*li phil.* paratur, juxta *Kunradt* autem *de Ign. Mag.* certâ *aquâ regiâ*.

k. *Regulus* ♄nii facilè & felicius per detonationem cum brevi subitâque liquatione, aut è ☿*o vitæ fuso* quàm per solam fusionem cum alkalibus (quæ cum ♀re conjuncta ☿iale sinunt coire in regulum, quia illa in radice cum ♀bus conveniunt) ♀reis ⦶atisque paratur: ♂ *stell.* habetur si ♂ti v. gr. segmentis clavium (Nieten) ignitis ♄, quò ♀ra se uniant, addetur, ut fluant, & ⦶ effundanturque in calicem fusorium, ut Regulus subsidat. Inde fit Tinctura metallorum DN. *Mats* sequens: ℞. *Regul.* ♄*ii* ♂*lis* ℥ij. ♀ *rub.* ♃ *opt. ana* ℥j. Fundantur simul igne strenuo donec intimè uniantur, nullique nec stanni nec cupri grumi appareant, quo peracto, hujus massæ capito ℥j. ⦶ *puri* ℥ *xij*. Calcinentur l. a. successivis vicibus, materiam pulverisatam conjiciendo in Xbulum candens, donec scoriæ viridi colore tingantur, quod signum est metalla quo ad minima esse divisa; massam tuam calcinatam, antequam humidum aëris imbibere poterit, tenuiter contunde eique affundito *Acohol vini* ℥xx. digerantur simul per 48. horas, quo diutiùs eò melius, ita enim Spir. vini induet sanguineam Tincturam, quam bene occlusam in phiolâ reservato; *Usus* ejus est insignis in obstructionibus solvendis; operatur enim per diuresin & insensilem transpi-

transpirationem; Exhibetur in lue ♀. *Gonorrhæâ, in obstructionibus mensium, lienu, mesenterii, hepatis*; enervat potenter fermenta acido austera, obstructiones inde oriundas feliciter tollit. *Dosis est à gr. x. ad xxx*, in Vino quovis generoso molli, vel in vino medicato. Hac verò in operatione primò resolvitur textura ♂, ejusque claustra reserantur ope corrosivi ♁ii habetque ♁ium se instar magnetis purius ⊖ & ♀ ♂tis in se combibentis; postmodum idem peragitur à regulo in cupro & stanno, quorum compages laxior est & facilius resolubilis; ultimò ad minima usque resolvuntur metalla per ♁ calcinata, massamque habilem reddunt, ut sua effluvia tenuiora communicent. Spir. vini, quod erat perficiendum.

l. *Butyrum* ♁ cum ☿ sublimato è crudo ♁io affuso uno saltem alterove aquæ simpl. cochleari destillatur rectificationis haud adeò indigum, Vid. *Jac. Zuingeri Exam. Princip Chym.* Usus in *Regn. Min.* dedimus.

m. *Spiritus* ⊕li *philosophicus* habetur, si butyro ♁nii affundatur octuplum vel (si butyrum crassiusculum fuerit) decuplum aquæ fontanæ, hincque filtretur. *D. Michaël* eum rectificandum statuit, quia in quavis rectificatione aliquid de ♁ remanet & medicamenta ex non rectificato parata vomitum cient. Miscebat is eum cum *Tincturis Violar. pæon. fl. aquileg.* Quia verò aliquid de ♁ remanet, menstruum est *Basil. Valent.* ad ♀ mineralium & metallorum resolvenda potentissimum acetum vulgare longè exuperans, qua de causa quoque ad Tincturam ♁ ✠ hoc minerale assumendum: quo spectat præstantissimum medicamentum ab *Excell. D D Bohnio Dissert. de Variol. § 33.* communicatum; ℞. *Minera ♁ii*, prout ex Hungaria affertur, silicibus partim flavis, partim crystallinis intermixtæ q. p. huic subtilissimè tritæ add. *aëris concentrati ⊖is ♀ri* (⊖bus enim sine opus aggrediendum non est) *ana partem dimidiam*. Hæc omnia inferantur phiolæ, seponanturque superfuso rore majali vel ▽â pluviali Martiâ; vase aperto (ne rumpatur ob fermentantem mineram) ad fermentationem. Hâc peractâ procedatur secundùm modum à *Basilio Kerckringio*que descriptum, ut acquiratur ✠ ♁le philosophicum: Hoc ita paratum superfundatur mineræ novæ optimè itidem lævigatæ ad 3. digit. eminentiam, repetendo laborem, donec omnis extracta Tinctura sit. Hanc de novo supra dictis salibus legitimo pondere additis, fermentare oportet, hinc ♌re, primò lento △e & qui saltem sufficit ad prolectionem phlegmatis, seorsim servandi, pòst fortiori, evecturo oleum rubicundum, pellucidum, millibus striis in recipiens depluens. His ita peractis, cum phlegmate primò stillante servatoque ex capite mortuo extrahe ⊖, quod coagulatum oleoque junctum rubicundo, prægressâ ♌one, hoc exaltat in oleum rubino rubicundius, nobilissimum in desperatissimis casibus, iisque imprimis ex sanguinis succorumq; cæterorum impuritatibus natis medicinam.

n. *Cinnabaris ♁ii* nativæ postponenda (Vid. *Sennert. Instit p.1 140.*) utraque nihilominus usu præstantissima ac ☿riale securissimum, de quo in *Regn. Miner.* ceu quoque ex ♁ii crud. ♎tique ana ℔ j. ad tres quatuorve uncias plerumq; haberi inibi, juxta Auctorem diximus ut & qualis sit ejus Usus Medicus, nimirum in affect. catarrhal. senum si partes *ij.* ⊖ △ *succin.* admisceantur : item in *Gravidis* terrore afflictis, morbis malignis magni est usus, ut & *erysipelate capitis*, cum ⊖bus △bus (ceu quæ ipsius colorem etiam exaltant) ad sudandum, item *lue ♀reâ, dolore vago articulorum* ex scorbuto, ut & aff. *hyster.* & *nephrit.* cum *camph.* & *opio*. Secundùm nonnullos tamen adhibetur meliùs adultis quàm infantibus, ob vim ☿lem fortem : quòd si autem hic ab eo abstractus sit & purum ♁le 🜍ur obtineatur, insigne habebitur remedium in archealibus temulentiis assopiendis, nimirum ℞. 🜍 *ex Cinnab. ♁ii ritè præparati vel ex Cinnab. nat. acerrimo lixivio extracti, q. v. solv. in ol. aromat. subtili quod dein per Retortam abstrahe & residuo in fundo affund Spir. vini rectif. digere, abstrahe denuo ∽um & residuo toties novum affunde donec gratum spiraris odorem. Dos. gran. iij. ad v.* Vid. *Excellentiss. D. D. Clauder. scrutin. Cinnabar.* Sic & notum *specificum cephal. Michaëlis* ita correctum : ℞. *Cinnab. nat. vel ♁ rectif.* ℥ *iij. rad. pæon.* ℥ *iß. Ung. Alc. præpar. Cran. hum. præparat. C. C. phil. præpar. Lap. percar. ana* ℥ *j. Perl. or.* ℈ *iiij Corall. rubr. præpar.* ℥ *ij. Fol.* ☉. *num.* j. M. F. Pulvis. De reliquo Cinnabaris in arte auriferâ usu alchymico vid. *Vell. aur.* T *II. p. m. 55.*

7. AURUM CRUDUM subtilissimè limatum aliquid æstimat Auctor, præparata verò negligit, eò quòd in longè parabilioribus ♂libus, ♁libus, Cinnabarinis, Corallinis, Cervinis, Tartareis aliisque Vegetabilibus analepticis, alexipharmacis & Opiatis sufficienter reperiatur quod in ☉ribus; Verùm ex 🜍re longè nobiliori quod præ Cinnabarinis possidet & quo hæc etiam operantur, æstimanda

α. AURUM DIAPHORETICUM *Poterii*: ℞. ☉ *puriss. p. j.* ☿*ii* ♁*ii q. s.* F. amalgama, in phiola stricti orificii igne blando f. Pulvis rubicundissimus, qui per 15. dies circuletur cum Spiritu vini in fimo equino & abstrahatur Sp. vini. *Dos. gran.* iv, v, vij. cum conserv. vino aut jusculo. Usus in tabe insignis, ut Poterii observationes testantur.

β. AURUM POTABILE LANGELLOTTI : ℞ *Calcis* ☉*ri* (ejus scil. præparationis, quæ certâ triturâ fit) *q. v.* affunde *Spir. vini rectificatiss.* ad supereminentiam 2. dig. vel 3. Sic tingetur aureo colore fietq; ☉ *potabile* seu 🜆 ☉. huc verò spectat *Essentia Solis Thurneiseri*, qualem resinosa referentem à *Celeberr. Burrho* Amicum accepisse novi; ℞. ☉ *laminat. p. 16. Aqua Regis p. 16.* Solv. intra horam & dimid. in vitro bene lutato; reponantur in ciner. calid. tertio ignis gradu, Calx remaneat in liquore per 30. dies, dein phlegma abstrahatur, & paretur seq. menstr. ℞. *Picis opt. Vini opt. ana part. 30. Terebinth.*

p. 20.

p. 20. Destillentur per alembicum igne forti 4. grad. Affund. hujus liquoris p. 16. calci ☉lis, inde vitro bene lutato in arena calid. per 30. dies tertio ignis gradu & intra hoc tempus aurum solvetur in aquam flavam, quæ digeratur ad quartæ partis consumptionem, dein ♌la per alembicum & unà transiet ☉, repetatur hoc ter, & habebis Essent. ☉lis. Curabit hoc ☿io perditos, ut *Oleum* ☉ *rubrum* apud *Glauber. Furn. Phil. Part.* I. *pag. m.* 32. Vid. infra de *Universalib.*

γ. LAPIS PHILOSOPHORUM THURNEISERI ob processûs formam quâ sistitur, huc referri meretur: In ♂ ☿ & ♀ crescente ☽ in ♉ o. 4. vel ♊ vel melius in o. 5. ☧. ℞. ♀ *flav part.* 5. *Fell. vitr. Ven. p* 5. ⊕*li p.* 3. ⊕ *p.* 7. *Æris ust. p.* 2. *Cinnabar. p.* 4. redigantur in alcohol & vitro inditis affund. ♰ *vin. opt. p.* 4. destilla per alembicum in 3. grad. ignis, fiatque hoc ter, reaffundendo ☉; Hoc facto ℞. ⊕ *p.* 10. ✱*ci p.* 6. ⊕*li p.* 6. Contund. minut. p. 14. & misce Aquæ præcedenti & simul destilla in unam ▽m; in hac solve, nimirum in ejus part. 8. ☉ri per ♄ purgati p. 4. Dein rursus solve in Aquæ p. 8. *rii purgati* p. 4. Postea rursus solve in Aquæ p. 8. ☽ *fixi* p. 4. Solutis omnibus, quælibet aqua seorsim à calce destilletur & misceantur tres aquæ affundendo Spir. vini rectif. p. 20. Quod si per aliquot tempus steterint, tres calces itidem aquæ commisce in Vitro bene lutato, quod stet in cineribus calidis primo ignis gradu per 30. dies, dein ♌la phlegma & stet aqua per 3. dies ad subsidentiam, dein rursus destilla, aquam inde vitro bene lutato & digere ad dimidium, dein rursus destilla & pone in locum humidum & adparebunt radii, quos ita solve. Inde vitro bene lutato, stent in B. Mar. per 8. dies & resolventur in Oleum, *Oleum Philosophorum* dictum. Hoc Oleum morâ frigefactum per 7. scil. horas, inde vitro & leni igne coagula, solve rursus Spir. vini rectif. in balneo Mariæ & repetatur hoc novies, ut se coaguletur & solvatur; ultimò destilla in aquam quæ est rubra, quæ sensim humido loco reponatur & radii vel crystalli illic crescentes per 7. hor. erunt pellucidi instar rubini, qui sunt lapis Philosophorum verus, *Thurneisero in Archidox. Lib. VII. p.* 51. teste. Confer & *ejus Lib. VII. de Quint. essent.* Noscas autem alios aliter procedere aliaque adhuc subesse mysteria. Legi meretur *Aureum vellus Cheiragogia Heliana, Rhenani Harmonia Chymico-philosoph. Erenzii Farrago Philosoph. Schuleri de caus. Lap. philosoph. Basil. Valent. & cit. Schuleri explicatio Rythmorum hujus: Thesaurinella Olympica tripartita. Beutheri Universal-*Bericht: *Honori Philarethis* Jäger-lust *Halolithi Abortus Alchymiæ: Groschedelii Proteus Mercurialis*, præsertim verò Anglum illum de *Nucl. Alchym* seu Philaletham in Introitu aperto ad occultum Regis palatium. Nobis ex processu *Thurneiseri*, cujus aliàs transmutationum specimina etiamnum hîc Basileæ prostant, videtur saltem tantum ☉ tingi posse, quantum erat, ex quo præparabatur.

8. Ex

8. *Ex* LUNA qui aliquid etiam præter necessitatem juxta Auctorem desiderat, parabit sibi vel

1. *Magisterium* ☽æ ex Aq.font. cum muriâ præcipitatum, tanquam præ eo quod cum alcalibus præcipitatur longè acceptius, subtilius, nisi hoc per alkalia productum admodum edulcoretur. Et hoc vel *per se* vel *cum* ♁*nialibus* dari potest.

2. *Tincturam* ex dicto magisterio cum ♒ ✱ vel etiam ♀ obtinendam. In cœteris ☽æ præparationibus nil singulare hactenus vidit *Ludov.* nisi prodigam cum magnis laboribus argenti profusionem: Vid. *Regn. Min.* Quidam seq. Alchymicum æstimant: ℞. ♁*ii opt.* ℥iß. ♂ ℥j. ♀ ℥ß. M. exhalet ♁, reiteretur bis, residuo adde impastat. ☿ ana, add. *Cinnab. nat.* indantur tigillo perlutato in arena usque dum ☿ per cement. abierit: Dein ℞. ☽ *purg.* ℥ß. *Amianth.* ⊖ *commun. ana* ʒij. fluant per horam, repetatur denuò per se; Postea ℞. hujus ☽ *purg.* & huic in crucibulo fluenti superinjice *metalli superioris* ʒj. cum *gr.* j. *Borac.* fluant per quart. part. horæ & ♄ni admixtione ☽ fixa erit, quæ cum *ana* ☉ri & metalli præparati ʒj. magnum exhibebunt commodum. Conferatur *Regnum Miner. Basil. Valent.* & *Auctor* der Wunder-drey, ut & *Brenz. in Farrag. p.m* 88. *Concord. Chym. p.m.* 95.

9. SULPHUR extra vulgares abusus euporiston, polychrestum est. Laudatur ab Auctore

α. 🜍 *crud. sel.* in Pulvere suo pectorali, de quo in *Regn. Min.* Nos 🜍 nat. Badense intus æstimamus & ejus occasione extus cum ⊖nis paratum seq. *Balneum artificiale*, quale quandoq; præstat naturalibus, ut Fabariensibus, in *Lumbagine & debilitato nervoso genere*: ℞. 🜍 *opt.* ⦶li, ○ *crud. ana* ℥iij. ⊕ ℥ʒ. Pulverisata injice aheno, affundendo crateram aquâ plenam, coque aliquandiu, post effunde decoctum unà cum pulveribus in crateram quercinam (eychenen Züber) & refrigerari sine, residebit pulvis in fundo, aqua verò lixivii colore tincta claraque evadet; postea præpara balneum aquæ dulcis, cui aqua illa lixivialis à pulveribus decantata infundatur, moxque balneo non ferventi insideat æger, manè quidem per 3. horas, vesperi verò per duas saltem, sicque quotidie iterato balneo ad 4. usque septimanas continuat æger, notatis circumstantiis, præsertim odor adversus & symptomata quædam absorbentibus mox avertantur. Confer *Glauber. Furn. Phil. P. II p.* 11. 🜍 fixatum *Paracelsi Op. Vol. II. p. m.* 95. descriptum pro usibus mechanicis laudem meretur.

β. *Lac Sulphuris* non cariùs è floribus, sed è crudo saltem cum calce vivâ (non tædiosius cum alkali ♀reo nitrosoque) percoquendo, aut solùm alkalibus illiquando, & postmodum ⊡â vel rejiculis quibusdam acetositatibus præcipitando facilè comparandum, sicque *florum locum* omnium supplens, imò plus virtutis in se obtinens, id quod tamen negat *Ettmyller*, quia

sulphur

ſulphur acido & alcali unita deſtruitur. Vid. tamen *Zwölf. Mant. Herm. pag. 516.*

γ. *Balſamum* 🜍 *terebinthinatum* ſive *ſimpl.* ſeu aliquotâ *ol. fænic.* vel *aniſi* parte inter extrahendum alteratum, facilè pro lubitu, *camphorandum* ; Fit autem non ex operoſioribus floribus, ſed è *crudo tantùm ſulphure* ſub proportionali ad ſolvens pondere per ſimplicem ſaltem in retortulâ diſſolutionem intra aliquot horas vel etiam ex *hepate* 🜍*ris* (ad illius tamen ſolutionem perfectam pluſquam ana ⊖is ♀ri requirente) ſimpliciter ſic præparatum adde & ſpiritum terebinthinæ. *Uſu. Balſ.* 🜍*ris* eſt ad *ulcera interna* maximè *pulmonum*, præcipuè cum *balſ. Peruv.* & *Sacch.* ♄. ſi fiant *rotulæ*; maximè in tuſſi, etiam inveteratâ ſi *Opiata* miſceantur; in dyſenteriâ etiam malignâ egregius eſt. Vid. *Act. Hafn. Vol. II. Obſ.* 121. Balſ. 🜍 compoſitus fit ex *fl.* 🜍 *p. vj. Flor. benzoës p. j.* ♌tis in arena cum ſ. q. *Ol. juniper. deſtill.* add. *Ol fænic q ſ.* ad grat. (Nota quòd poſt 🜍 *benzoë* ſit optimum thoracium.) Balſ. 🜍is ♁tus fit è *Flor. in præparatione clyſſi* ♁*ii* 🜍*ti* in recipientem ♎tis, extrahendo eoſdem ſimili modo, ad incidendam pituitam in *tuſſi, phthiſi &c.* Huc refer *Flor.* 🜍 *compoſ.* ℞. *Flor.* 🜍 ℥iß. *Myrrh. ſel.* ʒjß. *Aloës ſoccotr. depur.* ℈j. *Croci gr. xv.* M. F. Pulvis.

δ. *Balſam.* 🜍 *externum*, convenientiſſimè forſan cum *Ol. hyoſc.* vel *papaveris*, vel ſaltem *Oleo amygdalino* è crudi nec alkali quodam diſſoluti ſulphuris proportionali pondere, per ſimplicem tantùm ſine vino, opus protrahente, liquationem ſeu diſſolutionem, citra lentam illam parùmque ſulphuris adſumentem digeſtionem. *Camphorâ* pro lubitu poſtmodum facilè alterari poterit. Sic verò inſigne remedium Chirurgicum eſt *Balſamum & Emplaſtrum* 🜍 *Rulandi* : ℞. *Flor. ſulphur. ter ſublim.* ℥ *iij.* (unâ vice ſolùm ♎ti difficilius ſolvuntur) *Ol. roſac. compl.* ℔ß *Vini rubr. opt.* ſi vis ℥ *iiij.* circiter, Macerentur per 8. dies lento igne, atque aliquoties agitentur, tum coquantur lento igne & ſemper movendo ad *Vini conſumpt.* In Colat. ſolv. *Terebinth. clariſſ.* ℥ *iiß.* & ſervetur ad uſus innumeros à *Rulando* propoſitos *Centur. I. Curation.* 92. Nota, *pro uſu ſolùm interno ſumi poteſt Ol. amygdalin. dictum.* Ex dicto Balſamo parat etiam *Rulandus* ſuum *Emplaſtrum diaſulphuris* quod certum & infallibile remedium judicat in omnis generis Ulceribus & Vulneribus : eſt autem tale ℞. *Balſ. ſulph.* ℥*iij. Ceræ nov.* ℥ß. *Colophon.* ʒ *iij. Myrrh. ad pond. omnium* : Ceræ, Colophon. aliiſque ſimul liquefactis & bene commiſtis inſpergatur paulatim Myrrha ſubtiliſſimè trita, igneque lento coquantur, ſpathâ ſemper agitando, donec permixta fuerint bene: poſtea nempe poſt quartam horæ partem ab igne removeantur, & paulatim frigeſcant. Quantum verò 🜍 valeat exterius patet etiam ex *Balſamo Baſil. Valent. ad Cancrum* ceu qui ex 🜍re ♁ii habetur: nimirum fit ex pulvere flavo ſulphureo vergente ad rubrum, qui elicitur affuſione 🜊

 fortis

fortis bene rectificati super vitrum ♄ii probe pulverisatum, extractiones repetitas, præmissâ filtratione, miscendo & ʃ\ne acetum abstrahendo ad pulveris remanentiam, qui affusione ▽æ pluviæ dulcificatus, tritusque ovis ad duritiem coctis exempto vitello imponitur, ut in loco humido solvatur in liquorem flavum, quo inunctus cancer jam jam cultro exscindendus feliciter curatus est, ut observavit *Kerckringius* in *Bas. Curr. Triumph.* ♄ii *Comm.* Aliàs *Emplastrum diasulphuris* Chirurgi nonnulli ex tempore nec sine fructu parant *è sutoriâ pice* cum *sulphuris pulverati* inspersione.

10. SAL ARMONIACUM: cujus quis eligat *Flores* eosque saltem simplices cum alkali quodam tartareo vel ⊕troso, scilicet sale Tartari vel nitri fixo sublimatos: quibus *Flores ♂les* injucundiores. *Flores hæmatitini* colore & sapore quidem specialiores ast haud efficaciores in febribus. Præparatur & ✱ *cum* depuratione, solutione scilicet in *aquâ simpl.* exhalatione hinc tenuiss. phlegmatis, concretioneque in stirias ⊖siformes: quo modo & solâ ≏one in *flores* abit, quæ aliàs cum *limat.* ♂ sublimati sunt viribus inferiores ipso ✱co; taliter enim in △ acidum ✱ci rodit ♂m & ⊕lum conjungit cum eo, ⊖ verò ⊡sum avolat in auras, fortiori verò tandem △e adscendunt saltem flores ⊖ni, *Flores* enim ✱*ci ♂les* ita habentur, dum scil. ≏ntur è cucurb. vitr. in arena △e in progressu intens. è ♂ *lim p. j.* ✱*ci p. ij*; ubi superiores leviores cedunt in *Essent.* ♂ ⊙*tam antiscorb.* inferiores ex nigro grisei per deliquium fundunt *Liquorem ♂lem Exc. D. D. Wedelii*, in quam plures usus, seu in aq. solvatur & filtrentur seu in cellâ, ubi fa ur tior. In Febribus post *Vomitorium* per se certissimè juvant *Flores* ✱*ci* cum ana ⊖ ♀ sumendo utriusq; ℈ß. flores nimirum in Sp. vini resolv. ⊖♀ri verò in *aqu. rof.* quæ mixta 3. horis ante paroxysmum dantur. Vel ℞. *Flor.* ✱*ci*, ♀ ⊕*lat.* *ana* ℈j. *Bezoard. min.* *Cinnabar.* ♄*ii ana* ℈ß. M. F. Pulv. pro 3. dosibus in *syr. flor. tunic.* sumendis.

Plura vid. in *Regn. Min.*

SECTIO

SECTIO III.

DE DIURETICIS, LITHONTRIPTICIS,

aliisque APERIENTIBUS ac DETERGENTIBUS.

ARTICULUS I.

De iis quæ ex Regno Vegetabili depromuntur.

E Vegetabilibus selectiora semper sunt temperatiora, abstersiva & simul mitigativa, *calidiora* enim malum in præservatione & accidentia in curatione frequentius augere oppidò deprehendimus. Locum autem heic invenit

1. TARTARUS, cujus ortus ita se habet: Dum acidum vini corrodit feces, fex vini se impregnat copioso sale volatili, unde fit ut acor vini cum partibus fecis solutis se se coagulet & sub istâ coagulatione partes fecum ▽res simul constringant secumq; uniant, ita ut ex tali coagulatione salium cum fecum partibus ▽bus oriatur corpus tale salinum crystallinum (circa dolii ambitum hoc fit, quia vinum ibi acidius, ut ex congelatione patet, & ibi subjectum firmum lignum dolii alcalisatum) illæ verò feces vini ex fermentatione in fundum ⫪tæ non sunt feculentæ, sed sua habent propria principia salina, copiosum scilicet alcali & acidum, quæ in complexu suo detinent partes terrestres fixas & partes quasdam ∼osas copiosas satis; nam ex vini fecibus ∫ri potest ∼us ardens elegantissimus, item ex fecibus vini si ritè procedatur, acquiritur ⊖ Λle formâ nivis. Sic igitur 🝃us crudus selectior & quasi per se crystallisatus *lotus* detur, non multoties depuratus, unde subtilissimam partem acido Λlatilem manifestè perdit, nec in △e remanet, vix autem arenositates in totum tolluntur, aut si quid omnino feculenti quid, semel tantùm considerate depuretur, uti communiter *Acidi Tartari* nomine venit, citra varias candoris, *Cremoris, Crystallorum* affectationes. Nota quòd *pulvis hepaticus ruber* nil aut parum huc conferat; nec Tartarus aluminosus singularibus polleat viribus, sic enim stipticus magis fit. E 🝃ri *preparatis* ergo seliguntur

a. *Tartarus chalybeatus* extemporaneus, admixtione ⊕li ♂is factitii, tantùm pulverisati nec prius in succis dissoluti. Tartarum ♂lem alii parant additis aromaticis, cinamom. anis. fœnicul. rad. caryophyll. & obstruct.

menfium, cachexiæ & melancholiæ opitulatur, appetitum excitat & fanguinem perficit.

b. ⊖ ♀ri *fixum* è fpiritûs totaliter prolecti ⊙ etiam ulterius non calcinato notorio more fimpliciter fecretum. Hoc ⊖ addi poteft Cremori Tartari, quia hic ob acorem in quibusdam morbis nocivus. Paratur & ex eo cum acido △li acet. deftill. ▽ *foliata Tartari*. quæ Tartarus eft regeneratus, dum ex eâ ac ex hoc ~s, oleum & ex ⊙ ⊖ fixum exit. Vid. *Svvalv. de Alcali p.* 31. Egregiè refrigerat, æftus vagos hypochondr. compefcit, cum ~ ✳ci bonum eft digeft. (Vid. *Tachen. Hipp. Chym. p.* 56. *item Zvvelfer. in Apolog. P. II. Cap.* 10. *p.* 73.) Sic in Podagrâ: ℞. *Liq.* ▽ *fol.* ♀, ~ *carmin. de tribus ana* ℥ij. *Effent. opii Lang.* ℈j. M. Dof. gut. xxx. xl. *Excell. D. D. Bohnius Differt. Phyf. Chym. VI.* §. 30. non fine caufa quoque hanc ▽ fol. Tartari in purgantium virulentiâ corrigendâ ut optimum laudat remedium.

c. ♀ ⊕*latus* parergon plurium præcipitationum elegantior habetur, fi ♀ro ♀rifato in f. q. aquæ fimpl. diffoluto parili confuetoque modo ~ ⊕li. à. ♀ ritè depur. inftilletur & totum hinc debitè coaguletur. Hic vero ♀ ⊕latus optimè detergit & aperit cum *Ocul. cancr.* & *cryft* ♀ri ana; ex quo etiam cum *fem. lycopodii* ac etiam *conchyl. lap. judaici* pulvis ad ifchuriam, &c.

d. ♀*rus* ♀*rifatus* è ⊖is ♀ri p. ij. & ♀ri pur. vel depurat. p. iij. præparatus, affufione *aq. font.* five per fe detur, feu potius cum Spir. vini folvendo in *Tincturam* diureticam & interdum femilaxativam ad imitationem *Balfami Tartari* quorundam redigatur, quæ cujusque Tincturæ Tartari loco effe poterit. Prælaudatus *Excell. D. D. Bohnius loc. cit.* ♀rum ♀ifatum catholicam & potentiffimam in referandis Vegetabilibus vocat clavim, ut vel in *Elix. P. P.* confectione hoc menftruo adornata patet, cujus ingredientia cuncta ei aufcultant.

e. ⊖ *effentiale* ♀*ri*, de quo modò dictum, paratur faltem unicâ ⚹ affufione ad perfectam usq; falis ♀ faturationem (quod duodecuplo vel fedecuplo pro iftius robore & aciditate fit) & unicâ fimpliciter Sp. vini rectificati abftractione, citra tot fupervacuas repetitiones. *Arcanum* hoc ob facilè deliquium in duplo præterpropter aquæ cujusdam deftillatæ vel fpiritûs ardentis fimplicis aut appropriati vel etiam *Elix. propr.* (fine acidis parati, fed potius per alcalia, nam ~ fulphuris caftrat aloën) diffolutum efficax fic fub *Tinctura* confiftentiâ fpleneticum, nephriticum, feu *per fe* detur feu *aliis alkalinis* confortium ferentibus, combinetur.

f. ⊖ ♀*ri volatile*, feu (cùm ægrè ficcâ confiftentiâ per fe fervetur) ~*us Tartari*, bonum diureticum, diaphoreticum atque refolvens. Concinnatur compendiofiffimè è *Sale Tartari* ex ~ûs ♌ti ⊙ fegregato non amplius calcinato, vel è *fecibus vini* poft Spirit. vini deftillationem collectis

& in

& in furno figulino ollâque tectâ calcinatis; sic obtinetur ⊖ candidissimum, urinosissimum, & jam quasi semivolatile. Vide tamen supra *Art. I. Sect. II. p. 18.* Ut verò *volatilis* acquiratur *liquor*, hoc ⊖ ☿ semivolatile cum ◯*is* seu *crudi* seu potius *usti* aa. in arenâ per retortam ♌ dum: Usus in *hydrope, affect. hypoch*: ad absorb. *Dos. gr. xx. xxx.* vel si *purè* ☿ *ea* desideraveris, ex *Oleo* ☿*ri nigro* cum *Sale Tartari* aliquandiu negligenterq; quasi digesto haud difficulter habetur: vel ex *Tartari crudi* & ◯ *crud.* ana per arenam ♌*tis* habetur liquor volatilis, sed priori graveolentior. Acor in destillatione percipitur quærendus in oleo, dein quia concentratum ab △ artific. alcali dat oleum, idemque alcalicum acido liquefactum dat ⊖ fixum. *Virtus* ⊖ △*lis* egregia est, quia alcali acidum infringit inprimis *podagricorum*, quorum tophos impedit coagulari, acidoque specificè contrariatur, *v. g.* ℞. ⊖ △ ☿ ℈ij. *Cinnab.* ♄ *opt. rectif.* ℈j. *Camphor. gran. vj. Laud. opiat. gr. j.* Misc. F. Pulvis. Melior aliàs ⊖ ☿ △ e parandi modus est si ☿*us crudus* fermentetur cum ⊖*le proprio*, unde ∽us volatissimus habebitur; prout & *Crem.* ☿*ri cum* ⊖*le proprio fermentatus* abit in *crystallos* ⊖*sos* efficacissimos. Hîc & non prætereunda *Mixtura antiscorbutica Exc. Wedelii* quæ est ex ∽u ☿ri, ⊕li ♂tis vel ⊖lis, cochlear. ana tinctis. Dos. ʒß. Si verò loco ∽ûs ⊖lis sit ∽ ⦶ fit *antihydrop. & anticol.*

g. *Oleum Tartari nigrum*, cùm intus sumptum ingratissimum, rectificationem quovis etiam modo vix promeretur, utut ⊖is △. quidpiam secum vehat. *Extus* gregariis adhibitum potens resolvens & balsamicum, etiàm in *contusionibus* carnosarum nervosarum partium &c. Ex oleo hoc olim Autor paravit *Emplastr.* sat utile ad imitationem *dia*♀*u*, nimirum multum præstat *Emplastris vulg.* in dissolvendis *tumoribus duris scirrhisve*, in *vulneribus* ad laudabilem suppurationem perducendis. Vid. *Borrich de Chem. Æg. Sap. p. m. 375. & ten Rhyne p. 94.* Aliàs *Ol Tartari* per *deliquium* dictum ob alcali acidum subcutaneum absorber, infringit & enervat, quò hinc in *scabie* spicula ⊖na minus fibrillas cutis lancinent: paratur autem si ⊖ ☿ri vesicæ porcinæ includatur & aquæ ferventi immittatur, unde facile deliquescit, sic namque ad idem corrosivum & salinum fixum infringendum habetur *Liquor contra calculum Dresdensium* ex ⦶ & ☿ro.

2. TEREBINTHINA saltem nostras *intus*, ubi diuresis cum alvi laxatione desideratur, quoque exhibenda etiam sine lotione aut curiosiori per pixidem ligneam transcolatione, si *per se* (quamvis sic ingratior) exhibenda foret, in notoriis vehiculis, *emulsionibus* aut *mixturis* extemporaneis, v. gr. ℞. *Terebinth. opt.* ℥ß. solv. *Vitell. ov. q. s.* affund. *Syr. alth. F.* ℥ß. *Vini Malvat.* ʒvj. M. Usus in *Nephritide*: Vel ℞. *Ol. amygd. d.* ℥j. *Terebinth. Ven. Sacch. cand. ana* ʒij. Infund. per noct. sumatur pro tribus dosibus in *Gonorrhœâ*: quæ verò *cocta* vocatur, ad sui occultationem diversis in formulis aptior

 existit;

existit; nec tamen opus est ut cum frustraneâ -☉-us jacturâ seorsim vulgo coquatur, *internis* usibus, tum *per se*, tum adjecto *diuretico*, catharcticoque stimulo quovis ex tempore promptè destinanda: Sic fit præter ▽ *Quercet. Pulv. ad Gonorrhæam Excell. Wedelii*: ℞. *Terebinth. coct.* ℥ j. *Sem. vitic.* ℈ j. *Sacch.* ♄ni *gr.xv* M. Item seq. ℞. *Terebint. Ven.* ℥ß. *Carn. Viper. Fl.* ♀. *sem. urtic. ana* ʒj. M. F. Pil. in *Asthm.* superbib. jusc. è *farfar. scab. &c.* Sic sunt *Pil. nephr.* ℞. *Tereb. Ven. lot.* ℥ ij. *Rob vel Troch. de halica.* ʒij. ♀ ⊕ *lat.* ⊖ ⊕ *tri, Sem. irion. milii* ☉ *is ana* ʒß. Cum *pulver. liquirit.* F. Pil. dimid. pis. magn. Extus sequens fit ℞. *Ol.* ♌. *terebinth.* ♍ *Matth. ana* ℥ j. *Ping. cunic.* ʒiij. *Succ. limon.* ʒ q. Cum pauxill. *Cer.* F. *Linim.*

a. Oleum flavum atque *rubrum* quod inter tot resolventia & balsamica ulteriorem destillationem haud meretur. Ingrediens aliàs est *Pilularum Universalium Starckio Anglo* adscriptarum seq. ℞. ♀ *ri ad albed. calcinat.* ℔ j. *Ol. Terebinth. lucid.* ℔ ij. stent in digest. in arena, coq. donec desinant in Saponem; Hujus *Saponis* ℞. *p.* ij. *Extr. Opii Spir. Vini præpar. helleb. nigr. Pulv. glycirrhiz. subtil. trit. ana p.j.* F. Mass. Pil. cui si addere velueris *Regul.* ♁ *ii medicin. p j.* erunt præstantiores. *Dos. à* ℈ß. *ad* ℈j. Ratione *Saponis* prosunt nephriticis: *hellebori* cachecticis; *glycirrhizæ* temperant sales acres: *Opii* compescunt extraordinarias fermentationes & dolores sedant: ratione *Reguli* mixturam sanguinis turbatam restituunt & materiam peccantem per diaphoresin educunt.

b. Spiritus Terebinth. gratior per vesicam quam tædiosius per cucurbitam habetur, cujus ℥j. cum sale volat. ♀ vel ⊡ ʒij. *Balsamum* præbet *antinephriticum* egregium. Post destillationem spiritus in cucurbitâ relinquitur *Colophonia* exterius usurpanda.

3. *Alkekengi baccæ*, missâ languente aquâ, inconcinnisque inter tot anodyna *trocbiscis* exhibent *Extractum liquidum* sine saccharo quoque durabile, non inefficax & simul mitigativum, est enim ut alia Solana insigne anodynum. Sic nempe fiunt *Pilulæ nephriticæ Exc. Wepferi*: ℞. *Rob baccar. alkekeng. Terebinth. Cypr. coct. ana* ℥ß. *succ. glycirrhiz.* ʒij. *pulv. ocul. cancr. sem. portulac. Lap. judaic. ana* ʒj. F. Pilul. ex ʒj. num. xxx.

In defectu hujus substituatur

4. *Hederæ terrestris extractum saccharatum* supervacui syrupi conservæque vicem sat supplens. *Decoctum* quoque ejus in *calculo, mictu cruento, pleuritide, phthisi*, experti est usûs.

5. *Aqua fragorum* acceptior, loco aliarum aquarum ♌ tarum pro vehiculo, reliquis magis nauseabundis ac languidis.

6. *Aquæ compositæ nephriticæ* tanti non sunt, nisi aliis specificis exaltentur, aut epiceraſticis, anodynisque in alio quoque vehiculo sufficientibus, consocientur; Talis ▽ *nephrit.* sequens: *Excellentiss. Wepferi* ℞. *Herb. heder.*

heder. ▽*ftr. M. i ß. nafturt. aq. M. j. agrimon. Mß. Melilot. c. flor. faxifr. c. tot. fummit. fœnic. ana P. ij. Rad. petrof. pimpinell. Gramin. rub. tinct. ana* ℥ß. *ononid.* ℥ß. *Baccar. alkekeng. num. v. Junip. Laur. Gland. querc. rec. fine cort. n.* 7. *ana* ʒiß. *fem. genift.* ʒiij. *petrofelin.* ℈iiij. *Cinamom. Macis ana* ʒß. Incif. contuf. affund. *Vini gener. Menf. j. Aq. fragor. petrof. malv. ana* ℔ß. ftent per 8. dies claufa, poftea ∫. tur, add. *facchar.* ℥vj. Dof. cochl. ij. vel iij. Sic & *Tinctura vulgares nephritica* feu Spirit. vini medicati juniperini &c. calidiores difpofitionem iftam potius intendunt. NB. *Aqua rad. eryngii* fpecificum etiam contra calculum; radix hæc etiam in jufculo coqui poteft: fic & *Aqua compofita Excell. Wedelii* magni æftimanda. ℞. *Rad. ononid. pimpin. ana* ℥iß. *Fol. heder.* ▽ *Virg. aur. herniar. ana M. ij. Herb. faxifrag. alb. M. iij. Flor. Chamomill. Rom. M. j. S. dauci, hyperic. ana* ʒij. *Saxifrag. cynosbat. ana* ℥j. *Nucl. perfic. ceraf. ana* ℥vj. *Amygd. am.* ℥iij. M. Inf. in *Vin. vel Aqu. M iiij. vel vj.* circiter, diger. per dies aliquot, hinc ∫ tur per alembicum. Datur cum vin. ad cochlear. j. vel ij. tum in mixturâ vel ⌒ ⊖is aliisq; vel *malvatico juniperino*, quod fit fi ipfe ⌒us *rob juniperi* affundatur, illudque extrahat, unde & ipfe coloratur & mitefcit.

7. Addantur his cum *Ononidis Extractum*, ⊖ *fixum* fi ♀*ratum* aut amplius pro lubitu ☾*latum*; tum ⊖*ia* quoque felectiorum aliarum plantarum ⊖is majorem copiam fuppeditantium; v. gr. *è ftipit. fabarum*, ex *Urticâ, Geniftâ* aliâve, combuftis, quo fal quafi catholicum feu polychreftum exeat. Nec, fi hæcce parabiliora habeantur, opus reliquarum plantarum operofioribus & parcioribus. Competentibus mineralibus haud difficulter alterantur. Penes hæc autem omnia Vegetabilium Diuretica non indigebit quis feqq. non quidem contemnendis, fed vel fpeciofis vel adverfis &c. *Saxifragâ albâ, Pimpinellæ rad.* five ficcatâ five extractâ five quocunque modo paratâ aut ejusdem herbâ femineve oleum tædiofum præbente: fic enim *Daucus* in femine oleove fuo adverfus, etfi ejus aliàs efficacia laudetur ab *Helmontio de Lith.* & *Cnöphelio* in *Ephem. Cur.* Sic namq; fequent. *Pilulæ utiles*: ℞. *Sem. dauci Cret.* ℈ij. *Cinam. Spic. ana* ʒß. Cum *aq. apii.* F. Pil. 3. funt optimum diuretic. & maximè conferunt hydropicis, ut & feq. aliàs *Willifii*, in pertinacioribus glandularum tumoribus infuper haud fpernendæ: ℞. *Millep. præparat.* ʒj. *Sem. apii* vel *dauc. Nuc mofch. ana* ℈j. *flor.* ✱*ci gran. xv.* cum *Terebinth. Ven.* F. Pilul. pifi magn. Dof. num. iv. bis in die. Juxta Auctorem infuper carere poffumus *Rufco, Filipendulâ, Geniftæ* fem. floribusque ficcatis, aut confervatis vel conditis: *Eryngii rad.* five ficcatâ feu conditâ: *Lappæ* utriusque femine vel majoris radice (quæ tamen fuccedaneum Chinæ effe poteft) *Lithofpermo* quovis, *Cynosbati* vel Mefpilorum arillis, *Spinis albis, Dactylorum ofsiculis, hederæ baccis*, (cujus aliàs ℞ *cum aq. menth.* fpiritûs ftomachi exorbitantias lenit) *Glandiumq; farinâ* &c.

Apii

Apii (cujus aliàs ſuccus antiquartius) item *rad.* vel *ſem. amygdal. amar. ſem. violar.* cum *aq. veron.* in non quidem adeo languidas *Emulſiones*, at vomitus interdum magis proritantes abiens &c. Quòd ſi tamen ejusmodi ſpecies ad manus eſſent, parari poſſet *Spiritus nephriticus* ad modum ſequent. ℞. *Rad. cucum. ſem. fœnic. apii, aniſ. petroſel. fœnograc. Cinam. Zingib. Zedoar. Galang. Macis, Lumbr.* ▽, ♋ *fluv. calcin. lap. percar. præp. ana* ʒj. *ad. eryng. herb. ſaxifrag. flor. geniſt. mand. luc. piſc. ana* ʒ *ij. Nucl. perſic. Rhabarb. el. Gran. junip. Caſſ. fiſt. rad. glycirrhiz. raſ. ana* ℥ß. *Ther. opt.* ʒiiß. pulveriſatis pulveriſandis f. Infuſ. in Menſur. ij. Vini moſchatellini & Menſ. j. Sp. vini in vitro capaci. Latent nim. in quibusdam ſimplicibus inſignes contra auſterum coagulum dotes, velut præterquam obſervârit *Thurneiſerus* radicis Petroſelin. operationem diureticam efficaciorem eſſe ſi Sole & Lunâ infra horizontem exiſtentibus, colligatur, valet intus hæcce *radix* cum ana *Sacchar. cand.* ad ʒ *iij.* in puncto novilunii data ad renum & veſicæ mala certò ſananda, ceu & *Infuſ. rad. cerefol.* in vino creſcente ☽ â datum optimum eſt ſanguinem mundificans, ut retulit *Leonh. Thurneiſero D. Joh. Huberus Medicus Baſil.* Sic & *ſemen cynosbati* non minus quàm *ſpongiolas* his in caſibus ſalutares novimus: ℞. *Ocul. cancr. cont.* ℥ß. *Muſc terr. clav.* ℥j. ⊖ *febrifug. Sylv.* ʒß. *Jalap.* ʒij. *Sacchar. dupl. ad pondus omnium* F. Tragea: Vel ℞. *Sem cynosbat.* ℥ß. *Ocul. cancr.* ⏀ *puriſſ. ana* ℥j. M. Doſ. ʒj.

8. *Olea ex nucleis perſicorum, ceraſorum* &c. & id genus ſeorſim vel nephriticorum titulo conjunctim cum aliis expreſſa intus quoque uſurpata ſunt, ſufficiet pro *interno* uſu *Amygdalinum, olivar.* verb. gr. ℞. *Ol. amygd. d.* ▽ *malv. ana* ℥ij. *ſir. alth.* ℥iß. *ſperm. ceti* ʒj. M. pro *externo* verò *Ol. hyoſc.* ♏ ℞. *Cepæ min. inciſ. num. j. Fol. pariet. petroſel. ana M. j. S. ſaxifrag.* ʒj. *Ol. ſcorp. ſ.* ℥*iv.* Elixentur & ponantur in pube.

ARTICULUS II.

De iis quæ è Regno Animali petuntur.

1. CANCRORUM LAPILLI quivis non religioſius è vivis tantùm exempti poſt ſimplicem ſolùm pulveriſationem *ſolitariè* vel cum *Opiatorum* aliquantillo dati, ſunt quovis magiſterio ad abſorbendum invertendum & detergendum, tum hîc, tum in *pleuritide*, *febribus*, *ſtomachi anguſtationibus* aliisque vicinis acoribus, *ardoribus* &c. longè præſentiores, ut in *Regn. Anim.* etiam diximus: ſic & in ✢ conjecti *internè* ad cochl. j. arcanum ſunt in *Gangrenâ*, dum ſic ⊖ Ale eorum extravertitur; aliàs verò ſolutiones cum aceti vel ipſius etiam æruginis ⌒u parvifaciendæ; cùm ſolutionibus

nibus cum ♎u ⊖ aliisque confectis præstant *Tinctura ♀ri ♀risati, arcanum ♀ri* aut alkali quoddam ipsis facilè associari vel prius volatilisatum felicius surrogari potest. E præparatis Cancrorum

a. *Butyrum* frixum ingratum,

b. ♎us Curiosorum opus,

c. Cinis integrè combustorum in Rabie debilior, uti fortiores sunt *Mixtura simpl.* & hinc *præcipitantia*, velut seq. pulvis *Exc. Hannemanni Act. Hafn. Vol. II. Obs.* CX. candidè communicatus: ℞. *Pulv. sem. card. fullon.* ʒij. *C. C. phil. præpar.* ℈ij. *Lap. bezoar. gr. xv. herb. card. ben. scord. ana* ʒß. ▽ *sigill. præpar.* ℈j. *rad. Tormentill.* ʒj. *Ocul. cancr. præparat.* ℈j. ♁ *diaph.* ʒß. *lap. percar.* ℈ij. *Cort. citri* ℈iiß. M. F. Pulvis. Aliàs à *Galeno* ex cineribus eorum cum rad. gentian. & thure paratus; qualis etiam cum *rad aristol. rot. long.* apicib. digitorum hom. suspensi, pulv. cran. hum. *Pilulas contra podagram* ingreditur; Verùm plures pilulas tales in dissectione quorundam post mortem inventas novimus.

d. ▽*a Cancrorum* Minsichti prævalet *Aq. chelid. Ping. serpent. mustel.* &c. *Analeptica* verò *decoctum*.. *Aqua* exinde *antarthritica* in *Regn. Anim.* descripta in *Rheumatismo* ita usurpatur: ℞. ♎ *artarthritic.* ℥viij. ⊕li △lis ℥j. ✱ti ⊡si ʒß. *Camph.* ʒj. *Opii* ʒß. solv. & filtr. illinatur & locus tegatur *Emplastr. diasapon. Tachen.*

e. *Infusum oculorum* in vino in vulnerariis præsentius: Utiles etiam in Vinis medicatis aliis.

f. *Decoctum* eorum cum aliis diureticis ut & in Oleis traumaticis vix excusandum. Valet tamen seq. è Canceris integris: ℞. ♋ *fluviat. num. x. Sempervir. maj rec. M. iij. Rosar. rubr. comm. M. i* ß. Conquass. coq. in s. q. aq. remanent. ℔ iij. Coletur & clarif. Colat. adde *Mell. rosat. f.* ℥ iij. ♎ ⊕*li pro levi acid. q. s.* M. pro *Gargarism.* in *Anginâ.* Sic etiam ad Inflammationes externas præsertim ex *vulneribus sclopetorum*: ℞. *succi* ♋ *fluv.* ℥v. *sempervir.* ℥viij. *Acet. rosac.* ℥v. *phlegm.* ⊕*li* ℥iv. M.

g. *Morsulos* caudæ ingredientes vespillonum lusus sunt.

His verò deficientibus efficacia non deest par in *Chelis cum induratis summis tendinibus*, Cochlearum item, omnium Animalium maritimorum vel subterraneorum crustis ac testis, ovorum item, licet sint languidiores, quâ de causâ utiliter permiscentur: ℞. *Ocul.* ♋ *præpar.* ℥j. *Testar ovor. præpar.* ʒß. *Opercul. cochl. præparat.* ʒjß. *lap. Judaic. præpar.* ʒj *Nuc. mosch.* ℈ß. M.

2. *Leporis siccatus cruor* (ut & *hircinus*) & è toto cum pelle pilisque *cinis*: *Lucii mandibulæ*, Troglottides tostus; ⊡*a hirci* etiam embryonis: *Cicadæ*: *Halecum vesiculæ*: *Lapides* in apri bovisque aut etiam hominis vesicâ reperti; *Sabulum* ⊡*æ*: *Cantarelli*, & id genus alia quoque vel nil planè vel perparum tantùm expellunt. Vid. tamen *Tinctur. verm. Majal.* in *Collect. Chym.*

Leyd. ℞. *Verm. Majal.* Germ. Schmalzkäfer/ qui in stercore vaccino reperiuntur, q.v. vid 20. affund. contus. xx. guttas *Ol.* ♀*ri per deliq.* digerantur & extrahantur cum Sp. vini ad eminent. iij. digitor. & habebis Tincturam flavam. Hoc modo omnia animalia venenosa ex. gr Cantharides &c. possunt præparari; cum acidis verò perdunt eorum efficaciam. Usus Tinctur. certissimus in *Gonorrhæâ.*

3. *Ol. scorpionum* infusum simplicissimum sive per se sive pro re natâ *Ol. terebinth. cera* &c. penetrantioribus interdum permixtum aut obnuptum extus satis proficuum.

4. ASELLI sive *Millepedes* præparati arenosas in vesicâ conglobationes aliquando expellunt, tum *per se* tum aliis resolventibus permixti: *Pulvis* ipse sqummeus quasi & vel originis causâ (inter tot acceptiora palliativa, dum nihilominuus ipsa dispositio inemendabilis passivè deprehenditur) ingratior est; efficax tamen valde, verb. gr. *Tinctur.* ⊖ ♀*ri milleped. infus. impregn.* Dos. ℈j. in *hydrope*, in *aq. cerefol.*

5. CANTHARIDES: ex his cum ♁u ⦶tri & oleo Tartari paravit Auctor *magisterium* ad ⊡æ mucorisque resolutionem sub circumspectâ exhibitione haud inutile, velut etiam Cantharides spiritum volatilem ⊡osum exhibere *Exc. D. Hagendorn. Decad. II. Eph. Cur. Ann. I. p* 388. refert additione cinerum clavellatorum, aquæ &c. Qua de causa etiam habetur Essent. aphrodisiaca *Excell. Wedelii*: ℞. *Succolad. Ind.* ℥ß. *Conf. alk. c.* ʒvj. *Cantharid.* ℈ß. ♁*ûs formic. quantum sufficit.* Fiat Extractum, *Dos. gutt.* xx. xxx. xl. Verùm pro *usu externo* sufficit Auctori *Emplastrum vesicatorium.* ℞. *Cantharid. pulv. Olei, Ceræ ana quant. v.* M. Fiat Emplastrum. Vel ℞. *Canthárid. pulver.* ℥j. *Pingued. lepor. q. s Terebinth. par.* M. F. Emplastr. *Usus* in multis affectibus ad *revellendum*, evacuandum sufficientissimum, ac præcipuè in *doloribus à colluvie serosâ* in corpore artubusq; obortis Auctor usitatissimum, & ob sensilem evacuationem omnibus *frictionibus* cum aquis catarrhalibus aut nervinis spirituosis, armoniacalibus aut oleis liminentisque resolventibus passim præsentius, præsertim si pro necessitatis ratione, successivus humorum fluor per dies aliquot sollicetur ejus exiguâ quantitate verb. gr. 4tâ vel 5tâ parte *Defensivo* cujusdam vel *Emplastr.* ♄*nino* admixtâ & interdum cum *Emplastr. de hyoscyamo* (si pruriat locus) alternando applicata. Sic & commendat Auctor alibi: ℞. *Emplastr. vesicator. Ludov.* ʒij. *Ceræ terebinth.* ℥ß. M. F. Globuli, quorum usus in fonticulis ob nimiam carnis spongiosæ excrescentiam aut gestantis incuriam, coalitionem ministrantibus, unà quòd fluorem ichoris promoveant & conservent. *Tutissimum* utrumque est nec inter quotidianos ejus usus noxam circa ductus urinarios hactenus quidem deprehendimus, de interno frigidorum stimulo & supervacuo litigio (num caput, alæ & pedes resecari debeant? nec ne!) litigio securi, sic etiam ad verrucas,

tucas, clavos pedum absumendos intra 24. horas, præmisso pediluvio seq. *Emplast.* laudatissimum: ℞. *Gumm. galb. ammoniac. ana* ℥ ij. solv. in acet. add. *Euphorb.* ℈ß. *Cantharid. num. xxxvj. Ol. vitel.* ⊕ *ana* ℥ß. *Ceræ q. s.* F. *Empl.*

6. LUMBRICI in se abominabiles, in calculo pellendo profectò haud magni momenti: pro diuresi in aliis affectibus hydrope, ischuriâ, & (cui tantopere in specie commendantur) *Arthritide vagâ* tot acceptioribus imò præsentioribus diureticis revera posteriores, ceu ⌒*us* ♀*ri*, ♃*vi*, *Tinctura* ♂*is*, *Arcani Tartari*, *Cinnabarinorum*, *Opiatorum* ac *præcipitantium* usu (v. gr. ℞. ♁ *diaph.* ℥ß. *C. C. phil. præparat. Matr. perl. Cinnab.* ♁*ii*, *Unicorn. fossil. ana* ℈j. *pulv. anod. n. gr. xij.* M. F. Pulvis.) æquè felices progressus in vagabundo isto dolore (plerumque etiam citra purgantia ista, quævis *topica* ac insessus, contracturarum utplurimum Autores) fecimus, absque semirustico illo expresso *succo*, (qui tamen aliàs cum Spiritu vini valet ad *gangrænam lumborum* ex longo decubitu) absque præparatarum perlevi *pulvere*, leviorique tam in pondere quàm in effectu *Magisterio* è Spiritu nitri cum oleo Tartari præcipitato. *Spiritus* per se inde ♌ latus phlegmaticus paucoq; sale volatili conditus curiosorum; *abstractitius* verò lumbricorum infusione alteratus haud quoque conveniens est. Solum restat *Oleum* idque *simplex* tantùm (cùm *compositum* officinarum additione *olei rorismar.* ex tempore haberi queat) variis in affectibus præsertim nervosarum partium utile. Atque hæc *Dan. Ludov.* Verum nil obesit earum quoque Præparationem instituere taliter: Lumbric. terr. q. v. in vino suffocat. ad ☉ vel fornacem, ni fœtor obsit, siccatur, siccati teruntur, hinc per retortam in arena elicitur 1. phlegma, 2. spiritus cum oleo, ⊖ vol. Tandem omnia hæc miscentur; Ol. fœtidum per filtrum separatur, reliquum in cucurbitâ locatum in arena destillatur, proditque mox Spirit. cum ⊖le volat. phlegma verò cum residuo oleo in fundo subsidet. Ex elicito ⌒ autem ⊖ volatile extrahitur per ≏em uti ⊖ volat. C. C. cum quo vires sortitur easdem, ut hinc etiam utiliter internè contra Arthritidem vagam pulvis eorum assumi possit, v. gr. in *pulvere crystallorum composito Excell. Wepferi* descript. in *Regn. Miner.*

7. *Bufonum* ⊖ quodvis abominabile, neque experientiâ unquam commendatum, quicquid multi mentiantur; refert tamen *Ettmyllerus* quendam eo febres intermittentes curasse. Nos *bufones* incineratos cum ♋ in *Cancro Mammarum* laudavimus in *Regn. Animali*, experientiâ suffulti.

ARTICULUS III.

De iis quæ ex Regno Minerali desumuntur.

a. NITRI saltem nostratis stiriæ selectiores primoresve ab accidentario ⊖le communi sufficienter pro more secretæ pro *usu interno* valent. Inter ⦶tri præparata omittamus *Flores*, *Lap. prunellæ*, *Saccharum*, *Coralliorum*, *Perlarum*, ♄*niq;* solutiones ⦶tas. Seligamus verò

a. ⦶*trum fixum* accidentarium illud ac parergon, quod quasi gratis post Croci metallorum, Clyssi ♁rati vel ♁ati &c. confectionem restitat, amaricans & granulatum, in effectu pro diuresi in permultis affectibus commendatum, de quo & supra & in *Regn. Miner*.

Nota 1. Hoc ⊖ *fixum* arreptas ♁is vel ♁ii particulas sub lenta aquæ, in qua solutum extat, post elutriationem croci metallorum &c. evaporatione maximam partem deponit.

2. Ex Aqua post diaphoreticorum ♁atorum elutriationem collectâ evaporando tale quoque ⦶*trum* obtinetur ♁*atum* sed minus quam illud fixum minorique pondere, quo mage alkalisatæ partes prævalent, exhibendum.

3. ⦶*um tingi* posse (in particulis suis circumcirca) occultationis gratiâ cum *succis ceras. myrtill.* &c. speciosiùs, quàm *Tincturâ rosar. viol. papav. rhabarb. santal.*

b. *Arcanum duplicatum*, i. e. ⦶*trum fixum* ⊖*li*, seu ⦶trum ⊖latum, cujus metallica substantia à ⦶tro præcipitatur, acetosis particulis sufficienter saturatum. Paratur præter modos in *Regn. Miner.* allatos juxta *Auctorem* si ⟠ ⊖*li opt.* ℔j. à ⦶ *opt.* ℔ß. in cucurbita, igne arenæ dvaporetur & postea fortiori, donec amplius nec ⟠ ⦶*si* qui capti parum ab Aq. fort. differunt) nec materia in fundo per agitantem rudiculam ligneam fluere percipiatur, coaguli albissimi plerumque ℥ vij ß. remanentibus. *Usus* in multis affectibus, præsertim in omnibus *lymphæ abundantiis* per vasa & renes eliminans est præsentaneum. ut ♂te insuper aut ☉lo ♂is (in nitro cachectico chalybeato) vel auro supervacuè alterari videatur, nimirum in *febribus* ante paroxysmum & pòst pulvis egregius est, optimum etiam stomachicum, uterinum si *gr. vj. myrrhæ* admisceantur, vel in *Maniâ c. Camphora*, ceu in qua maniæ cura perfecta latet.

c. *Spiritus nitri comm.* verus est ignis naturæ balsamicus, sed notandum, quòd si ad ⟠us ⦶ dulcificationem anaticam portionem sumas, non adeò reddatur dulcis & si digestos aliquandiu ex arena ♌es semel per retor-

tam

tam unionem tantò felicius promoveas. Quòd si autem pro simplici cum *part. j.* ⦶ sumas ○ *part. ij.* spiritus volatilis primò egrediens erit ruber instar sanguinis, quique cum -∩-u ⊡ ∧h mixtus exhibet ⊖ *mirabile*, ut & si cum *oleo Tartari fœtido* misceatur. De usibus horum vid. *Glauberus* & quæ in *Regn. Miner.* adsufficientiam (si ejusmodi polychrestorum remediorum vires abunde satis laudari poterunt) proposuimus.

2. SAL CULINARE quodcunque cuivis territorio parabilius existit, velut simpliciter probè tostus calidus linteis tenuibus involutus, adplicatus & cùm refrixerit, renovatus, extus pleuritidis dolores punctorios abigit. Ejus verò

a. seligitur *Spiritus commun.* (cujus defectum tamen supplet -∩-*us* ⦶*li philos.*) *tincturâ papav. rhœad.* obnuptus talis -∩-us ⊖is destruit omnia ⊖ia alcalia oleosa, seu bilem in corpore prædominantem: diureticus est in *hydrope*, maximè si cum *alcali fixo* concentretur in ⊖ ⊖sum: circulus si cum eo fiat, gangrænam sistit, uti & putredinem scorbuticam gingivarum si cum *melle rosac.* illinatur: destillatur si ⊖ *comm. decrepitati* sumatur ℔ j. *Colcotharis* ℔ iij. hæcq; mista retortæ loricatæ indantur, ita ut medietas ejus vix impleatur, junctoque recipiente ∫\ atur per gradus, donec phlegma egressum sit, tum urge △m per 24. hor. post sublato recipiente spiritum rectifica &c. *hic* spiritus insuper ad alios *externos usus* sale proprio vel petræ ex tempore dissoluto pro re natâ acuendus est. Vid. Auctorem der Wunderdrey & *Glauberum* quoad usus Alchymicos.

b. spernitur ⊖*is purificatio*, liquatio, *fusio, decrepitatio* cum additamentis inutilibus, Curiosa -∩-us comm. super recens ⊖ augmentatio ut & ejusdem concentratio & rectificatio & alteratio cum Tartaro &c. *Flores* ⊖*is* in destillatione -∩-us unà surgentes spiritui prolecto pro ejus fortificatione adjiciantur. Plura in *Regn. Miner.* dedimus.

3. ⦶*li* -∩-*us* huc à quibusdam refertur, sed spiritu salis longè segnior existit.

4. ⊖ *anatron* (in petris nitri modo crescens) *Allembrot* ac cœtera terribilia nomina metallurgis: *Vitri* (ceu vocant) *cineres* aliis relinquemus.

5. *Lapis nephriticus* frustrà plerumque exhibitus est; *Crystalli* atque silices quamcunque in formam redacti (pro *Tinct. silic.* optima *Tartari*) desides sunt. Vid. *Glauberum*.

6. *Lapis lyncis*, *Judaicus*, *Spongiæ*, *Ceraunius*, *Glossopetra* supervacui, & potius curiosorum, verùm quia expertus loquitur *Enzel. de re metall. Lib. III. Cap. XXVII.* præsentissimum esse remedium contra vesicæ calculum in exitu vesicæ apri repertum, etiam de urinâ lyncis coagulatâ in lapidem id possibile esse credit. Vid *Regn. Anim & Miner.*

7. CALX VIVA dat -∩-*um diureticum*, dum spiritus salis aut ⦶li sive

rec. ana in cucurbitâ arenæ calidæ impositâ superaffunduntur, sicque per alembicum desubitò applicatum subtilem & copiosum *-ʌ-um* compendiosè elicimus; ex cujus destillationis ⊙ post elutriationem & massæ salinæ cum Spir. vini extractionem fit *Liquor* iste *nephriticus* decantatus at effectu saltem reverà mediocris. Sin nimia videatur *-ʌ-us* ♆*a* superioris insumptio exiguarum impensarum modum dat *Autor*: si scil. ♆æ rec. contusæque ana vel etiam minus cum ◯ne desubitò misceatur & per retortam aut per cucurbitam in arena destillatur, quo *-ʌ-us* sat penetrans & ⊏*osus* provenit, aciditate ◯osâ terream ♆æ partem interim adoriente vel amplexante.

E ♆ à Matribusfamilias quoque parantur

a. *Lixivium* prægnantiss. seu per se seu cum *oleo commun.* vel *anodyno* quodam in *Linimentum* concussum applicetur, refrigerans ad ambusta, resolvens præstantiss. citra corpulentioris acredinis post exhalationem vestigia. Sic incipientem gangrænam cum *balsam.* ♀ ex punctura curavit *Ettmyllerus.*

b. *Cremor* ♆ ad dysepulotia nunquam non collectu facilis.

c. *Cauterium* è lixivio saponario simplicissimè concinnatum & à liquatione cautè præservatum, citra *Opiat.* ♄*orum* actuationem, plerumque magis retardantium accessum. Et hoc præstantius est *-ʌ-u* ⊕*li* tædiosiori, *butyro* ♁*ii* inæqualis interdum extensionis: ☿*io* ♎*to* in Cachecticis præsertim turbulento.

Priusquam hinc discedamus, adnotabimus quoque quæ Autor circa Diureticorum usum *observanda* proponit.

1. In nephritidem reverà vel ex persuasione proni commendatissimorum quoque continuatione nimiâ malum potius accelerant vel intendunt, aut propulso reside postmodum granulo vesicæ calculum sibi nonnunquam procurant.

2. Renum calculus neutiquam diffusos apparatus & formularum variationes exigit, sed paucissimis appropriatis, eòq; cum activitate quadam pertingentibus æquè feliciter aut felicius, si per naturam potest, expellitur.

3. In continuâ illâ *nauseâ* & complicatis plerumque vomitibus diffusæ potiones, magmatum boli, ingratioris molis saporisque pulveres &c. hîc perquam inconvenientes.

4. *Clysteres* ut ut evacuando levare vel demulcere dicantur, nisi in rarissimis circumstantiis de cœtero reverâ supervacui.

5. *Laxativa* adhuc majores tamen turbatores.

6. *Topica* operosiora planè frustranea sunt. Proficuus nihilominus usus *Balneorum*, v. g. ℞. *Rad. raphan. incis.* ℔ *iij. Herb. petroselin. verbasc. pariet. alth. ana M. iij. summit. aneth.* &c. F. Decoct. in aq. pro semicupio cui sæpius insideat, præmisso Clystere, quicquid dicat Autor.

7. Tem-

7. *Temperata* & simul *præcipitantia diuretica anodynis* & *antispasmodicis* exaltata præ aliis utplurimum præsentiora in ejusmodi turbis & ureterum crispaturis reperiuntur; ⊖ma verò sive *acida* sive pro re natâ *alkalia* consultius tunc istis succenturiantur: quare quis commodissimè ejusmodi *Pulverem nephriticum* parare poterit: ℞. *Ocul.* ♋ *præparat.* ℈j. *vel* ʒß. *Pulv. anodyn. nostr. gran.* iij. *Cinnab. nat. gr.* vij. M. F. Pulv. pro dos. j. qui pro re natâ bis terve reiterari poterit. Huic verò Pulveri intercalari potest usus -⌒-*us* ⊖*is*, *Tincturæ* ♀*ri* ♀*sati* vel consimilium supra memoratorum, sic præstabitur, quod Antiquiores suis contra calculum speciebus curativè polliciti sunt. Interponi huic possunt parata *ex* ♀*ro*, ⦶*tro*, *alkalibus diureticis*, cum *Cancrinis*, *succino &c.* quo loco meritò extollimus *Arcanum nephriticum* in *Regn. Miner.* communicatum.

8. Sapidiores è Diureticis *Pulveres*, *Essentiæ*, *Tincturæ*, *Extracta* &c. *Conserva* cuidam vel *Rob domestico* nunquam non involvi queunt, in competente tamen proportione, sic ut magistralibus Electuariis diureticis haud opus sit, uti nec *Syrupis* ob saccharum hîc haud adeo convenientibus, nisi delicatiores summopere instent, ubi ℞. *Conf. violar. purp.* ℥j. *Rob junip. alkekeng. ana* ʒiij. *Ocul.* ♋ ʒj*ß*. ♀*ri* ⊕*lat.* ʒj. *Cinnab.* ♁*ii* ʒß. *Syr. heder. terr. q. s.* M. F. Electuarium.

SECTIO IV.

DE APERIENTIBUS, DETERGENTIBUS, SPLENETICIS, HEPATICIS, UTERINIS, PECTORALIBUS, &c.

ARTICULUS I.

De Aperientibus Vegetabilibus.

CAPUT I.

De Antiscorbuticis & Hypochondriacis.

1. C*ochlearia recens* cum nasturcinis, pro substituti ratione, salinâ præcipuè volatilitate pollens, contra acido-viscidum. Sit *a.* -⌒-*us* ejus *volatilis* sale satur, præstantissimus ad fixitates corpori hostiles corrigendas, ceu quidam Arthriticus se per illum &-⌒- C. C. cum *Camphorâ*, certis vicibus usurpatum, cum bonâ

bona Diæta, per annum præservavit : Cum hoc verò ∽u cochl. Spir. vini simplici parato fit *Essent.* ♂ ⊕lata *antiscorbutica*, in eo ac aff. *hypoch.* nobiliss. ad *gut. xx. xxx.* ℞. ⊕l. ♂, ✱ *simpl.* vel *Flor.* ♂*lium ana* ℥ß. ∽ *cochl.* ℥viij. M. stent in digest. per aliquot dies donec intacto fere ✱ co ⊕lum satis fuerit extractum. Hoc ipsum, cum *Elix. Prop. Parac.* fit *Elixir antiscorb. Excell. Wedelii.*

β. *Essentia antihypochondriaca* è spiritu cochleariæ competentibus extractis exaltato. ℞. *Extract absynth. meliss. zedoar. ana* ʒß. ∽ûs *cochlear.* *q. s.* ad solut. M. f. *Essent. antihypoch.* Sic nimirum *Elixir antiquartium Exc. Wedelii* fit, si ad modum Essent. hypochondr. *extr. cent. min.* C. B. *abs. scord. acor. ver.* cum Spir. vini acuato ∽u ✱ci abstrahatur, magni usûs in *quartanâ* & *febribus longis*; *Dos. gut.* xx. xxx.

γ. *Syrupus* ob saccharum haud innoxium minus necessarius; Vid. *Regn. Veget. Cap. XXIII.*

δ. *Conserva* ex tempore, uti & syrupus haberi potest ex ∽u Sacch. soluto affuso.

2. *Nasturtii semen* pro tragematibus si expeteretur, semine cochleariæ est parabilius : aqua ejus est quasi semifœtens. Huc spectat *Trifolium palustre fibrinum* à *Willio* adeò in scorbuto meritò laudatum, si in cerevisia vel aqua font. decoquatur.

Circa *Curam Scorbuti* & *Affectionis hypochondriacæ nota* ex Autore

1. ♀*rea*, ♂*alia*, ♁*ialia*, *armoniacalia*, præcipitantia &c. esse optima.

2. Præ spiritibus acidis fixis ⊕licis, *Liquores volatiles*, *amaricantes*, ♀*reos* &c. esse præcellentiores, v. gr. *Extractum antihypochondriacum Langelloti.* ℞. *Rad. enul. pimpinell. asar. aron Cort. rad. cappar. tamaric. ana* ℥ß. *Rad. 5. aperient. ana* ℥j. *cichor. cal. arom. ana* ℈iv. *zedoar. galang. Cort. citri* ☉*ant. Sem. carui. cumin. nasturt. Macis, Cinamom. ana* ℈ij. *Summit. absynth. cent. min. fumar. Bacc. juniper. ana* M. j. *Herb. chamadr. ceterach. ling. cerv. Card bened. meliss. cochlear. nasturt. aq. ana* P. j. *thymi, epithymi, menth. crisp. Flor. chamomill. cordial. ana* P. ß. *Tartari albiss.* ℥j. Incis. cont. grosso modo. F. Species, quarum ℞. ℥iij. Affund. *Vini rectificat. q. s.* stent in digestione per 24. horas. F. l. a. Extractio liquida, servetur usui *Dos.* ℈j. *ad* ℈ij. *ad* ʒj.

3. Spiritus ardentes volatiles in interaneorum æstu, debilitate capitis &c. cautè adhiberi debere, Vid. *Regn. Veget. Cap. XXXVII.*

CAPUT II.

De Spleneticis & Hepaticis.

1. Cichorii *radix* ob succum abstersivum & parabilitatem non aspernanda. Ex eo aqua hepatica fit seq. ℞. *Aq. cichor.* ℔iij. *Fol. Cichor.* incis. M. iij. *agrim. chamadr. ana M. j.* Macer. & diger per 3. dies in M. B. post expresso

preſſo liquori adde nova foliorum horum, digerantur rurſus per triduum, dein exprimatur, iſte labor expetatur toties, donec liquor ruber inſtar ſanguinis evadat, tandem cum *q. ſ. ſacch.* F. inſtar Julep. Doſ. ℥ ij. vel iij. manè & veſperi. Sic & ℞. *Aq. cichor. tarax. endiv. Salv. aa.* ℥ j. M. ſum. per cochl.

2. *Scorzoneræ radix* cichorio ut & reliquis intybeaceis ſurrogari, præſertim pro infuſis, poteſt, ea ipſa tamen (in mucilaginoſitate ſuâ) eſt remiſſior. In decocto tamen ejus uſum in malignis & febribus catarrhalibus inſigni cum efficaciâ expertus eſt *Ampl. Volkamerus Dec. II. Miſc. Ann. I. p.* 422. quo ſpectant Juſcula ſeq. haud ingrata: ℞. *Rad. ſcorzoner. cichor. ana* ℥ j. *Cort. citri rec.* ʒ ij ß. *Herb. rec. acetoſ. Hiſp. acetoſell. endiv. cichor. ana M. j. Flor. bellid. min. M. j. ß. Sem. citri* ʒ j Inciſ. craſsè ſint ſpecies pro *Juſculo herbaceo*. Vel ℞. *Rad. cichor gram. aſparag. polyp. quern. ana* ʒ iß. *Fol. endiv. rec. acetoſ. Hiſp. cerefol. ana M. j. Paſſul. min. mund. Sem. melon. aa.* ʒ vj. *Santal. citr. Macis ana* ʒ ß. Inciſ. cont. detur pro *j. doſ.* Vid. *Ampliſſ. D. D. Febr Tr.* de *Scorzon.*

3. *Bellis minor* vel trifolii nobilis folia: *Extractum* ejus aliqualiter ſaccharatum. Vid. *Minderer. Medicin. milit.*

4. *Acacia florum* ▽*a* ♌*ta* plurimis aliis præſtat, etiam è *flor. cichorii* ♌tæ, quæ haud tanti momenti ophtalmica eſt.

5. *Nitrum* ♁*atum* refrigerans, roborans hepaticum, velut & ſeq. ℞. *pulv. hepat. rubr.* ℥ j. *Fec acetoſell.* ʒ ij. ⦶ ⊕*lat. vel perlat.* ʒ j. ⊖ *cichor.* ʒ ß. M. Doſ. ʒß. in juſc. cichor.

6. *Scabioſa vulgaris*, cum unâ alterave è Vulnerariis herbis v.g. *Veronicâ &c.* egregia eſt in reſolvendo & detergendo: Præſtans *Extractum* ejus, cujusvis horum ſeorſim vel ſimul mixtis, præſertim etiam cum *Eſſ. gram. Parnaſſi* quod itidem ob vim alcalinam traumaticam & corroſivum acre domandi, experientiâ & laudatiſſimo ſcrutinio *Excellentiſſ. D. D. Th. Zuingeri Phyſ. Prof. Acad. Nat. Cur. Ariſtot. honoratiſſ.* minimè ſpernendum.

7. *Centaurium minus* abſynthiaco extracto hâc formâ eſt ſociandum. Pulvis florum ejus cum nuc. moſch. & ◯ ana ad ℈ j. Tertianariis utiliter datus.

8. *Chelidonii majoris* ▽ ♌*ta* ophtalmicis inſerviens verno tempore facta. Antictericum id eſt haud ſpernendum. Salis ejus loco & aliorum *arcanum duplicatum* ſatisfacit.

9. *Fumariæ extractum ſaccharatum*. Ejus *aqua deſtillata* loco cardui bened. aquæ. Inde fit Eſſent. lignor. ſeu *fumar. compoſ. Excellentiſſ. Wedelii*: ℞. *Rad. Chin. Lign. ſanct. raſp. ſaſſafr. ana* ℥ j. *Herb. fumar. M. ij. Rhabarb.* ℥ ß. *Sant. r.* ʒ vj. M. Inciſ. & contuſ. extrah. c. ♒*u helen. fumar.* vel alio acuando cum ♒ ⊖ *dulc.* gt. xx. xxx. in Impuritatibus ſanguinis variis, *Scabie, Lue Venereâ &c.*

10. *Polypodium* in Infuſis nauſeabundum. *Pulvis fol. Trichomanes*

cum *pulver. rad. Ireos Flor.* & *pæon.* expertum dat antartrophum pro Infantibus.

11. *Capparum oleum* hyoscyamino, verbascino &c. posterius. *Trochiscicorum* uti & alii inconcinni, uti & Aquæ comp. *Electuaria, Pilulæ.*

12. *Acetum* quodvis sufficit, minimè est ⊕licum,

a. *Rutaceum*, quod cum *Aq. apopl.* ana ac *Ess. castor.* guttis paucis miscetur. Vid. infra.

b. *Compositum odoriferum destillatum* simplici more præsens in penetrantiâ suâ refectivum: sic & aceto in quo *Theriac* ℨj. solut. ante paroxysmum dato Tertiana febris, reliquis in cassum omnibus datis, profuit.

c. *Destillatum*, cujus penetrantior acrimonia; cuique affinis ♒ æruginis.

13. *Elixir proprietatis* cum spiritu saltem ⊕li loco ♀rei paratum, vel quod magis apertivum, si *liquor terræ foliatæ* associaretur ♒ui vini: vel quod omnium optimum cum ♒ ⊖ ♀ri △li, quod in *hydrope* excellens est remedium. Aliis præstat sumere *spiritum salis comm.* ad ingredientia omnia, hæc pòst conjungendo & extractum debitè inspissando, ubi in muco acido ventriculi abstergendo optimum est: In mulieribus autem præstat *alcali* ⊡*si lixivium* ex detonatis ana ♀ri & ①tri, hinc ingredientia admiscere, solutionique ad justam consist. inspissat. addere *Spir. vini ad extract.* Sed de hoc jam alibi dictum.

CAP. III.

De Stomachicis.

1. ARi *radix* aceto præparata polychresta est.

a. *Fecula* ejus remissior non tamen effœta penitus.

b. *Pulvis* præ cœteris optimus ob ⊖ △le acre incidens: ℞. *Rad. ari acet. præpar.* ℥ß. *Cinamom. opt.* ℨiij. *Caryophyllor.* ℈j. *Ol. nuc. mosch. destill. gt xij. Sacchar. rosf.* ℥ij. M. f. Pulv. pro Trag. Sic fit Pulv. digest. *Exc. Wedelii* ex *rad. ari* & *hep. rubr. ana* ℈j. in cacochym. pit. ante purgat. ubi etiam *Crem. Tartari.* ♀ ⊕*lat. Pil. aloët. Anima rhabarb. Tinctura* ♂ *cyd.* ♀*sat. &c.* præsumuntur. Laudamus *Pulv. stomachicum Birckmanni* præsertim ⊖*le febrifugo Sylvii* & aliis acuatum. Præparatur is taliter: ℞. *Rad. aron. pulv.* ℥j. *calam. arom. pimpinell. ana* ℥ß *Ocul.* ♋ ℨij. *Cinam.* ℨjß. ⊖ *absynth. junip. ana* ℨß. *sacchar.* ℥ijß. vel minus F. Pulv. pro *Trag.* verb. gr. ℞. *Pulv. stom. Birckm.* ℥j. *Diaph.* ♂, ♃ *ana* ℨj. *Febrifug. Sylv.* vel Fl. ✶ci gr. j. *Ol. nuc. mosch. gut. iij. Sacchar. rosat. tab.* ℥ iiij. M. f. Pulv. pro *Tragea.*

2. *Absynthium vulgare*

a. *Spiritus* ejus *fermentatitius*, dum sacchari *comm.* vel *mellis* ana vel dimidium cum aliquali *fecum cerevisiæ rec.* parte summitatibus sel. additur

& post

& post finitum ferè fermentationis fervorem spirituosior pars abstrahitur.

b. *Extractum* ejus aquâ simpl. factum & si placet cum associatione aliarum amararum herbarum.

c. *Essentia* ejus ex octuplo *Spiritus* ac simplo *extracti* parata; cui *salis proprii* vel *nitri fixi* tantùm cum *olei* ℥*ti guttis* aliquot pro lubitu digerendo addi poterit. Vel ℞. *Summ. abs.* ℥j. *Fl. cent. min.* ℥ß. *Cort. citri aurant. aa.* ʒij. *Zedoar.* ℥ j. *Acor. ver.* ʒvj. *Macis, Caryoph. aa.* ʒjß. *Rhabarb. alex.* ʒ iij. M. Extr. Spir. vini rect. vel proprio cum *spiritu salis* acuato. Dos. gut. xxv, xxx. per se vel in Tinctura abs. s. Vel ℞. *Ras. lign. sassafr.* ℥ iij. *Menth. crisp. M. iv. Absynth. Rom. M. ij Zedoar. Galang. Caryoph. ana* ℥j. Cum *Spir.* ⊖*lis vel* ⊕*li philos.* irroratis & *Spirit. menth.* affusione f. Elixir stomachicum.

d. *Sal fixum* ejus, cui aliæ herbæ congeneres concremari possunt ut & *Nitrum* ♃*iatum fixum*.

e. *Oleum absynthiacum* stomachicum compositum expressis ac destillatis aliis exaltatum, v. gr. ℞. *Ol. absynth. mastich. nardin. ana* ℥ j. *pulv. caryoph spec. arom. ros. ana* ʒj. *Ol. nucist. expr.* ʒß. *Ceræ q. s.* F. Ung. ℞. *Ol. stomach. Crat.* ʒjß. *destill. menth.* ℈j. *macis gt. vj. Corp. pro balsam.* M.

3. *Zingiber*, ex quo *coctum* seq. ℞. *Zingib.* ℥ ij. *Nuc. mosch. Caryophyll. ana* ʒ ij. *Sacchar. alb.* ℔ ij. F. *Conf. in Rotul.*

4. *Piper*, quibus addi potest *rad. acori adult.* seu *Zingiber German.* ut & *Mentha*. Sic namque Podagricis imbecillitate ventriculi detentis utilissimum seq. *Paracelsi*: ℞. *Rad. caryophyll. acor. vulg. ana* ℥ ij. *fol. salv. majoran. chamæpith. ana M iij Flor. calend. sambuc. ana M. j.* Incis. cont. infund. in 6. vel 8. *Mens. Vini*. Quo spectant insuper species pro *sacculo stomachali Excell. D. D. Scretæ*: ℞. *Mastich. Galang. ana* ʒ ij. *Nuc. mosch. num. j. Caryophyll. Calam. arom. ana* ʒ iij. *Cort. citri, aurant. ana* ʒ ij. *sem. anis. cumin. ana* ʒ ij. *Bacc. laur.* ʒ iij. *Flor. ros. rubr. Herb. agrimon. origan. calamenth. absynth. ana M. j. Herb. menth. crisp. M* ß. Incis. cont. serventur ad usum.

CAP. IV.

De Uterinis.

1. **A***ristolochiæ rotunda radix*, *Bryonia* item egregiè viscositates in poris & spongiositatibus uteri extergunt, ceu præcipuè hujus *Extr.* cum ♃ *diaphor.* ⊖ △ *succin.* in scirrho, hydrope uteri à flatu & sero mitificè valet.

2. *Flores cheiri*, *Crocus*, *Calendulæ flores* ob tenuitatem substantiæ uterum pervadunt & obstacula quævis removent, ceu posterioris *succi* ℥j. cum *Lumbric.* ▽*str.* ʒ j. remedium Helmontianum præbet in suppressione mensium certissimum, dum odor florum, teste & *Riverio*, menses spirat &c.

3. *Pulegii* ▽ -*osa* magis antispasmodica, nervosas partes demulcens quàm uterum movens est; unde & *Gravidis* pro carminativo uti *Oleum cinamomi* pro confortante passim sine noxâ datur. Utilissimè etiam in eâ frustulum *Camphoræ* accensum extinguitur & dein per cochlearia exhibetur.

4. *Sabina* in propulsione aliquid potest (vid. *Chirurgia Wirtzii*) major tamen plerumque est, etiam cum *Extr. helleb.* datæ exspectatio quàm effectus.

5. *Aqua hysterica* vulgatior ac confortativa specifico suscitante dotata cum Balsamo hysterico: verb. gr. ℞. *Aq. puleg.* ℥ij, *hyster. Zvvölf.* ℥j. *ol.* ♌. *succin. gut. iij. Tinct. castor. cum* -*u* ✱ *fact.* ℈ß. *Sacch.* ʒij. M. ℞. *Ol. nucist. expr.* ʒj. ♌. *succin.* ℈j. *camph.* ℈ß. *puleg. gt. viij.* M. Vel ℞. *Aq. puleg. meliss. ana* ℥ij. *hysteric.* ℥ß. *Ess. castor. Tinct. succin.* - ✱*ci ana* ℈j. *Cinnab.* ♄. *diaph.* ♃ *ana* ʒß. Conf. *de nuc. moschb.* ℥ß. M. sumatur per cochl.

Nota Obstructiones Uterinas sæpe ne ♀*reis, Succinatis, Crocatis,* ♀*reis, &c. Artemisiatis* adhuc minus cedere. Egregiè tamen operantur *Pil. ex gummat.* ♂*bus* aperientibus; verb. gr. ex *Gumm ammoniac. sagapeni, galban. Diaphor.* ♂, *Croco* ♂ *aperit. Borac. Succin. præpar. vel ejus* ⊖ △. *ut & C. C. Croco. Troch. de myrrh. Castor. Ol. destill. puleg. caryoph. sabin. &c.* Sic & *Heurnii* Pilulis in *Libr. V. Aphor. Hipp. p. m.* 367. itidem cum maximo successu est usus *L. Hanneman. Act. Hafn. Vol. III. p. m.* 27. ℞. *Aloës* ℥j, *Myrrh. Gentian. Aristol. Dictamn. Croci ana* ʒß. *Rubiæ maj. Mithridat. ana* ʒj. *Cum Syr. de artem.* F. *Mass. Dos. Pilul. iv. vel v.* quotidie manè *x. vel xij. diebus* ante tempus solitæ purgationis. Sic & hæ Pilulæ uterum in debitâ crasi & bonâ temperie conservant: ℞. *Diaph.* ♂ ʒvj. *Cinnab.* ♄ *ii, Flor.* ✱*ci ana* ʒij. *Extract. castor. croci ana* ℈ß. *Ol. cinamom. gut. ij. Essent. artemis. q. s.* F. Pil. CCXL. consp. *pulv. cinam.* sumendo de iis manè & vesperi in *Aq. meliss.* num. v.

CAP. V.

De Pectoralibus.

1. E*Nula campana*, præterquam potenter incidat, insuper arcanum est in Paresi. *Essent. helen.* fit cum *rad.* incis. infus. cum -*u hyssop.* & *menth.* vel Spir. vini, vel *Wedeliano* modo cum *liquore* ⦶ *fix.* prius & hinc *Spir. vini rectif.* affusione.

2. *Hedera terrestris* cum Essentiis & Extractis. Vid. supra.

3. *Scabiosa* cum toto. Ejus Extractum saccharatum: Inde & cum aliis fiunt Infusa, verb. gr. ℞. *Rad. Ireos Fl. enul. camp. ana* ℥ß. *squill. præpar.* ʒ iij. *Herb. scabios. veronic. carduib. marrub. ana* M. ß. *Flor. meliss. rorismar. ana* P. j. *Jujub. num.* vj. *Sebesten num* x. *Fol. Senn. s. s.* ℥ij. *Agar. tr.* ℥j. *Zedoar. Zingib. ana* ℈j. *Macis* ʒjß. *Sem. anis.* ℥ß. *Passul. min.* ℥j. M. Incisa d. ad Nodul.

In Asth-

in Asthmate: Sic in Phthisi ℞. *Heder.* ▽. *scabios. Veron. beton. hepat. nob. scolopendr. Agrimon. Musc pulm. saxat. pinguicul. Gesner. ana* M j. *Flor. tussilag. violar. rosar. rubr. ana* P. j. Concis. infund. in *Vin. alb. Mens.* j. *Aq. font.* Mß. vel si calor urgeat in *sero lactis* per noctem, manè vesperique bibatur cyathus superjejunando bihorium. Acres defluxiones temperat, expectorationem juvat, ardores tollit, sanguini æstuanti consistentiam largitur, in *febribus* remedium commodum.

4. *Veronica* vel paulò acceptior Chamædrys fœmina. Laudatur *Extractum* ejus saccharatum & *Aqua* ejusdem -ꭥ-osa. Vid. *Pauli Quadrip. Bot.*

5. *Hyssopi* ▽a -ꭥ-sa cum oleo destillato, vel etiam Syrupus cum *Oxymelite helleborato Gesneri*, de quo refert in *Epist. ad Johan. Bauhin.* se tum matrem asthmaticam tum alios senes periculosissimè asthmate laborantes restituisse; Datur cum *Vino malvat. Aq. cinam.* vel etiam in *Febre quartanâ*, cum *aq. gentian.* Sic in *asthmate*; ℞. *Oxymel. hellebor.* ℥ *viij. Tinctur.* ♀ ℥j. -ꭥ-*us* ✱ *ci* ℈ij. *Aq. nucl. persic.* ℥iij. *Conf. alkerm. c.* ʒj. M. sum. per cochl.

6. *Essentia pectoralis liquida*, vel *Infusum* cum Spir. vini probo è convenientibus simplicibus paratum, præsertim si sub actu curatorio, aliis insuper *essentiis, extractis, liquoribus*, ut *aquâ hyssopi* amplius exaltetur: verb. gr. ℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥ß. *helen. Herb. scabios. cum flor. veronic. hyssop. ana* M. j. *Sem. anis.* ʒiij. *Spir. vini opt.* Digerantur in loco tepido. ℞. *Infus. hujus par.* ℥jß. *Aq. hyssop.* -ꭥ-*os.* ℥j. M. *Elixir pector. Excell. Wedelii* simili ferè fit modo: ℞. *Rad. helen.* ℥jß. *Benzoës* ʒvj. *Rorell.* ℥jß. *Myrrh. Liquirit. ana* ℥iß. *Gumm.* ✱*c.* ʒij. *sem. anis.* ℥ß. *Croci* ʒiij. *Irid. Fl. Santal. rubr. ana* ℥j. addi etiam potest *Sacchar. cand.* ℥iij. Concis. grossè extrah. *Spirit. vini s. vel pector.* ad Tincturam suffic. in *Tussi, Asthmate, Raucedine*, ad *gut.* xx. xxx. cum *Tinct. anod.* in febr. catarrh. cum *Tinct. bez. mst.* propinandum: addi potest *Balsam.* ♀*is.* Neque etiam spernendâ *Aqua antasthmatica Schröderi* ab *Hoffman.* correcta, vel seq. ℞. *Sang. porcell.* dimid anni quantùm sectâ gulâ profunditur, *Pulmon. vitul. rec. num.* ij. *Lumbric.* ▽*str. rec. Man.* iiij, *Rad. helen. rec. fœnicul. rec. ana* ℥ iv. *angelic. sicc. Irid. Flor. ana* ℥j *Herb. heder. terr. rec. alliar. rec. cochl. cardam. rec. veronic. rec. prass. rec. ana* M. iiij. *Flor. bellid. min. tussilag. scabios. acacia ana* M. ij. *Cort. Winter. Cassia lign. Cinamom. Sem. fœnic. ana* ℥j. *Caryophyll. Nuc. mosch. ana* ℥ß. Incis. *contus. affund. Vini generos. Mens.* ij stent 24. hor. in digest. destillentur ad siccitatem usque; magma residuum comburendum in cineres albissimos & sal inde extractus addatur aquæ prolectæ, cujus *Dosis* unum vel alterum cochlear. m. & v. ℞. *Aq. antasthmat.* ℥viij. *Sacchar. cand. alb.* ℥j. ⊖ C. C. *vol.* -ꭥ- ✱ *ci* ⊡*os. ana* ʒß. M. *Dos.* cochl. 2. Vel substituitur *Aqua apoplectica Lang.* ceu quoque *Auctor* notat in propriè dicto *Asthmate* stomachales ac carminativos spiritus (præcipuè post *Vomitorium* præmissum) idem præstare. Dein præfocationem hypochondriacam ♂ *bus*, perio-

 dicam

dicam verò collectionem accisâ *Opiatorum* dosi curari, verb. gr. in *Asthmate Convulsivo* ℞. *Gumm. arab. sperm. ceti aa.* ʒj. *Diaph.* ♃ ℈ij. *rad. Ireos Flor. Valerian ana* ʒß. *Lap.* ♋, *Cinnab. ana* ℈j. *Laud. cydon. gr.* ij. M. f. Pulv.

7. *Scilla* ob vim aroniformem, utraque enim bulbosa: *Acetum scilliticum* è crudo bulbo.

8. *Nicotianæ Essentia* ejusque *Extractum vulgare* Nitri fixi particulâ paratum (utpote in topicis quoq; nonnunquam turbas vel nauseam ciens) cum ardenti spiritu denuo extrahendo & ad *syrupalem* consistentiam inspissando, pro externo usu.

9. *Erysimi Syrupus* est alicujus in suo genere effectus, etiam ut novimus in Arthritide vagâ, dum autem vulgus Sinapi cum melle lingit minus erit necessarius.

10. *Asa dulcis* per se in nullos flores redacta præ benzoinis. Pil. è Styrace S. Clossæi tussim gravidarum sanant, à phthisi præservant & abortum præcavent, ceu & *Pilulæ de cynoglossâ* cum *extr. beton.* utiliter dantur. Neq; tamen *Flores benzoës* spernendi erunt, ceu qui insigniter mucum è vesiculis pulmonalibus everrunt, præsertim si juxta *Celeberr. Bohnium in Colleg. Chym. MS.* per destillationem ita parentur: ℞. *Benzoin. pulv.* ℔ß. *Sp. vini* ♀ *sat.* ℔ ij. digeruntur per aliquot dies iisq; posteà *aren. pur.* ℔ß. & *limat.* ♂ ℥iiij. misc. simulque per retortam longioris & amplioris colli ♌tur, ita quidem ut huic excipulum ope saltem vesicæ bubulæ aquâ emollitæ combinetur, ut facilè removeri possit; △ adplicetur primò lenissimus, donec maxima pars Spir. vini prodierit, hinc idem paulatim augeatur, quò flores crystallini ♎tur, quibus apparentibus vas recipiens mutetur aliudque sine luto admoveatur, quò & idem aliquoties tolli & cum priori commutari, & flores partim ex hujus partim retortæ collo bacillo quodam eximi valeant. Tales verò in *Asthmate* ita præscribi poterunt: ℞. *Gumm. ammoniac. pur.* ʒß. *Flor. benz.* ℈j. *Extr. belen. croci, castor. ana* ℈ß. *Millep. præparat. gr.* xviij. ⊖ *succin. vol. gr.* xij. *Ol.* ♌. *anis. gut.* vj. M. f. Pil. dimid. pisi magnit. In *catarrh.* verò *suffocativo* dentur cum eod. *gumm. ammon. sperm. ceti, Croco, specieb. diacumini, &c.*

11. *Iris Florentina* blandè aromatica est & Decocta pectoralia grata reddit, v. gr. ℞. *Rad. Ireos Fl.* ʒiij. *caryophyllat. Jujub. Sebest. Fic. ping. ana* ℥j. M. pro Potu ord. Præsertim verò inde fit *Pulvis pectoralis D. Ludov.* ℞. *Rad. Ireos Flor. Aron. praparat.* ♀ *viv. ana p.* j. Hic pulvis debet esse *basis*, accedente usu *opiatorum* tantillo & *Cinnab. nativâ* exaltari potest pro Infantibus. *Adultis* verò si placeat & ex usu esse videtur seq modo: ℞. *Pulv. prædict.* ʒij. ♁ *diaphoret.* ℈ij. *Ol.* ♌. *anis.* ℈ß. *Sacchar. penid.* ʒß. M. f. Pulv. Atque hic *Pulvis* præstat magis quàm *Species* ac *Pulveres* in *Dispensat.* Not. In confluxu suffocativo in Infantibus *Emetica* pro re natâ esse præmittenda, prout & in his

in his *Iridis Flor.* vis vomitiva se se exerit. *Pulvis pectoralis D. Michaëlis* seq. est: ℞. *Fecul. aron.* ℥iij. *Pulv. rad. Ireos Fl.* ʒij *Mag. benzoës* ʒiß. *Flor.* 🜍. ʒ j. *Antihect. Poter.* ʒij. *Sacchar.* ʒ iij ß. M. *Pulvis pectoralis simplex Excell. Wedelii* fit ex *Fl.* 🜍. *c. sacchar. cand.* ana cum vel sine *Ol. anis.* compositus verò ex *liquir.* ʒ j. *Sacch. cand.* ℥ij, *Ol. anis. fœn. ana gut. x.* cujus particula detinetur in linguâ & sensim deglutitur: *resolvens* verò fit additis sequ. ℞. *Rad. ari præpar. irid. Fl.* ♁ *diaph. Flor.* 🜍. *Cinnab. nat. Oc.* ♋ *ana* ℈ j. *Laud. op. gr.* ß. *vel* j. M. potest & *Ol. anis.* addi. Egregius in *tussi rauced. asthm.* maximè infantibus. *Dos.* ℈j. Sic etiam magnâ dosi ingreditur *Specificum antartrophon Scaphus* seq. ℞. *Rad. Ireos Fl.* ℥ij. *ari præpar. Diaphor.* ♂, ♃, *Ocul.* ♋ *præpar. ana* ℥ j. ⊖ Λ. *veget. fuliginos.* ℥iv. *Sacchar. cand. alb.* ℔j. M. f. Pulv. subtil. vel si placet cum *mucilag. gumm. tragacanth.* pauxillo, F. *Trochisci.* Similiter insignis olim Argentoratensium Archiater *Küfferus*: ℞. *Fulig. frax. aut Vitium aut alius conven.* ℥j. *Rad. Ireos Flor.* ʒß. *Fol.* ☽ *num. iij. Tab. man. Chr. perl. num. iij.* M. F. Pulv. qui ut præcedens egregium est atrophia infantum remedium aliorumque morborum ab infarctu dependentium; addi potest *pulv. pretiosus de gemmis, spec. marcb.* pro rei exigentiâ; si purgandum ʒj. adde *Res. Jalap. gr. j.* Dosis quantum apex cultr. capit in pulte, syrupo, ∇ ♌ta, idque pluries in die.

12. *Pulveres cyprii* cum musco amylo aliisque corpus aut colorem subministrantibus fiant: ℞. *Musci arborei præcipuè quercubus adnat. q. pl.* Abluatur sæpius ∇*â rosac.* donec ab omni suâ sorde expurgatus sit, exiccetur super clibanum & teratur in pulverem qui per cribrum angustum trajiciendus, ut referat farinam Λlem; hunc nobilitabis, capiendo ℔j. hujus pulveris addendo *Moschi or.* ℈iv. *Ambr. gris. gran. xv. Zibeth.* ℈ij. Quod si verò hæc odorifera propter præter displiceant, pulvis hîc poterit odore grato infici cum *Ol. destill. lign. rhod. cinam. caryoph.* vel *Essent. jasmin.* vel *flor.* ⊙*antior.*

13. *Rotulæ* vel *Trochisci pectorales* epiceraſticâ formulâ, vel *manûs Xti simplici oleo* vel *balsamo* quodam pectorali illiti confiunt loco illorum qui in *Dispens.* habentur, maximè quia Pueri omnia desubitò vel inordinatè degluciunt, *Optata*que (post expeditum pro re natâ vomitum) ad matutinas angustatorum vel spumefactorum humorum expectorationem plus conferunt.

14. *Salia* ex pectoralibus hîc supervacua, nec enim necessariò quod in toto, ∇â & Extracto est etiam in *Sale fixo* est, & idem in solo ⊕ro fixo reperitur.

ARTI-

ARTICULUS II.

De Aperientibus &c. particular. Animalibus.

1. *Cancrina* supra laudata; Sic fit *Pulv. pro pueris selectiss. Exc. Wedelii*: ℞. *Lapill.* ♋, *Corall. rubr. præpar. ana* ℈ß. *Cinnab. nat. gr. vj. Theriac. Andr. gr. iv. Ol. anis. gut. ij. iij.* M. In *Clamoribus & torminibus* eorum magni est usûs, si ad gr. v. vj. vel ultra, juxta Clysterem exhibeantur. Sic & *Glauberus Furn. Phil. Tom. I.* ad acidum crassum humorem circa pancreas & lienem stabulantem absorbendum laudat pulv. *oc.* ♋, *perl. corall. rubr. cum lim.* ♂ *subtilit. trit. & ol. caryoph.*

2. *Cervina* itidem superius dedimus. Vid. & infra.

3. *Stercora* sordida

a. *Pavonum* Epilepticis & Vertiginosis frustra sæpe datum. Contrarium tamen vidit *Ettmyllerus.*

b. *Equinum* ac *Suillum* militaribus *Pleuriticorum, Colicorum* aut *hæmorrhagiis vexatorum* (vid. *Regn. Animal.*) haustibus & odoramentis relinquendum. Verùm etiam ad liberandos divites facit, nimirum in *Pleuritide* desperatâ egregium seq: ℞. *Sterc. equin. glob.* 4. *Aq. card. ben.* ℥ *iij. Vini alb.* ℥ *ij. Syr. papav. rh.* ℥ß. *Nuc. mosch.* ℈j. *Oliban.* ℈iiij. *Agit. misc. expr. sum.* ℥iij quavis horâ sextâ. Sic in *Colicâ* insuper tali modo commendat *Excell. D. Screta*: ℞. *Hippenter. rec. num v. Aq. rosar. fl. acac. ana* ℥ß. stent per hor. aliq. in loco calido, succo dein expresso add. *Ol. amygdal. dulc. Syrup. papav. rhœad. ana* ℥j. *Sperm ceti rec.* ♄ *diaph. ana* ℈ij. *Cinnab.* ♃ *ii*, ⊖ C. C. △. *ana* ℈ß. *Conf. alkerm. compl.* ℈j. M. Sic quoque in *Dysenteria tenesmo* miscendum hoc Infusum cum *Cremore hordei & succo nasturtii aquatici.*

4. *Looch de pulmone vulpis*, infarctus pulmonum interdum quidem aliquantum juvat, sed etiam citra parenchymatis istius accessum : Tabidis magis officit. *Cor lupi* masculi pulverisatum & exhibitum pro specifico habetur in *Epilepsiâ.*

5. *Pellicula stomachi Gallinacei interna* etiam non lotæ in cassum sæpius datæ; æstimanda potiùs specifica humoris colliquantis differentia, ut & investientis musculosæ carnis.

6. *Fel catulorum* Epilepticis frustra sæpe datum, ubi lacteum coagulum *Pilula aloëtica* cum specificis idem præstat. Pro *detersivo* sufficit etiam *fel è bove, sue, ove &c.* *Fel perdicis* ophtalmicum est expertum (prout & optimum ad maculas oculorum est remedium seq. dextrè *maculæ* applicatum : ℞. *Off. sep.* ʒj. *Zingib. alb.* ʒiij. *Piper.* ℈j. F. Pulvis tenuiss.) *Fellis Tauri* ʒj. in *Vini alb.* ℥ij. egregium est in *Partu difficili* remedium, si per horam adhuc differatur,

differatur, repete & mox liberabitur. Pro *expulsivo* etiam in *Partu difficili* sub justo fœtûs positu, sit præprimis *Fel & Hepar Anguillæ* inter se calore mediocri siccata remedium cœteris paribus in Genethliaci dispendium & horoscopi ipsius præventionem sec. *Helm.* haud deses; v g. ℞. ▽ *lilior. alb. cent. min. chamom. ana* ℥j. *Hepat. anguill. præpar. Borrac. Ven. ana* ℈ij. *Ol. succin. gt. iv. Essent. castor.* ℈ß. *Sacchar. perl.* ʒij. M. ad V. pro 2. dos. Qualiter verò utiliter in pulvere detur vid. *Regn. Anim.* Sumitur scilicet in Aq. hyster. cinam. cùm *Essent. succin.* vel solâ vel mixtâ cum *Ess. castor.* interpositâ.

7. Spiritus secundinarum juxta Auctorem exemplo ♌ C. C. mixtus cum eo vel etiam ♌ u ♀ri, ad promotionem mensium haud adeo quoque deses; Neque emissariorum equorum patrimonium competentibus sociatum in partu difficili adeò spernendum; vix enim fallet seq. ℞. *Testic. equin. præparat. Troch. de myrrh. Cinam. opt. Croci ana* ℈j. M. pro dosi unâ in *aq. Lil. albor.* vel *ovor. coctor.*

ARTICULUS III.
De Aperientibus Mineralibus.

1. MARS seu *Ferrum* duplici intentione, aperiendi & adstringendi datur, ut in *Regn. Miner.* dictum, ceu in quo etiam *Ludovici* præparata exhibuimus, quare Lectorem illuc relegantes hîc insuper quoque commendamus

α. *Crocum* ♂ *aperitivum*, ex quo fiunt *Pulveres cachectici*, ut *Plateri* pro affectibus Infantum utilissimus: ℞. *Pulv. cachect. Plateri* in ejus Praxi descript. ℥ij. *rad. Ireos Flor. Trag. aromat. ana* ʒj. *Spec. marchion.* ℈j. M. f. *Pulv.* item *Quercetani*: ℞. *Limat.* ♂ *cum* ♀ *calcinat.* ℥j. *Fec. rad. aron.* ʒiß. *Ambr. grys.* ʒj. *Essent. corall. margar. ana* ʒ ij. *C. C. phil. præparat. Succin. præpar. Cinam. ana* ℈ iiij. *Sacchari ad pondus omnium.* F. Pulvis. Animadversiones in hunc Pulv. *Excell. D. Screta Scaphus.* sunt sequentes:

1. Loco *Ambræ & Ess. marg.* nimis pretiosarum substitui possunt alia aromatica, *Caryoph. Cinam. Zingib.* & loco posterioris, *Mater perl.* cœteræq; *marina conchæ omnes*, longè viliores pretio, eâdem virtute pollentes.

2. Loco *Ess. corall. Corallia præparata*; quam enim in Pharmacopoliis instituimus solutionem Corallorum, margaritarum &c. in conficiendis Essentiis, Tincturis, eam ventriculus noster suo, quo scatet, acido, si præparata tantùm corallia in se susceperit, optimè instituere novit, hincque in actum deducere.

3. Feculæ aronis substitui possent *Fec. bryon.* vel etiam *Pulv. rad. aron. præparat.* qui certè magis penetrabit & laudabiliores effectus monstrabit.

4. C. C. phil. præparat. nullam utilitatem hîc habet, inviscat enim M. S. cum leviori aperiendi vi & dolores obviscatione aliquo modo sistit, sed quanti quæso in cachexiâ dolores? vix sensibiles.

5. Succinum heic bonum est. Posset itaque seq. in modum præparari: ℞. *Limat.* ♂ *cum* ♀ *prępar.* ℥ j. *Rad. aron. prępar.* ʒij. *Corall. rubr. prępar. Matr. perl. prępar. ana* ʒiß. *Succin. alb. prępar. Cinam. ac. ana* ℈iiij. *Sacch. alb. ad pondus omnium.* M. F. Pulv. cujus Dos. à ℈j. ad ℈ ij. Vel ℞. *Chalyb. prępar.* ℥ ij ß. *Fecul. bryon.* ʒ ij. *Flor.* ♀ *myrrhat.* ℈ijß. *Ocul* ♋ *prępar. Spodii prępar. Corallor. rubr. prępar. ana* ʒ j. M. F. Pulvis subtiliss.

β. *Tincturas* ♂ *aperitivas*, ut sunt *Ludovici* & *Zwölferi*, de quibus itidem in *Regn. Miner. Sect. II. Cap IV. §. 5.* nimirum melior fit ex *arcano* ♀ri *soluto* antequam solvatur & ⊕lo ♂ tis ana ℥ß. miscendo in conchâ vitreâ, ubi crocei flores apparent, & affuso Spir. vini Tinctura extrahitur. *Usus* ejus egregius in obstructionibus hypochondriorum, pancreatis &c. Cachexiis, Chlorosi & confortandis visceribus.

γ. *Oleum* ♂ *rubrum* huc referimus pro usu Medico & Alchymistico haud spernendum, nimirum *Laminæ* ♂ in ⩪*u* ⊖*ii* solvuntur & filtratione ac abstractione remanet massa sanguinis instar rubra, quæ in cellâ humidâ resolvitur in *oleum*, egregium arcanum in omnibus exedentibus ulceribus, fistulis, cancro &c. consolidans & mundificans incomparabile, & si misceatur cum aquâ comm. & balnei instar calidè applicetur, Ulcera crurum humida, fœtentia tumores producentia siccat & sanat. Sic & non absque fundamento testatur *Glauberus* hoc oleum oleo silicum mixtum arborem erigere, quæ capellâ probata ☉ præbeat, testatur enim *Auctor Anonymus apud Figulum* hoc ☽ fixæ commixtum ☉ præbere ac etiam dein ☉ potabile, quin & captivus detentus *David Beuther* tali oleo cum *solutione* ♂ in *aq. forti debiliori aq. fontanæ* affusione fractâ & certâ *tincturâ Cupri*, quam fecit ad ♂ in ♀ transmutandum *Seren. Electori Saxon.* promisit Tincturam ad album & rubeum. Confer tamen *Bazendorfium de Lap. Philosoph. Kesler* Fünffhund. Chym. *Process.* 128. *p.* 514. & *process.* 36. *pag.* 57. ubi ope *croci* ♂, *Silicum, Lithargyr.* ex calce ☽ vitrificatione & reductione (quæ nimirum species Tincturæ sunt) ☉ præparare & elicere docet.

2. VENUS seu *Cuprum* ob nauseabundam suffocativamque adversam qualitatem *internè* (Vid. *Ang. Sala Synops. Aph. pag.* 96.) pauca dat *præparata*. Sufficiat

a. *Æruginis* ⩪*us* è crystallis ⋇ imprægnatis ♌ tus, qui tamen parvarum est virium. Alius ita fit: ℞. ⊕ *mundatiss. cribrati q v.* inde retortæ vitreæ ad 3tiæ partis repletionem, post destilla secundùm gradus. Hic ⩪us rectificari potest; Est omnium acidorum mitissimus. *Dos. à gut. v. ad xv.* Vocatur *spiritus æthereus.* Auctori non opus ⩪u cum *Gummi ammon.* destillato

lato ingrato si vel *acet. scillit. cum expector.* & *edulcorantibus Essentiis*, item ♁us ✱us ▢ʃ. in pectoris infarctu haud postremus, detur.

b. *Caput mortuum* restitans loco *aris usti* &c.

c. *Ærugo usta*, cum decocto mundificativo simpl. vel *Essent. veron. scabios.* diluto loco *Aquæ viridis Plateri* est. Sic namque solum *viride æs* ad ʒß. in *aq. plantag.* ℥ vj. solutum & in virgam clysterisatum verrucas ejus & excrescentias tollit: Item seq. ℞. ⊖ *gemm.* ◯, ◯ *roch. crud.* ⊕*li Rom. ana* ʒiß. ☿♎ ℈j. *Aq. plantag. Lixiv. ana* ℥viij. M. bulliant in lagenâ ad tertias.

d. *Terra* ⊕*li dulcis* cum *Extr. veronicæ* particulâ in aceto vel rore minerali acido soluta loco *Ung. ægyptiaci*; uti loco *Ung. apostolici*, *Lavamenta myrrhata, aloët. theriacalia* &c. plagularum aut penetrantiorum *fistulculorum* ope, item ▽ ♆ *a, Saccharum, Iris, Euphorbium* aliaque non pinguia pro partium ratione dextrè adhibita: præterquam verò sic *Ulcera* & corruptiones refrenet, etiam ischæmon est insigne, v. g. in amputatione artuum: ℞. ▽*a* ⊕*li dulc.* ʒv. *sang. drac. Thur. masc. Mastich. Lacc. Flor.* ◯ *sup. ana* ʒj. M. F. Pollen vulneratæ parti adhibendum.

e. *Tutbia non ustulata* egregiè in exterioribus acidum domat, vel cum ⊖ ♄ in *aq. plant.* ophthalmiam mitigat vel etiam oculorum ungues tollit, verb. gr. ℞. *Tuth. præparat.* ʒß. *Oss. sep. pulv.* ℈j. ⊕*li alb.* ℈ß. *sacch. cand.* ʒj. F. Pollen subtiliss. oculis inspergendus.

f. *Nihilum album* depuratum vel *per se* vel *lapidi calaminari*, ♀*is calci* aut *terræ* ⊕*li dulci*, ☿*lo dulci* aliisque combinatum in mixturis, liquoribusque extemporaneis pariter ut in *Ung.* ♄*nino* plurimas intentiones complet: dum demum præter dictas mixturas *Epithemata* non pinguia è *solutione Camphoræ*, ⊕*li, lap. medicamentosi* &c. vel ▽*a* ♆ *a, lacte* inde *aureo, decocto nigo* ad desiccationes, attemperationes, incarnationes &c. adhibentur loco *Ung. diapomphol.* &c. uti & loco *Ung. ad oculos liquor è cerussâ, nihilo, matre perlarum vel lap. calam.* & *part. thuris ac opii* cum vel sine *camphorâ* paratus; vel *aqua rosac.* ⊕*li tantillo condit.* &c.

3. VITRIOLUM quodvis etiam pallidum, minutulum, unctuosum, sat bonum: destillatur ⊕lum cœruleum per ⌒am in recipientem capacem, observato ignis gradu, & prodit 1. ♁us volatilis à vinculis liber, levissimus 2. phlegma gravius isto; 3. ♁us acidus corrosivus; Cavendus ergo ignis vehementior, ne phlegma cum ♁tu erumpat sicque rectificatio fieri non possit; separatus enim à phlegmate, corrosivus amplius non est & ad dolores ischiadicos & arthriticos maximo cum plurimorum fructu usurpatur; phlegmati verò commixtus ☉ & ☽ solvit. Differt hic ♁us ab oleo quod hoc habeat metall. partes. Phlegma turgens ♀re ⊕li non ineleganti cohobatum aliquoties à ⊕lo & per digestionem exaltatum in *phthisi, tabe, Vomicâ* maximè *pulmonum juxta Helmont. Jun.* confert.

a. *Ros mineralis* è crudo ⊕lo per arenam ad extremam guttam prolectus. Datur vel *per se* cum *aquâ fontanâ* salubri ut Basil. è fonte *Coriariorum*, de quo *Thurneiser*. vel *Essent. bellid.* saturatus loco *Tinct. Veget. Juleporum* &c. & tenerioribus etiam subjectis, non minus ac *Roris majalis* & *Pluviæ Martiæ* pars spirituosior, non adeo incommodum attemperans præstabit.

b. *Spiritus* ⊕*li acidus communis*, ut & super ⊙ rectificatus per 6. vel 9. dierum destillationem continuatam. Hic cum ▽ plant. excrescentias carneas in collo sustulit. Vid. *Ephem. Dec. I. Ann. XI. p. 75.*

c. *Unicornu minerale*, cui non vulgare purificatum ⊖ sed ultimum seu regeneratum sal accedat.

d. *Mixtura* ⊕*li tartarisata* è proport. confus. -∿-*us* ⊕*li* ac -∿- ♀*ri* vel ♀*ri* ac ⊕*li crudorum* ♌ione simultaneâ.

e. -∿-*us* ⊕*li coagulatus* & portatilis est si -∿- ⊕*li p. j.* ac ⦶ *crud. p. ß.* abstrahitur: tutus nec injucundus.

f. *Colcothar* crudum & edulcoratum est crocus ♂tis adstringens, acido omni spoliatus.

g. *Essentia* ⊕*li anodyna* ex albificato siccissimoque ⊕lo cum alcolisatissimo *Spir. vini* extracta, aliis quidem in circumstantiis haud spernenda, ubi tamen sopiendum est, ni *opiatis* exaltetur, planè languet: adest autem ♀ ♀ris fixum, quod etiam paratur ex ⊕lo ♀ris, quando ♀ in corrosione à spiritu sulphuris acido in ⊕lo bene reseratur, ita enim ejus ♀ primitus reddit insignis efficaciæ, prout Tinctura ♀ris ⊕li, quæ fit ex ▽*á* ⊕*li dulci*, cum -∿-*u* ⊖*is comp.* ex ⦶ & ⊖ digerendo, filtrando, abstrahendo, hinc cum Sp. vini extrah. prodest *hæmorrhagiis* omnibus virtute stiptic. *Dos. gut.* x. xx. Cum admiratione sputum sanguinis vehementem sistit experientiâ *D. Michaëlis*. Vid. *Regn. Miner.*

5. *Borax*, qui juxta *Nostradam. de Cosmet.* ex sapone ope lactis habetur, irritans est haud postremum; eique *Succinum*, *Crocus*, *Cinamomum* &c. superaddi possunt, Vel ℞. *Borac.* ʒß. *Cinam. Castor. Sabin. & Dictamn. alb. Mumia*, *Glac. Mar. ana* ℈j. *Croci* ℈ß. M. F. Pulv. Vel ℞. *Borac.* ʒj. *Croci* ʒß. solv. *in aq. puleg. matricar. lilior. alb. ana* ℥j. M. In maximè urgente necessitate detur eius ʒ j. cum *Succ. Sabin.* ℥ij. & *Vini alb. odorif.* ℥j. Elegantes alias formulas habet *Verzascha in River cont.*

SECTIO

SECTIO V.

DE RESOLVENTIBUS & ROBORANTIBUS CALIDIS, CORDIALIBUS, NERVINIS.

ARTICULUS I.

De Reſolventibus & Roborantibus Vegetabilibus,

1. *Cinamomum* ſpiritus egregiè exuſcitat & auget roborans que inſigne eſt, gratiam aliis remediis largiens: ſic fit *Tragea ſtomachalis*: ℞. *Cinam. opt.* ℥ß. *Caryophyll. Galang. Nuc. moſch. Macis ana* ʒj. *Santal. rubr. in Sp. vini vel ceraſ. humect.* ℥ß. *Sacch. alb.* ℔j. M. F. Trag. *Cephalica* fit ita: ℞. *Cinamom. opt.* ʒiij. *pulv. arom. roſ. cubebar. ana* ʒj. *fl. beton.* ʒij. *pæon.* ℈ß. *ſtomach. Birckm.* ℥iij. *ſacch. pondus duplum.* M. F. Trag. utilis in vertigine & oculorum obſcuritate. Sic pro uſu Balneorum inde fiunt inſuper ex *Corall. rubr. ſuccin. alb. præparat.* aliisque additis. Sit

a. ▽ ejus ∿*oſa*; quæ temperatur dùm *bugloſſata* redditur, v. gr. ℞. *Cinam.* ℔ß. *herb. & fl. bugloſſ.* ℥ij. *meliſſ. fl. borrag. ana* ℥j. *Aqu. viol. opt. roſar. fragr. ana q. ſ. vel* ℔iiij. M. & poſt digeſtionem aliquot dierum in B. M. deſtillatur. Huic dulcorantia vel *Eſſentia* exaltantes miſceri poſſunt. Ex hac nobili aquâ fit jucundum Elixir cum *Tincturâ Santali crocati & ſacchard* cum pauxillo *Conf. alkerm.* Sic & inde fiunt ⊖ia △lia aromatica: ℞. *Cinamom. opt.* ℥ß. *NM.* ʒij. *Caryophyll.* ʒj. *Cardam. Croc. Sem. fœnicul. ana* ℈j. ⊖ ♀*ri* ʒvj. ✱*ci* ʒiiß. *Spir. vini* ℥xij. ♌ tur ſec. artem diger. per 24. hor. ſubtiliſſ. uſui ſervetur & paratum erit ⊖ △ *aromat.* Huc refer *Tincturam Hippocraticam* ſeq. ℞. *Cinam. opt.* ℥j. *Caryophyll.* ʒij. *Zingib. non tuſi ſed in fruſta ſecti* ʒß. Irrorentur *Ol.* ♀*ri per deliq.* & digerantur poſtea, F. Extractio cum Alcohol Vini ℥viij Vid. & *Heurn. Meth. ad Prax. Med.*

b. *Oleum ſtillatitium,* pro aliorum *conditurâ* & *Balſamo.* Sic fit *Linim. cordiale Excell. Wedelii*: ℞. *Aq. apopl.* ʒij. *Conf. alk.* ℈j. *Ol. cinamom. caryophyll. citri vel lign. rhod. ana gut. iij.* M. In ſyncope & palpitatione cordis eximium.

2. *Caryophylli*, quorum laudatur

a. *Aqua spirituosa.*

b. *Oleum destillatum*, quod & cum Oleo Camphor. ossa corrigit secundùm *Theophrast.* in *Chirurg.*

c. *Balsami* ejus loco *compositum cordiale*, *cephalicum* seu *apoplecticum* cum vel sine pretiosis odoriferis adservetur.

3. *Nux moschata.* Ejus

Oleum expressum óleo ejus ♌to parabilius fragrantius *balsami* vicem & *ol. macis* supplet: valet etiam in *fissuris* & *rhagadibus*. Ex *Ol. nucist. expr.* fit *Corpus pro balsam.* si Spir. vini superinfundatur, stetque aliquandiu in digestione & in B. M. abstrahatur, repetaturque donec omnem flavedinem & odorem extraxerit. Fit & *Conf. de nuc. mosch.* si v. gr. ℥ij. sumantur & cum Sacchar. in *aq. ros.* sol. ℥iiij. f. *Rot.* Fit autem hoc *Oleum* dum prius nucista in mortario contusa sacculo indita, prelo calefacto comprimitur. ℞. *Ol. NM. expr. Aq. Reg. Hung. ana* ℥ß. *Ol.* ♌ *absynth.* ℨj. *Mastich. pulv.* ℨij. M. F. Linim. ad stomach. Sit & *Balsam. Carminativus* seq. ℞. *Ol. NM.* ℨ iß. *Ping. castor.* ℨß. *Balsam. Peruv.* ℈ß. *Ol. destill. menth. chamom. ana gut. xv. carui, cort.* ☉ *ant. ana gut. iij. Zibeth. gran. ij.* M. f. Bals. ℞. *Ol. nucist. expr.* ℨiij. *destill. mastich. menth. ana* ℨß. *destill. macis, caryoph. ana* ℈ß. *cinam. gut. vj. Bals. Peruv.* ℈j. M. f. *Bals.* Neque verò saltem *Nuces exoticæ* sed & *nostrates* insigne cordiale prebent, nimirum ex *floribus* earum & *nuce juglandis* dum adhuc tenerrima & vix avellanæ magnitudinem exæquat, tum ex nuce juglandis, quando in eâ loco nuclei reperitur mucago subalbida, exprimatur seorsim à quolibet succus destilleturque is in B. M. usquedum extractum succi inspissati fit in cucurbitâ, qui amplius sursum ferri nequit, aquam hanc & extractum seorsim serva & ita cum quolibet succo procede, si ergo ex quolibet, nimirum flore, nuce juglande minimâ & majore tales succos acquisiveris & dicto modo processeris, tum omnes tres æqualiter permisce & habebis insigne cordiale. *Dos. cochl.* j. ex succis autem inspissatis facies Empl. cordialia additis aromatibus & aliis cordialibus. Ad similem fere modum addito succo expresso parùm *Cinam.* & *Santal. rubr.* parabis tibi *Aquam stomachicam* insignem, etiam febres diuturnas abigentem.

4. *Galanga minor* pro Infusis & destillatis quibusdam.

5. *Cubebæ* vel potius *Cardamomum minus.*

6. *Lignum aloës* seu *Calambar genuinum.* *Extractum* pilulis cephalicis addi potest.

7. *Pulvis stomachalis, cephalicus, cordialis* contractissimè è verè miscibilibus ex tempore componi potest, loco *Specierum* & *Pulverum* in officinis: v. g. ℞. *Cinam. opt.* ℥j. *Zinzib.* ℨvj. *Galang. Caryoph. Nuc. mosch. ana* ℨ ij. *Ol. cort. citri expreß.* ℈j. Misc. F. Pulv. gross. cum *sacchara* etiam in Morsulos

redi-

redigendus & exaltandus *odoriferu, pretioribus* aut *præcipitantibus*. Vel ℞. *Rad. Ari crud.* ʒj. *Ocul.* ♋, ⊖ *absynth. Arcan. dupl. Minf. ana* ℈j. *Ol. cinamom gt.* j. *caryoph. gut. ij.* F. *pulv.* in 3. *part.* divid. Vid. & *Zvvölf. Ph. Reg. p.* 126.

Nota 1. Hypochondriacos fumosa illa odorifera haud commodè ferre.

2. *Plethoricis* & *biliosis* pro præservandâ *Apoplexiâ* minus conducere.

8. *Electuariorum*, *Conditorum* &c. loco sufficit *Conserva rosarum* cum gratiorum *Pulverum*, *Essentiarum*, *Extractorum*, *Oleorum* &c. competenti quantitate medicata. Sic *Opiata seq. D. Spon. Lugd.* ad phthisin & fluxiones in pectus præstans est: ℞. *Conf. rof. rubr. cichor. viol. papav. rh. ana* ℥j. *Corall. r. Ocul. cancr. præpar. Raf. ebor. Spec. diatrag. fr.* ♄ *diaph. ana* ʒiß. *Syr. papav. rh. q. f.* F. *Elect.* Vel ℞. *Conf. rosar. rubr. vel beton. velamarac.* ℥iij. *Essent. fl. beton.* juxta *Salam*, vel alterius ℥j. *Conf. alkerm. c.* ℥ß. M. sumatur vel *per se* vel solvatur in *aq. conven.* pro robore cerebri.

9. *Elæosaccharum compositum*, verb. gr. *Hystericum* seq. ℞. *Sacchar. cand.* ℥ij. ♄ *diaph.* ʒij. C. C. *philos. præparat. Cinab.* ♄ *ii vel nat. ana* ʒj. *Medull. castor. Cafur. ana* ʒß. *Ol. nucist. expr.* ℈j. *succin. alb. chamom.* ♌. *fænic. ana gut. x. cinam. gut. iij.* M. F. Pulv. de quo *cochlear* ℥iij. *vel v. aq. meliss.* permisc. & per cochl. exhibeatur.

10. *Aqua composita destillata*: ℞. *Rad. Ireos Flor.* ℥j. *cort. citri* ʒvj. *Herb. meliss. menth. majoran. ana M. ij. Flor. lavend. borrag. ana P. ij. rosar. M. j. cinamom.* ℥j. *nuc. mosch. num. iij. sem. fænic.* ʒiij. *Vini optim. odorif. mens. j.* stent aliquandiu in digestione, post destillentur per Vesic. Not. Ad aquas ejusmodi spirituosas sumi specierum ℔j. Spir. vini ℔ viij. Sic fit *Aq. Apoplectica* seq. ℞. *Granor. paradis. pæon. Visc. querc. coriandr. præparat. cubebar. cardamom. galang. caryophyll. nuc. mosch. macis, Fol. & Bacc. laur. ana* ʒj. *castorei, Been utr. zedoar. lign. aloës ana* ʒiß. *Fol. majoran. meliss. Flor. anthos salv. rof. rubr. doronic. lavendul. Cort. citri, cinamom. ana* ʒvj. Incis. cont. inf. in Vini generosior. ℔vj. stent in infusione per 14. dies, post destilletur sec. art. Vel ℞. *Flor. lilior. convall. rore madid. M. ij. lavend. anth. thym. ana M. j. zedoar.* ʒvj. *macis, caryoph. cinamom. ana* ʒiij. Inf. in q. s. *Vini malv.* ad emin. 3. digit. digerantur in cucurbitâ optimè clausâ per 8. dies, dein l. a. f. destill. ingerendo, si lubet, alembici rostro pro odoris majori fragrantiâ *Ambr. gris. gran. iv. Mosch. gran. ij.* Sic & *Aqua cordialis aromatica* seq. est: ℞. *Aq. cinam. rosar. ana* ℔j. *apoplect.* ℥ *iiij. Moschi Or. in nodul. susp. gr. vj.* M. Huc refer seq. *Spiritum aromaticum Sylv.* ℞. *Cinam. ac.* ℥ *ij caryoph. ar.* ℥ *ij. Zingib. Piper. long. Cardamom. Gran. parad. Galang. ana* ʒij. *Nuc. mosch.* ʒiß. F. omnium pulv. groff. qui infundatur in pintâ unâ 🜄, digeratur per noctem: seq. die abstrahatur 🜍 ♌ do ultra medietatem & habebitur 🜍 aromat. fragrantiss. qui cardiacus, & alexiph.

alexiph. calefacit, ficcat & attenuat. Inde verò fit ⊖ *oleosum volatile*: ℞. -⁀-*us aromat*. ℥j. ⊖ *volat. armoniac*. ʒ *ij. Tinctura caryoph. ar. gut. vj*. Misc. & vase clauso per noctem repone; seq. die liquorem à pulvisculo ad fundum præcipitato decanta, & habebis ⊖ *volat. oleos.* seu -⁀-um arom. ⊖ volat. oleoso imprægnatum, aut si mavis, sal volatile temperatum & à fœtore suo liberatum. Quoad *Vires* odore ac gustu est gratum, tenuium partium, conveniens omnibus morbis frigidis & qui à succo quodam acido seu fermento dependent, quæ fermenta quasi in momento destruit, feliciter & liquores reddit insipidos. *Dos. à gut. vj. ad* xx. in liquore quodam destillato.

11. *Infusum* è nervinis penetrantioribus cum Spir. vini rectif. verb. gr. ℞. *Rad. acori nostr*. ℥ j. *pæon. imperator. ana* ℥ß. *Flor. anth. salv. lavend. lilior. convall. ana M*. j. *cinamom*. ʒ *vj. cardamom. min*. ʒ *iij. castor*. ʒ *ij. Spir. vini rectif*. ℔ *vj*. F. Infus. *Usus* internè & externè, ubi tamen *Essent. Camph*. variè diluta, aliæque extemporaneæ mixturæ, vel *Apoplecticarum* per *oleum* -⁀-*uq. urinosos* exaltationes *Aquarum catarrhalium* loco etiam sufficiunt. Item ℞. *Herb. salv. puleg. rut. chamæpith. thym. ana M.j. majoran*. Mß. *Zedoar. Caryophyll. nuc. mosch. ana* ʒ*ij. Camphor*. ℈j. *Fl. stœchad. lavend. ana* P.j. Incid. & inf. in *Vini fort*. ℔ iij. in loco calido, dein si libet add. *Ol. junip*. ℥j. *lavend*. ℥*ij. Castor*. ℥j. Misc. Usus ad membra contracta.

12. *Aqua cephalica externa* loco *Anhaltinæ* innatans oleum ostendentis ita paratur: ℞. *Aq. apoplect. vel serpill*. -⁀-*os*. ℥*vj. Ol destill. juniper. vel terebinth. vel succin*. ℥ß. M. Usuales aliàs Basiliensibus *Aqua vitæ cum castoreo & cum masticbe*: prior ita paratur; ℞. *Herb. salv. meliss. rut. rorism. becon. ana* Mß. *Nuc. mosch. Zingib. Caryophyll. Cardam. Cinamom ana* ʒ*ij. Castor*. ʒiß. *spec. diaplerefarchont diambr. ana* ʒj. *Opiat. aur. Alex*. ℥ß. *Spir. vini rectif*. ℔iv. per aliquot dies infund. & pòst in B.M. destillentur: posterior autem taliter; ℞. *Rad. pæon*. ℥ß. *Herb. salv. chamædr. chamæpith. rut. ana* ʒ*iij. Nuc. moschat. Cinam. Zingib. Piper. long. Galang. ana* ʒ*ij. Mac. Cubeb. Gran. parad. Cardam. ana* ʒ*j. Gran. junip*. ℥*j. Mastich*. ℥ß. *Croci* ʒ*ij. Spir. vini rectificatiss*. ℔ *iv*. Inf. per aliquot dies, & pòst in B. M. destillentur. *Usus* horum externè in affectibus nervinis hoc modo, ℞. *Aq vit. cum mastich. cum castor. ana* ℥*iij. spir. junip. ceras. nigr. meliss. ana* ℥j. *Ol. destill. salv*. ℈j. *rorismar*. ℈ß. M. Huc spectat *Balsamus catarrhalis* seq. ℞. *Rad. imperator*. ℥ *ij. Castor*. ʒ *vj. Bacc. juniper. M. ij. Spir. vini opt*. ℔vj. extrah. add. ad *balsami* ℔j. *Olei destill. succin*. ℥ß. & ad ignem calidè membris affrica. Vel ℞. *Aq. salv. lavendul. Vini antiq. ana* ℥ *iv. Ol. spic. juniper. terebinth. ana* ʒj. *Camphor*. ʒ*ij*. M. ad membra paralytica, spinam dorsi, nucham ter de die, item ℞. *Spir. vini rectif*. -⁀-*us junip. ana* ℥ j. ♀*i*, ✱*ci ana* ʒ*ij. ol. succin*. ℈*ij*, M. Sic insigni cum successu usus *Excell. Clauderus* -⁀-*u lil. convall juniper*. cum -⁀-*u* ✱*ci* pro inungendis capitis vel potius cranii laminis tenuioribus & illinendis suturis, v.g. ℞. *Spir. salv. rut. juniper. rectif. ana* ℥j. -⁀-*us* ✱*ci* ʒ*iij*. solv. *Camph*. ʒj.

..ij.a..

13. *Aqua*

13. *Aqua embryonum*, ℞. *Aq cinam. opt.* ℥xvj. *menth. spirituos.* ℥viij. *apoplect. Auct.* ℥iiij. M. Vide & *Aquam Imperialem* apud *Charras* in *Pharmacop.*

14. *Mentha crispa* seu quævis odoratior per se, vel cum pulegio & serpillo. Sit

a. ▽*a* ejus *simplex* sed spirituosior (calidioribus tamen subjectis quadrans) solitaria vel cum *galangæ parte* destillata pro usu stomachico (cujus & per sevomitum sanguineum compescit) & uterino. Valet & extus ad Inflammationem & duritiem mammarum, v. g. ℞. *Aq. menth. petrosel. ana* ℥j. *plant.* ℥ij. *acet. rosac.* ℥ß. M. pro Epithem.

b. Oleum ejusdem *destillatum* affinibus associatur, uti *aqua menth.* aliis liquoribus aromaticis, resolventibus & anodynis facilè est exaltanda.

15. *Acorum* nostrum odoriferum: quamvis & inodorum seu *Acori palustris radix* suî haud careat utilitate, effossa enim circa finem Junii, arida integra secum gestata Amuletum certum est, æquè ac *rad. Nymphaea luteæ*, antispasmodicum, velut & *Matthiolus* testatur ipsum ad omnes cerebri & nervorum affectus valere. Sic verò Acori nostratis

a. *Aqua spirituosa* cum aqua menthæ conjungenda pro stomachico excellenti.

b. *Extractum* aquâ simpl. paratum & saccharatum. Vid. de *Præscript. Formul.* infra.

16. *Carum* cum *sale* juxta *Thurneiserum Herbar. p.* 84. ut utilissimum reficiens mulieribus è laconico egredientibus datur; quòd si nodulo inclusum & aquâ decoctum umbilico eorum adplicetur, tormina eorum hysterica solatur: Id verò præcipuè præstat ex semine *Oleum* ʃ\ atum, quod euporiston polychrestum Auctor nominat, & per se in aquâ propriâ destillatâ ad aliquot guttas assumptum, iisdem menses ciet & vertiginem tollit. Ex triti *seminis* ℥j. in *Aq. rosar.* ℥iij. macerati, addito parum *acet. rosac.* & pauxillo Spir. vini & postea parùm inspissati cum ana *liq. mustel. pisc.* Unguentum ophthalmicum insigne paratur.

17. *Fœniculum*, prætetquam, ut alia ejusmodi semina carminativa tenuium sit partium, discutiens, reserans, attenuans summum, peculiari insignitur vi ophthalmicâ præsertim si in ejus canaliculos dum terræ adhærent saccharum candum tritum injiciatur & per noctem cerâ obturentur, sic enim liquescente sacchoro fit *Aqua* guttatim in oculos instillanda ad clarificandum visum & eorum sordes abstergendas. Sit

a. Semen atq; *oleum* ʃ\ .quod juxta *Boyle Hist. Sang. Hum. P. IV. p. m.* 136. ʃ\tum sanguinis humani ope digestionis penetranti suo sapore imbuit; vel etiam hoc oleum cum Sp. vini summè dephlegmato misceri potest, & superaffundi huic solutioni ana spiritûs sanguinis humani, unde post levi admodum calore in formâ ⊖is △lis ad superiorem vitri partem sublimantur &

non saltem ⊖ minori fœtore sed & residuus liquor imbuta obtinentur. Vid. *Regn. Veget. Cap. XXVIII.*

b. ▽*a destillata* pro ophthalmicis.

c. ♎*us fœniculatus* pro Tinctura pectorali. Nec negligendus elegans *Balsamus Fœniculi* apud *Horst. in Observ.* descriptus, Acidularum potatoribus utilis compertus; ℞. *Ceræ albæ tenuiss. ras. & liquat.* ℥iiij. *Ol.* ♃. *fœnic.* ℥ij. M. sensim agitando ut fiant instar butyri, cui add. *Tincturæ fœnic.* ℥xx. ⊖ *fœnic.* ℥ijß. F. Balf. consist. æqual.

18. *Lauri baccæ* pro oleo expr. polychresto utiles ad discutiendum, resolvendum, sic namque in areâ non admodum antiquâ licet crustosâ prodest seq. ℞. *Ol. bacc. laur. expr.* ℥ iiij. *ceræ* vel *sapon* ℥ij. *Ciner. ramusc. pyrastr.* ℥j. M. cui & addi potest *ol. lign. junip.* vel *picis.* Præprimis verò Baccæ dant *Emplastrum resinosum stomachale*: ℞. *Mastich. Thuris, Myrrh. ana* ℥ij. *Bacc. laur.* ℥ iij. Pulverisata excipiantur *Mell. calid. q. s.* F. *Emplastr.* Auctor *Ladanum, Tacamah. Styrac. Balf. Peruv. ana* cum *Oleo* ♃ *tis* esse linquenda dicit, quia horum gestatio in stomacho flaccescente parum confert. Aliàs refert *Exc. Hannem. Meth. cogn. Veg. p.* 177. sibi in usu esse Emplastr. stomachicum, quod non componitur ex vulgari illâ materiâ, quâ alii concinnant sua Emplastra stomachica, verùm illud fermento stomachi nostri tam analogon esse, illumque adeò confortare & appetitum excitare, ut quis cibo non satiari possit: dicit id constare ex tribus vilissimi pretii. Nos qui fermentum panificii utiliter adhibuimus, ejus basin suspicamur.

19. *Chamomillæ flores* in Colicâ nephriticâ optimi, velut inde utiliter quoque suâ *Essentiâ carminativâ* utitur *Excell. D. D. Wedel. Opiolog. p. m.* 119. quæ hæc est: ℞. *Rad. zedoar.* ℥ j. *carlin, galang. ana* ℥ß. *Cort. aurant. sem. anis. carui, Flor. chamomill. ana* ℥ ij. *Caryoph. ar. bacc. laur. acor. ver. ana* ℥ i ß. *Macis* ℥ j. M. vel etiam omittendo *fl. chamom.* eò quòd paulo ingrationes & cum *Spir. vini rectif.* vel *citr. anis.* cum ♎ *u* Ⓣ *acuato* extrah. Est remedium exp. in *Colicâ, hysteric. doloribus post partum* cum *Elix. uter.* vel *Tinctur. anod.* gutt. NB. cum *Essent. theriac.* mixta it. *castor. ol. caryophyll. cum Tinctura anod.* in *cardialgia* expertum est, ut & *singultu* & *inflat. ventriculi. Dos. gt. xxx.* potest etiam *Elix. P. P.* misceri. Aliàs quoque *Chamomilla* cum *cent. min.* & *absynth.* antifebrile est optimum. Valet exterius

Oleum per infusionem paratum, *ol. nuc. mosch. express.* vel *destillato* alteratum. Si in eo lana ovilla (circa testes execta) nigra frixetur, anginam certo curat.

20. *Essentia stomachalis* ex menth. acori, fœniculi, absynthii spiritu, analogo extracto, competentique oleo saturato, cum ⊖is cujusdam fixi particulâ. Vide supra *Art. I. Cap. 3. Sect. IV.*

21. *Tabula* vel *Rotula* illitione saltem *oleorum* acceptiorum paratæ, loco aliorum.

aliorum. Vel ſumuntur ſeq. ℞. *Sacchar. roſ. tab. q. ſ. Ambr. griſ. gran. iij. Moſch. opt. gr. ij. Zibeth. gr. j.* Cum *ol. aniſ.* gt. aliquot & *pauxillo ſacch. cand.* in mortario ſubigantur & M. odorifera, hinc *ſacch. roſ.* ſolutioni in fine anquam ab ▽â removetur, injiciantur & fundantur ſ. a. *Rotulæ* valde odoriferæ.

22. *Sacerdotale Antiquorum* ⊖ potius condimentum Auctori eſt; aliàs vomitum navigantium ſiſtit: ℞. ⏀, ⊖ *fuſ.* ⊖ *gemm. ana* ℥j. *Galang. Mac. Cubeb. ana* ℈j. f. Pulv. *Doſ. gr.* iij. Vid. *Penot. Vade mecum Theophr.*

23. *Pulveres præcipitantes* inſipidi Hypochondriacis, ad humores amaros, acidos & acres inter ſe & cum aſſumptis ebullientes & hinc tot ardorum, anguſtationum uſque ad gulæ principium, inflationum præfocationumque auctores, commodiſſimi. ℞. *Ocul. cancr. præparat. Corallor. rubr. præparat. Cort. aurant. flav. ana* ℈j. M. F. Pulv. Vel ℞. *C. C. uſt. Teſtar. ovor. præparat. ana* ʒj. ⏀ *fix.* ʒß. *Macis* ℈ß. *M. Doſ.* ʒj. manè & noctu exhibenda. Huc ſpectant *Pilæ regiæ* ſeq. ℞. *Ocul. cancr. Corall. rubr. præparat. Perlar. orient. præpar. ſuccin. alb. præparat. C. C. philoſ. præpar. ana* ʒß. *Bezoar. orient. gran. xv. pulv. ex apicib. chelar.* ♋ *nigror.* ʒ *iij. Cum Gelat. C. C. q. ſ.* F. Pilæ *pond.* ʒß. quarum una contuſa ad acidum edomandum uſurpetur. Huc ſpectat inſignis pulvis præcipitans *Excellent. D. Wedelii*: ℞. *Lap. cancr. Corall. rubr.* ♄ *diaph. Cinn. nat. ana* ℈ß. ⏀*li* ♂ *gr. vj. Laud. op. gr.* j. M. F. Pulv.

24. *Meliſſa* inſigne cardiacum & reſtaurans eſt, animum demiſſum erigit, & illam cordis imbecillitatem quæ noctu ſomnum intercipit, juxta *Matthiolum*, pellit, imprimis verò una hyſtericum eſt excellens, ſterilitatem certò pellens, ceu, eâ de cauſâ ex eo cum aliis *Sacculi hyſterici* optimi parantur, nimirum *rad. mutellinæ, primula veris, imperator. marrub. ſalv. ſerpillo, calamenth. Fl. chamom. lavend. hyperic. cheir. ſem. carui, aniſ. fænic. & Caſtor.* Sit

a. ▽*a* ejus *-ŏſa ſimplex & compoſita* ex *aq. cinam. caryophyll. apoplect. menth.* &c. commixtione utiliſſima, verb. gr. in dolore poſt partum: ℞. *Aq. meliſſ.* ℥j. *fl. til. hyſter. Querc.* vel alterius *ana* ʒvj. M.

b. *Vita mulierum* præter *Balſamum Embryonum* uſualem præſtans: ℞. *Herb. meliſſ. rec. M. vj. ſalv. rut. ſpic. ana M. ij. Cinamom.* ℥ß. *Caryophyll.* ʒiij. *Zedoar.* ʒij. *Aq. font. Menſ. ij. Spir. vini opt.* ℔ß. Deſtillentur per Veſicam in Aquam mediocriter ſpirituoſam; cujus *Una pars* ſimpliciter ſic datur vel competentium acceſſu exaltata. *Altera* verò fit *Aqua hyſterica* ſi infundatur *Caſtoreum*, additurque ejus *Eſſentia. Aqua hyſterica* alia: ℞. *Fol. Meliſſ.* ℔ß. *lauri* ℥iv. *beton. matricar. ſalv. roriſmar. ana* ℥ß. *Balauſtior. Rad. valerian. zedoar. dictam. Croc. Cinamom. Macis ana* ʒij. *Sem. dauci* ʒvj. Inciſ. cont. aſſ. *Aq. fl. pæon. Vini ana part. æqual.* ∫ tur in B. M. Deſtillatum tingatur *Extr. croci.* Vide & *Quintam Eſſentiam Matthioli Lib. V. Cap. de Vino* deſcriptam.

c. *Oleum deſtillatum meliſſæ* explet *ol. ſuccin. rutac.* &c. Novimus

ex *Melissa Moldavica* seu *Turcica* semine *oleum* prolectum *Ol. destill. cort. citri* quoad odorem, saporem & effectum simillimum.

25. *Elixiriorum* ac *Pulverum Hystericorum loco*, sufficiunt seq. *Essent. Pracip. Anod.* ℞. *Essent. succin.* ℈ij. *camphor. castor. ana* ℈j. *Ol. destill. succin.* ℈ß. *ruta gutt. ij.* M. Sic & *Elix. uterin. Excell. Wedel.* fit ex commixt. *Essent. succ. castor. myrrh. bals. vel s.* addito momento *camphora*: quod ipsum quoque cephalicum est in *apopl. lethargo. Vertig. suffocat.* & aliis affect. uteri probæ virtutis: fortius id fit vel cum *asâ fœt.* etiam pro usu ext. vel cum ♎*u* ✱*ci* quod optimè pellit lochia & discutit. Huc spectat *Elixir antihystericum Exc. D. Screta*: ℞. *Essent. castor.* ℥ij. *Tinctur. succin.* ♎ ✱*ci* ⊡*os. ana* ℥j. *Cafur. in pauxill. Spir. vini sol.* ʒj. vel ʒij. Mixta probè clausa stent in digestione per septimanas aliquot, Tinctura dein decantata servetur ad usum. *Dosis à gut. j. ad x.* in *aq. meliss.* vel *vino*; in *Epilepsiâ, Convulsionibus, affect. hypochondr. hystericâ, torminibus ventris &c.* egregium remedium. Item *Elixir antihyst. Excell. Clauderi*: ℞. *Ess. castor.* ♎ *meliss. & cochl. par.* ℥iv. ♎ ✱*ci* ⊡*os.* ℥j. Mixta sigillentur hermet. & digerantur aliquamdiu. Vel ℞. *Essent. castor. offic.* ♎ ✱*ci* ⊡*os. meliss. cochlear. ana* ℥j. Mixta circulentur eodem modo, ut supra. Usus idem qui prioris. ℞. *Matric. perlar. praparat.* ℈ij. *conchar. prapar.* ℈j. *cinnabar. nat.* ℈ß. *laud. opiat gr. ij.* M. F. Pulvis. Sic & fit *Pulvis uterinus D. Michaelis*: ℞. *Antihect. Pot. Fecul. bryon. ana* ℥iv. *Bezoard.* ♃ *cum* ☿ *sublimato par.* ℥j. *matr. perl. ppt.* ℥ß. *Ebor. s.* △ ℥ß. Misc. ℞. ♄ *diaph. corall. rubr. prapar. Ocul.* ♋ *prapar. Matr. perlar. prapar.* C. C. *phil. prapar. Rasur. ebor. prapar. ana* ʒj. *Fec. bryon.* ♁ ♄ *ii. castor. ana* ℈ij. *ol. nucist. expr.* ℈j. *sacch. alb.* ℥ij. M. F. Pulv. *Dos.* ℈ß. manè & vesp. Vel in formâ Pilul. ℞. *Diaph.* ♂ ℥j. *cinnab.* ♄, *Res. succini, aa.* ʒj. *Ess. artemis. q. s.* F. *Pil. num.* 420. sumendo manè & vesperi num. 5.

26. *Extractum hystericum* fit commixto extracto alexipharmaco cum Castoreo vel ejus essentiâ. Sic namque insigni cum emolumento velutque præsentaneo auxilio usi sumus extractione castorei cum spiritu ✱ci, qualiter tamen nobilius medicamentum habetur præviâ horum digestione & circulatione juxta *Excell. Clauderum*, ut modo dictum.

27. *Citrum.* Ejus *Cortices*, *Liquor oleosus* è derasâ flavedine ab ▽oso succo secretus, cum sacchato in molliculam consistentiam vel *Elaosaccharum* redigendus. Inde habetur Potio cordialis temperata in febr. malign. *Excell. Hoffm. Altorf. Prof.* salutaris experta. ℞. *Cort. citri extim. rec.* ʒvj. *auran. rec.* ʒij. *sacch. cand. alb.* ℥j. Cont. in mortar. in pult. diluatur *Aq. fl. acac. ceras. nigr. lilior. conv. rosar. ana* ℥j. *Vini cydon.* ℥iv. Colat. add. *Syr. granator. rub. idai ana* ℥j. *succ. citri rec.* ℥ij. *Confect. alkerm.* ʒj. Misc. *Aurantium pomum* excavatum, *croco* repletum & chartæ madidæ involutum, sub cineribus si coquatur & imponatur tribus sextariis *Vini albi*, deque hoc dentur singulis diebus 4. *cochl.* menses optimè movebit. Sic & *Pulvis Carminativus* seq.

rus seq. ℞. *Cort. aurant.* ʒiiß. *ocul. cancr. prepar.* ʒiß. *Rad. calam. arom. Sem. fœnic. ana* ʒj. *croci or.* ℈j. ⦶ *prepar.* ʒß. *sacchar. rof.* ℥iiß. M. F. Pulvis, cujus tres cuspides cultri, post pastum cum pane tosto & vino imbut. exhibeantur, & in affect. hypochondriacâ & hystericâ utilissimus erit.

28. *Crocus* flos est tenerrimus & in suo genere sat essentialis, cordialis, stomachicus, pulmonicus, hepaticus, uterinus, ocularis. *Extractum* ejus aquâ vel vitis factum in *Picâ* laudant. Vid. *Hertodt Crocolog.*

29. *Balsamum Peruvianum* haud adeò necessarium, dum *intus* ♀*rata, succinea, Mastichina* &c. *extus* verò *Terebinthinata* aut vile *hypericum* nobis satisfacit. Cui tamen ad manus sunt ejusmodi exotica nihilominus insignem eorum vim in vulneribus & ulceribus externè & internè experietur, sic enim hoc & *balf. Capivi* intus singularia sunt contra *Gonorrhæam*, extus verò mirabiliter intra 24. horas *vulnera* recentia sanabunt, id quod etiam ex ejusmodi resinosis particulis ramosis balsamicis acidum putredinale citò obtundentibus constans *Balsamum Italicum* sequens egregiè præstat: ℞. *Oliban. Myrrh. Aloës, Mastich. Sarcocoll. ana* ℥ij. *Colophon. Tereb Ven. Axung. porcin.* ℥iß. *human.* ℥ß. *Styrac. cal. Benzoin. ana* ʒij. *Ol. hyperic.* ℔ ij. *petra* ʒvj. *spica* ℥ß. *cera flav.* ℥iv. F. sec. art. Balsamum. Methodus componendi hæc esto: Collocetur cucurbita vitrea in M. B. ut artis est eique committatur Ol. hyperic. cui successivè addantur gummi pulverisat. continuò à principio usque ad finem spatulâ ligneâ agitando, secus enim gummi indurantur, & vires suas oleo hypericonis tradere recusant, addantur postmodum Terebinthina, hinc Axungiæ & ultimo loco Cera, coquantur simul usque dum gummi indurescant, filtrentur calidè per linteum, ut feces arenosæ secessum faciant à genuino balsamo; tandem ubi balsamum inspissari incipit, addantur olea petræ & spicæ. Hoc balsamum si coloratum & tinctum volueris colore sanguineo, ipsi facilè Tincturam conciliaveris desideratam, beneficio ligni Santalini rubri in farinam Δlem triti. Hoc Balsamum est vulnerarium insigne, calidè vulneribus recentibus applicatum; Internè feliciter exhibetur in Apostematibus internis, detergendis & consolidandis & specificè exhibetur in hæmorrhoidibus internis exulceratis. Ad hanc methodum diversa Balsama pro lubitu sibi Chymicus parare poterit.

30. *Spiritu Vini* aut frumentaceo aut hydromelino nullus Chymiater carere potest, optimè verò rectificatus juxta *Basil. Valent. in Testam. p. 216.* ita habetur; ♀ calcinatus ad albedinem aut quocunque ♀ probè siccatus cucurbitæ altioris & gracilioris colli ad pollicis saltem crassitiem immittitur, cui semel per se rectificat. Spir. vini ad digiti transversi eminentiam superaffunditur, hinc vase cum alemb. & excipulo probè munitis ex B. M. blando calore Spir. vini destillatur, mutato si dimidium ejus prodierit, excipulo, reliquum verò spiritûs utpote magis phlegmatum in aliud vas non

tamen ad ♀ri ficcitatem propellatur; priori Spir. vini parti unica tantùm adhuc fuper ficcam Tartari calcem fufficit cohobatio, pofterior verò binis earum minimum opus habet. Huc verò referri meretur *Aqua Reg. Hung. à Charras* defcripta, quæ narium oblectamentum eft. Vel hujus occafione magis compofita *Effentia anthos* feq. ℞. *Fl. & fol. rorifm. M. iiij* ß. *primul. ver. falv. ana M.j. cubeb.* ʒj. *cardam.* ℈j. *nuc. mofch.* ʒß. Incif. cont. aff. ∽ *ceraf. nigr.* ad eminent. 2. digitor. ftent in digeftione per 2. dies, poft exprimantur & filtrentur.

31. *Lilium convallium. Aqua* ejus nobilis habetur, fi rore madidis vinum affundatur prius & per cohobationes fuper flores recentes adjectos magis effentificetur, unde habetur etiam pro apoplecticis infultibus aliisque morbis nervinis ejus ∽*us*, cujus partes duæ cum unâ ∽ ✱ci dant *Liquorem cephal. Exc. Wedel.* Sic & eft *Aq. Lilior. convall. compofita* feq. ℞. *Flor. lilior. convall. à ftip. mund.* ℔ß. Infund. per 24. hor. in *Vini malv.* ℔vj. add. *Lign. aloës* ʒj. *Santalor. omnium ana* ʒij. *Flor. borrag. anthos ana M.ij. cardamom. cubebar. ana* ʒij. Macerentur per dies 14. dein deftillentur: in liquorem deftillatum fufpende *Mofchi & Ambr.* ana gran. iv. fervetur in Vitro. Si verò placeat ad modum feq. præparare, habebitur fpiritus mirificè Apoplecticos refocillans: ℞. *Flor. lilior. convall.* à ftipit. benè purgator. & in umbra ficcat. ℔j. *Vini malv.* ℔iij M. omnia indantur phiolæ ftrictioris orificii quæ benè obturata indantur per 10. dies ventri equino, pofteaque impofito alembico deftillantur in arena, poftea in Balneo Mariæ ufque dum flores in fundo absque empyreumate maneant ficci. Deftillatum fpiritum rurfum affunde *floribus anthos* vel *flor. lavendulæ* etiam probè purgatis in umbrâque ficcatis, quæ omnia rurfum in phiolâ benè obturatâ ventri equino per 10. dies committito ac poftea rurfum à floribus abftrahe modo fupra recenfito, ufque dum in fundo ficci maneant. Porrò ℞. *Cinamom. acut. caryophyll. Macis ana* ℥ß. *Granor. chermes, Galang. Zinzib. ana* ʒij. *Fl. betonic. rofar. ficc. ana* ʒj. *Croci orient.* ℈j. *Ambr. grif.* ℈ß. M. Contundenda contunde ac omnia indantur phiolæ longioris & ftrictioris colli, quibus fuperaffunde præ dictum fpiritum ac rurfus omnia per 10. dies, vafe hermeticè claufo, in ventre equino pone ac poftmodum in B.M. eum rurfus abftrahe & fic habebis efficaciffimum & fubtiliffimum fpiritum apoplecticum, cum emolumento ufurpandum.

32. *Spica noftra* feu *Lavendula.*

Ejus *Spiritus* item *Oleum* quod infigne acufticum eft. Vid. infra §. 38.

33. *Majorana*: itidem ob vim aromaticam fummè diffipantem catarrhi materiam abfumit & educit, fic enim

Ejus *Aqua fpirituofa externè* infigne errhinum eft uti *fuccus* cum *aq. ad auditum Plater,* & ∽*u* ✱*ci oticum.*

Oleum

Oleum pro *balsamo* & *elæosacch.* in eosdem usus : ℞. *Bals. major.* ʒj. *rutæ* ℈j. *apopl. gran.* vj. M.

34. *Serpillum* loco thymi fragrantis.

Ejus *Spiritus extus* inprimis non contemnendus, aliis *destillatis, Tincturis competentibus* exaltandus. Sic namque elegans est *Aqua contra catarrhos Frider. Hoffman.* ex *serpillo* in *vino malv.* macer. & *lign. sassafr.* infuso.

35. *Betonicæ Essentia* & ejus *Emplastrum* minimè spernenda in affectibus capitis, ceu *Paul. Quadr. Botan. pag. m.* 223. & *Jul. Casser. Plac. Tab. in præf. Germ. ejusd. Sim. Paul.* mirandum sistunt casum, quo solo hoc Empl. curatum periculosum vulnus capitis. *Sacculi cephalici* Chirurgorum sine ea non sunt deteriores, dum & euporista *è fœni trifolio exuberantioris retrimentis* colligi possunt. Aliàs in affectibus nervinis ad discutiendum parari possunt è *salv. major. rutâ, lavend. menth.* seu *calamenth. Origan. serpill. fl. chamomill. Bacc. Juniper. in vino albo coctis & aspersis Spir. vini calido.*

36. *Pæonia* & *Viscum* expectationem sæpe fallunt in Convulsionibus, utraque tamen blanda nervina : prout autem Viscum ex arbore vel frutice desumitur, ita quoad vires quoque nonnihil modificatur; *Viscum corylinum* in partu difficili certum novimus remedium; quercinum verò quod processionibus solemnibus, *Sponio* referente, Veteres collegerunt, præter alia etiam extus peregrina corpori infixa expellit, si nimirum ejus ℥iij. cum *Mell.* & *Ferment.* ana ℔ß. subigantur. *Aucuparium* bonum est malacticum, epispasticum & intermixto ♀re resolvens. Huc spectat *Valerianæ rad. pulvis*, qui certò *Epilepsiam* curat, experientiâ *Fab. Columnæ Hist. Plant. p.* 120. in se & in aliis.

37. *Verbenæ* & *Anagallidis phœniceæ* & *cæruleæ extractum*, vel hujus loco *hypericinum* quod totum balsamicum est, & teste *Salâ*, contra dysuriam, calculum, lumbricos, venena & mentis aberrationem in vino vel jusculo dissolutum manè & vesperi exhibendum. Vide *Regn. Veg. Cap. XXII.*

38. *Aqua apoplectica* seu *cephalica* loco plurium seq ab Auctore laudatur: ℞. *Aq. lilior. convall.* ♒ *os.* ℥xij. *Spicæ* ♒ *os.* ℥iij. M. Vel *aromatisata* quoque associentur. Huic vel simili excitatoriæ aquæ per temperantiora, si opus fuerit, etiam infractæ, admisceri potest ♒ C. C. *rectif.* vel ♒ ✱ *urin.* vel *Essent. castor.* solitaria vel cum *rore minerali, acetove medicato*. Affinis huic *Aq. apoplect. Excell. Wedelii* : ℞. *Flor. lavend. spic. ana M.* xij. *lil. convall. M.* v. *paralys. M.* iij. *Cheir. M.* ij. *pæon. til. ana M.* ß. *rorismar. beton. ana M.* j. *summ. serpill. citrar. ana M.* iß. *Puleg. Chamædr. chamæpith. Polii mont. ana M.* j. *Zingib. Caryoph. Cubeb. N M. Mac. Cardam. ana* ℥ß. Aff. *Aq. lil. convall. opt. vino destill. mens. iv. l. q. f.* destilletur s.a. *Usus* externè & internè in Apoplex. lymphæ vitiis, doloribus artuum. Usualis hîc nobis *Aqua antepileptica Caspar. Bauhini* seq. ℞. *Fol. beton. pæon. ana* ℥ß. *lavendul.* ʒiß. *lilior. convall.* ʒvj. *salv.* *tiliæ,*

tiliæ, anth. ana ℥iiß. *rad. aristol. long. Fraxinell. visc. querc. ana* ℥ij. *Cubebar.* ℥iß. *Nuc. moscb. Macis, Piper. long. Castor. ana* ℥ß. *gr. xv.* Incis. cont. inf. *Aq. fl. til. lilior convall. ana* ℔ ij. stent in infus. per 8. dies, post destillentur in B.M. Hæc ita ordinari potest: ℞. *Aq. apoplect. hujus vel Lang. vel alt.* ℥ij. *ol. caryophyll. Nuc. moschat. salv. ana gut. iij.* ‒ *ceras. nigr.* ℥ß. *Syr. beton.* ℥j. Misc. Alia *Aqua apopl. amara* ab Auctore sic paratur: ℞. *Aq. apoplect. prædict. Auctor. p. j. acet. rutac. p. ß. Ess. castor. gutt. aliq.* M. Utilissimè datur in *Lethargo*, aliisque soporosis affectibus.

39. *Balsamus cephalicus* simplicissimè sub debitâ genuinorum aliquot oleorum proportione mixtus, sat fragrans, verb. gr. ℞. *Ol. destillat. succin.* ℈ij. *spice, majoran. ana* ℈j. *express. nuc. mosch. q. s.* M. F. Balsam. Vel ℞. *Ol. cinam. caryoph. ana* ℥ iij. *lign. rhod.* ℥ ij. *Bals. Peruv.* ℥ß. *Mosch. Ambr. ana* ℨj. *Corp. pro bals.* ℥ij. M. *ting. asphalt.* Si etiam *Oleum* v. g *oliv. nuc.* destillatis medicatum ac ♀*reu* convenientibus simplicibus saturatum, loco aliorum *Balsamorum externorum*, adhibeatur, resolvens habebitur aptissimum. Aliàs *Bals. apoplectica* ita etiam habentur: ℞. *Ol. nuc. mosch. expr.* ℥ß. *caryophyll. cinam. lign. rhod. rut succ. ana* ℈j. *mosch. Zib. Ambr ana* ℈ß. *Bals peruv.* ℨj. *Gumm. asphalt. l. carb. artemis. q. s* pro *Tincturâ*, M. Vel ℞. *Ol. nucist. expr.* ℨj. ♌. *succin. rorismar. nucist. destillat. Bals. apopl. ana* ℈ß. *Indic. gut. xij. Ung. pomat. odorif. Gumm. elem. in acet. sol. ana* ℨß. M. F. *Ung.* seu Bals. in *dolore capitis* pro inunctione valde præstans. Sequens etiam contra *dolor. capit.* ex utero prodest: ℞. *Ol. nucist. expr q. s.* ♌. *salv. lavend. anth. succin. ana gr. v. Extr. castor. lign. aloës ana* ℈ß. M. & incorpor. deturq; ad illinendam suturam coronal. & temporalem. Huc referri potest seq. *Bals. viridis capitalis:* ℞ *Herb. majoran. rorismar. salv. rut. ana* P. j. Cont. coq. cum *Ol. amygd. dulc.* ℥j. usque dum viriditatem acquisiverit; Colat. add. *Ceræ virg.* ℨiß. *Ol nuc. mosch. expr. q. s.* ut f. corpus balsami. ℞. *Hujus corporis* ℨij. *Ambr. gris. s. art. sol gr. iij. moschi gr. ij. Zibeth. gran. iij. ol. destill. major. succin rut. rorismar. citri. caryoph. lign. rhod. ana gr. v.* M. F Bals. ad catarrh. suffocativ.

40. *Unguentum malacticum* ac *resolvens* ex pinguedine familiari ac oleo resolvente prædicto constabit; ceu ipsum *butyrum simplex* herbis nonnullis alteratur: Sic pro Infantibus tabidis: ℞. *Ung. resumpt.* ℨiij. *ol. violac. amygd. dulc. ana* ℨiß. M. Vid. *Regn. Veg. Cap. XLI.*

41. *Emplastrum è Colophoniâ & Succino* compositum est diaphoreticum; aliasque superat *Emplastr. diasulphuris* vulgare. Vid. supra. Anodynum insigne seq. est *Empl. de hyoscyamo:* ℞. *Ol. sem. hyoscyam expr. succi ejusd Ceræ, Terebinth. ana q. s.* M. F. Emplastr. vel *solitarium* vel aliis malacticis aut resolventibus pro scopi ratione exaltandum. *Gummata* resolventia cum illiquatâ saltem terebinthinâ extensa quoque laudantur: Sic ad regionem Lienis: ℞. *Gumm.* ✱*ci in acet. acerr. sol.* ℨvj. *bdell.* ℨij. *ol. tamar. cappar. ana* ℥j.

Ung.

Ung. dialth. ℥iij. *Ping. anat.* ℥j. ⊖ ✳*ci* ℈ij. *Ceræ q. s. F. Emplastr. splenet.* Huc refer *Emplastr. de Cicutâ Excell. D. D. Screta*: ℞. *Succi cicut. inspiss.* ℥iß. ⊙ ⊕*li* ℥iij. *plumb. ust.* ℥ ij. ☿*ti* ℥ß. *Ol. verbasc.* ℥ß. *Ceræ* ℥ iiij. *Terebinth.* ℥j. Misc. F. *Empl.* ad scirrhos cum *ol. sapon. philos.*

42. *Pultes* ac *Cataplasmata* domestica ubi suppuratio festinanda, præsentanea. Eorum usus maximè etiam est anodynus, v. g. in *Dolore renum à calculo*; ℞. *Pariet. mens. iv. Coq. in q. s. Ol. amygd. vel q. s. aq. simpl. addendo ol. amygd. dulc. adde Cœpas coct. num. iij. ol. scorp* ℥ß. F. *Catapl.* Sic pro *tumore mammarum puerperarum*; ℞. *Rad. alth. lilior. ana* ℥*iv. fol. malv. violar. pariet. & branc. ursin. ana M. ij. sem. lini* ℥*j.* Coq. in s. q. aq. & cont. pulpæ per setac. traject. adde *Cepas* num. 2. sub cinerib. coct. *Farin. lini* ℥iß. *Ol. lilior. alb.* ℥*ij.* F. Cataplasma.

43. *Galbanum* loco ammoniaci vel utrumque simul pro scopo coagulata solvendi vel spiritus exorbitantes refrænandi, sic enim

a. *Cerati* modo solum Galb. extendi potest cum *Cerâ*, *Terebinth.* pro *Empl. matricali*, vel cum *castor.* verb. gr. ℞. *Gumm. galban.* ℥ß. *castor. opt.* ℨ*ij. ol. destill. succin.* ℈j. M. F. Emplastr. vel pro coagulo solvendo, v. g. in *Herniâ carnosâ*, Vid. Empl. apud *Rolfinc. in Prax. p. m.* 376.

b. *Galbaneti loco* sufficit Ceræ Pinguedinisque alicujus aut potius *saponis oleum*. Paratur aliàs taliter: ℞. *Galban.* ℔. j. *ol. Terebinth. el.* ℔ ij. diger. in cucurbit. vitr. calore lent. per 1. vel 2. septim. post ♌tur, liquori add. *ol. lavendul.* ℥j. iterum ♌tur, Balsamum prodibit, quod si cum spiritu vini circulaveris penetrantiss. fit, in *Doloribus Colicis* cum *ol. saponis* umbilico foris illitum præsens est remedium.

44. *Olibanum* cum lacte serpentes è corpore fugat. Suffitus ex eo & aliis fiunt adstringentes, verb. gr. in Lochiorum fluxu immodico ℞. *Thur. mastich. ana* ℨj. *Ladan.* ℨß. *succin. Nuc. cupress. Gallar. Ros. rubr. Balaust. ana gr. xv. spic.* ℈ß. F. Pulv. gross. vel *Trochisci* suffimigat. Alia vid. apud *Schröd.* & *Hoffm.*

45. *Mastiche* summè facultatem retentricem confirmat, verb. gr. in *Gonorrhœâ*: ℞. *Mastich. p. ij. nuc. mosch. p. j. sacch. q. s.* F. Pulv. admiscendo parùm *Ambræ gris.* Roborat & summè ventriculi fibras in granis aliquot deglutita, experientiâ eorum, qui noctu ante somnum assumsêre: Laudatur ejus *Essentia liquida* cum Spir. vini alkalisato vel aromatisato stomachali extracta, item *Trochisci* seq. ℞. *Pulv. mastich.* ℨj. *nuc. mosch. cinam. spic. ana* ℈*ij. caryophyll. cubeb. calam. arom. ana* ℨj. *ol. destill. lign. rhod. gut. iij.* Cum *Syr. de menth.* F. Trochisci. Externè etiam convenit seq. ℞. *Ferment.* ℥ *iv. Fol. menth. sicc.* ℥ß. *mastich.* ℨ*iij. ol. mastich. absynth. aa. q. s.* M. F. Empl. ventriculo applicandum. *Mastiche* electa etiam solvitur in ♎ *tereb.* rectif. abstrahitur ad consist. balsami. Fumus ejus cum *fl. verbasc.* in tenesmo est utilis, ac cum *myrrh. asphalt. myrobal. citr.* suffitus in *ani procidentiâ*; maximè si post fotum

Mm cum

cum *lacte* calido inspergatur pulvis ex CC. *ust. c. mastich.* Quod si trita in *Spir. vini rectificatiss.* solvatur & coquatur lento △e injecta in ▽am *frig.* fit *Cerat. stomachicum.* Sic etiam primarium ingrediens est *Ung. ad rhagades Exc. D. D. Scret.* ℞. *Ol. ros.* ℥iiij. *mastiches el.* ℥j. *solv. lent. igne, Colat.* add. *Boli Arm. Extr. Liquir. ana* ʒij. M.

ARTICULUS II.

De Resolventibus Nervinis &c. Animalibus.

1. Corn. Cerv. ejusque *Ungula*, ut & *Cranium ppt.* maximè in Epilepsia per consensum confert, etiam loco *Ung. alcis.* ℞. *Ung. C.C. vel alcis* ʒß. | *Corall. rubr. præpar. Smaragd. præpar. ana* ℈j. *Rad. pæon. vel baccar. ejus* ʒj. *Rad. pentaphyll. Visc. querc. ana* ℈ij. F. Pulv. & cum eo *Rotul.* noctu sum. suasu Medici cujusdam Romani.

2. *Cranii humani* ♌-*us*, ⊖ *vol.* diaphoretica equidem, rarissimè verè epileptica. Modus autem qualiter non saltem hic spiritus, sed & alii è prænominatis subjectis eliciendi seq. est: ℞. *Cran. hum. Ras. C. C. Ebor. Ungul. alcis, equor. q. pl.* His repleatur retorta ad collum usque & ♌tur ex arena, augendo △em in fine ad totalem vaporum exclusionem: Ita enim observabis 1. stillans aliquod phlegma. 2. oleum flavum, quod comitantur ramenta ⊖na △lia undiquaque se lateribus vasis recipientis applicantia; tandem subsequitur oleum spissum cum fœtore insigni; Omnibus refrigeratis ⊖em in formâ siccâ parietibus recipientis adhærentem seorsim colligito & ab oleo suo fœtido seq. modo repurgato: ℞. ⊖ *volatilis oleo suo fœtido inquinati p. j. Ciner. ossium calcinator. p. iij.* vel *q. s.* ad humid. ol. imbibend. ut massa fiat arida. ♎tur sec. art. ex phiolâ vitreâ igne admodum modesto, ita enim ⊖es, cùm sint teretes & rigidi & ad motum suscipiendum valde prompti, facilè secessum faciunt à cineribus & se extricant ex hamis particularum oleosarum & in altum elevantur describuntque ⊖*em* △*lem C. C. Ebor. &c.* depuratos ab oleo suo fœtido usui Medico accommodatos. Quod autem in fundo hæret olei & phlegmatis in fundo recipientis seq. modo tractato; Capito oleum & phlegma illaque filtrato per chartam emporeticem madidam, ita enim phlegma cum portione ⊖is △lis quod imbibit, transibit poros filtri, relicto oleo fœtente in filtro quod seorsim reservato; phlegma quod in poris suis occultat ⊖lem △lem, licet filtratum sit, tamen flavescere solet & ingratum valde odorem spirare, propter admixta quædam tenuiora ramenta oleosa, quæ poros filtri transeuntia hac methodo à ⊖bus separari nequeunt; quod ut tamen per fi-

ciatur

ciatur, committito phlegma filtratum retortæ vitreæ & leniſſimo igne inſtituatur ♌io ex cineribus, ita enim ante ſuum phlegma adſcendet ⊖ △le; quod ſi in formâ ſpiritûs deſiderâris, urge paululùm ignem & ſubſequetur phlegma purum diſſolvens ⊖em △lem & cum eo deſcribens illud quod Chymici vocant ♒ C. C. Cran. hum. ebor. &c.

3. *Lac humanum, caprill. aſininum* verè phthiſicos vix citra majorem ſæpe putredinis intenſionem levavit; melius in tabidis à *Venere* & *Baccho*. *Lac ♋num* quoque fit è *♋ris vivis*, detrahendo corticem, affundendo parùm lactis caprilli & ſimul contundendo, poſtea lactis plus affunditur, ne ſapor ingratus ſit, paululum cocta per linteum colantur, add. *Sacchari q. ſ.* Vid. *Regn. Anim.*

4. *Caſtoreum* ♀re ſuo blando attenuat, flatus diſcutit, nervos roborat, tremoribus artuum, motuumq; læſionibus medetur. Ejus *Eſſent.* ſeq. ℞. *Caſtor. opt. rec.* ℥j. ⊖ *Tartari* ℈iij. *Spir. vini q. ſ.* F. Tinctura. vel magis compoſ. ℞. *Caſtor. Myrrh. ana* ℥j. *Campb.* ℥ß. *Croci* ʒj. *Spir. vini* ☿*ſat. vel rectif.* ℥xij. Digerantur per menſem & poſt decant. *Doſ. gut.* x, xx, xxx. in *aq. meliſſ.* addi etiam poteſt *pulv. ſabin. rad Angelic. Valerian.* *Extractum* vulgare languidius eſt. Vid. ſupra & *Regn. Anim. Sect. III. Art. III.* §. 5.

5. *Moſchus* ſelectior analepticis competentibus ſeu *per ſe* ſeu *ſacchar*o ſeu *elæoſacchar*o *diaromatico* dilatando aut diverſimodè infundendo ſociandus, verb. gr. ℞. *Sacchar. albiſſ.* ℥iij. *Moſch. or. Ambr. griſ. ana gr. iv. Confect. alkerm. compl. q. ſ.* F. *Maſſa* probè commiſc. è qua rhombi vel trochiſci formentur. *Auctor* eum etiam in parturientium defectionibus exhibuit.

6. *Ambra pretioſior*, doſi parcior exhibetur, fumoſa capiti nimis eſt hypochondriacorum. Optimè ſolvitur in *Ol.* ♌. *ſuccini*, cujus ⊖li △li ejus ⊖ eſt ſimile. Verùm Ambram cum Vegetabilibus ratione qualitatum & unctuoſitatis multùm habere commune ſentit *Grim Dec. II. Ephem. Curioſ. Ann. I. p.* 405. idque ideo quia in pleriſque ligni fruſtis obſervavit eandem quâ perlita fuere unctuoſitatem. Eſſentia ejus liquida ita fit: ℞. *Amb. griſ.* ʒj. *Moſch. opt. gran. xv. Ol. cinam. deſtill. gut. xv. Sacch. alb. Spir. roſar. opt. ana* ʒvj. *Spir. vini* ☿*ſat.* ℥vj. Ambra prius in mortario inter terendum cum *ol. cinam.* irroretur, dein ope ſacchari in pulverem redigatur; Moſchus poſtea ſeorſim cum *Spiritu roſar.* in eodem mortario diſſolvatur, cui *ambram* ſubactam commiſce & in phiolam reconde, affundendo Spir. vini tartariſatum, quæ hermeticè ſigillata in loco leviter calido repoſita, per dies aliquot quieſcant, donec Tinctura aureum acquiſiverit colorem, quam ſuaviter per filtrum trajicias, & magmati reſiduo affundas de *Spir. vini* ☿*ſato* ℥j. vel alteram, ut quod de eſſentia reſtat extrahatur: Uſus à gut. v. ad x. m. & v. præſertim pro *memoriâ roborandâ* & *vertigine*. Vid. *Regn. Miner.*

7. *Butyrum* tum *per ſe* tum aliis competentibus alteratum plus præſtitit,

tit, quàm *Officinarum Ung.* & *Olea comp. Pingued.* Sic enim ejus ℥ij. cum Spir. vini ℥ß. dolores exteriores summè mitigant: imprimis verò imbuitur viribus plantarum, v. g. in *Ung. vulnerario* Junckenii seq. ℞. *Butyr. majal.* ℔ij. *Herbar. sanicul. veron. pyrol. prunell. auricul. mur. min. plant. lat. symphyt. fol & rad.* ℔j. Coq. ad extract. quòd si concidant cola *butyr.* add. *Ceræ, Picis ana* ℥iß. si sint liquata agitentur probè, ne pix in fundum cadat. Usus ad omnia sananda: sic quoque *Ol. olivarum* guttulà saltem olei destillati obnuptum olea plura diximus supplere. Insigne quoque resolvens præbet *Caseus vetus putridus cum pane & lacte* in *Catapl.* redactus, ceu quod Scrophulas multùm discutit.

8. *Taxi Pinguedo* vel *Leporis*, quæ peculiare tractivum aut renitentium suppurationum ruptorium est; *Canis* autem non saltem intus antiphthisicum sed & externè insigne anodynum, sic in doloribus post partum ejus ℥iij. cum *Balf. Peruv.* ʒij. *Ol. destill. menth. cinam. ana gut. iij.* ad umbilicum & pubem plurimùm valet. Filum quo mus domesticus trajectione ope acui necatus atrophiam ex ischiadico dolore tollit.

9. *Sevum Cervinum* Tabellionibus Peditibusque magis quadrat. Id etiam liquatum cum pauco *butyr.* & *cochleari Spir. vini* & *ol. oliv.* vel *amygd. dulc.* coctumque fissuras mammillarum præcavet & sanat.

10. *Sapo.* Perfricata hoc linteola vel Spir. vini mixtus. *Oleum* ejus præstans est resolvens. ∫\ *tur per retortam* & pòst rectific. cineres cribr. prius commisceri possunt, & hoc *Oleum* antipodagric. est & doloribus art. medetur vel *per se* vel cum *linimento nervino*, cui ad paucas guttas addi potest conquassando: hoc enim virtute traumaticà & dissipante insigniter prodest: arcanum est in *fissuris papillarum* pennà illitum & ablutum *aquà rosf.* Sic & *Balsam. podagr.* seq. præbet: ℞. *Sapon. Ven. p. iv. Camphor. p. ij. Croci parum.* Incis. subtil. affund. ⁓ *lumbric.* bis rectif. solv. in loco calido, filtretur & usui servetur. ℞. *Sapon. Ven.* ℥j. *Vitell. ovor. num.* j. Temperentur cum *Spir. vini q. s. ad Catapl. in Arthrit.* cum stuppis Cannabin. Quò spectat *Ceratum* sequens in bubonibus, parotidibus, anthracibus pestiferis &c. summè proficuum: ℞. *Sapon. ven. vel nigri acrior.* ℥iiij. *ferm. acris, Terebinth. succi cepar. ass. & Cepar. in pult. coct. Chelidon. major. ad mellag. coct. Butyr. rec.* ⊖ *comm. Mell. crud. vel rof. Fulig. splend. ana* ℥ij. *Vitell. ovi num. vj. fl. chamomill. Theriac. Androm. ana* ℥j. *Croci, Camph. ana* ʒß. f. l. a. *Catapl. Terebinth. Vitell. ovi* misc. adde dein *Ther. ferm. prius probè agitata, post butyrum in quo Camphora soluta, tunc saponem, fac ut mollescant leniter cum succ. cepar. & chelid. eumq; cum melle reliqua massæ commisce, tandem* ⊖ *lem fusum seu decrepit. fulig. chamam. Croc. misc. quod si spissamentum duriusculum, butyrum addatur & tepidè adplicetur.* Nec negligendum *Emplastrum diasaponis* Tachenii ex *Ol. rof.* ℔j. *sapon. alb. rasf.* ℥ iiij. add. *Ceruss. Minii ana* ℥ iiij. coq. & agitando ad-dendo-

dendoque sub finem *Camphor.* ℥j. in *Spir. vini* sol. quod in *Tr. de Morb. Princ. p. m.* 44. non saltem in podagrâ, sed & apostematibus, tumoribus duris &c. utilissimum deprædicat. Vid. *Hippocr. Chym. Cap. IV.*

11. *Cera flava* cum *ol. olivar.* vel *sambuc.* dat *ceratum anodynum* diaphoreticum.

12. *Sperma Ceti* efficax intus & extus, uti & *Emplastrum.* Intus in pulvere nephritico leniente & resolvente *Excell. Wedelii*: ℞. *Sperm. cet. Lap.* ♋ *ana* ℈j. ⊖ △. *succ. gran. iij.* M. qui tingi potest ♁ *nativ.* Valet etiam in *asthmat.* grumis sanguinis, addi potest *Laudan.* Huc spectat *Oleum* seq. *sanctum* dictum, quod fertur juxta ☽æ motum crescere & decrescere: ℞. *Sang. hircin.* 24. *vel* 30. *ann.* ℔iij. *sperm. ceti med. ossis bovis ana* ℔j. M. destilla in alembico lutato, & prodibit Aqua alba, pallida, flava, rubra & parum spissa. *Exterius* pro affectibus mammarum utiliter adplicatur *Emplastrum de sperm. ceti* cum parte tertiâ *diachyl. simpl.*

ARTICULUS III.

De Resolventibus Nervinis, &c. Mineralibus.

1. SUCCINUM VULGARE polychrestum, flavum, pellucidum, constans particulis ⦶nis △bus alcalicis per ♀ acidulum nonnihil fixatis. De ejus natalibus vid. quoque *Gassendum in vitâ Peireskii.*

a. *Pulvis simplex* solâ triturâ super lapidem porphyritem præparatus, ingrediens *Auctoris* Pulv. antepilept. anod. ℞. *Pulv. bezoard. alb. Auct. Succin. alb. præpar. Cinnab. nat. ana part. æqual.* misc. F. Pulv. *Dos. Adultis* ℨß. *Infantibus* anniculis *gran. iv, v, vj.* interpositis ⏜ C. C. ✳ *urinos.* (qualis etiam *Succinatus* habebitur: ℞. ⊖ ✳*ci, Ras. succin. ana* ℔ß. *Calc. viv.* ℔j. *vel* ℔iß. Mixta invicem imbuantur *Spir. vini simpl. q. s.* & destillatur ex Cucurbitâ capaci in arenâ △ne mediocri, tunc ⏜us oleosus prodibit ⏜ ✳*ci succinatus* dictus, utilissimus in *affectibus nervinis* ex acido acri & viscido) *Ess. succin. camph. castor. Tinct. corallior.* ♃ii *&c.* Ligantibus item ex *Opio.* Ut hic habeatur *anodynus*: ℞. *Pulv. bezoard. alb.* ℨvj. *Succin. alb. præparat.* ʒiij. *Cinnab. nat.* ℈iiij. *Laud. opiat.* ℈j. M. f. Pulv. *Dos. Trimestri* ad *gr. j.* etiam cum aliis præcipitantibus citra Corallia in febribus; *Adultis* gr. iij. cum *pulv. epilept.* Confert torminibus, diarrhœis, vomitibus, lactentibus &c.

b. *Tinctura* cum *Spir. vini* ♀*sato,* (Vid. *Miscell. Dec. I. Ann IX obs.* 36.) vel aliàs rectificatissimo parata, *Oleis* aromaticis, aliisque *Tincturis* miscenda, unde *Elixir uterinum* potest componi è *Tinct. succin. castor. camph.* Optimum etiam est *nephriticum, cephalicum* &c.

c. *Ol. succini* per se destillatum.

d. *Balsamus* ex oleo cum *ol. nucist. expr.*

e. ⊖ *volatile* in renitentioribus Ischuriis infidum nec adeò est præsens. Vid. *Regn. Miner. Sect. IV. Part. II. Cap.* 3.

2. *Petroleum* penetrans est naturæ genimen, ad perniones maximè conducens & alia. Vid. *Tachen. Hipp. Chym. p. m.* 401.

3. *Arsenicum* pro conficiendo *magnete arsenicali* (de quo in *Regn. Miner.*) desideratur.

SECTIO VI.

DE HYPNOTICIS, ANODYNIS, EPICERASTICIS.

I. VEGETABILIBUS

1. OPIUM Infantum, Gravidarum, Puerperarum, exhaustorum, Senum, item Phthisicorum, Epilepticorum, aliorumque ferinâ tussi, defluxionibus, hæmorrhagiis, profluviis, superpurgationibus, colliquationibus, humorum diversis effervescentiis, vagis fixisque doloribus &c. penè enectorum solamen est quandoque unicum & præstantissimum.

a. *Crudum* necessitatis tempore competenti subjecto, morbo, tempore, justâque dosi securè quoque datur. *Simplex* etiam crudi in *Spir. vini solutio* innocens est; attamen ⊖le ♀ri optimè corrigitur, dum ejus lentor inciditur, ramis lateralibus orbatur, ⊖lesque △les sanguinis tam promptè involvere nequit, ut fit cum Spir. vini simplici præparatione; transit præterea sic facilius cerebri meatus & facilius cum sanguine circulatur, ad quod facit si sæpius coletur; tollitur & sic ⊖is acrimonia, ne convulsiones sequantur, ac etiam ⊖le hoc excretiones non sistuntur facilè.

b. *Extractum* cum ♈ paratum, *internos* in usus tutissimum Auct. est, imò *Laudani* cujuscunq; loco: Si verò acidum desideraretur nullo negotio -∧-ûs ⊕li ʒj. præterpropter pro singulis Opii ℥j. Spir. vini ante extractionem instillari potest. Elegans *Ess. Opii Langel.* ℞. *Opii Theb.* in partic. concis. ℔j. Affund. *Succ. cydon.* benè mat. rec. ℔x. ⊖ ♀*ri puri & sicciss.* ℥j. in cucurb. humil. deinde expone leni calori per diem 1. vel 2. usque dum bullulæ quædam appareant signa fermentationis, tunc adde ad illam promovendam

movendam *Sacch. subt. pulv.* ℥iv. porroque eum caloris gradum observa, quem fermentatio requirit & sic satis quoq; ea procedet, videbisque opium evidenter attolli & resolvi per minima; cave verò à ♀ *narcot.* graveolenti, quod tunc solet exspirare: Videbis tum quoque partem impuri volatilis spumosi superiora petere, partem verò magis terrestrem in fundo cucurbitæ residere, tandem *in medio* consistet purior pars, *liquor sc. rubicundus* rubini instar pellucidus, quem cautè separabis, filtrabis & debitâ destillatione ad mellaginem inspissabis; hanc denuo Spir. vini alkalisato dissolvas, filtres, perque mensem digeras, ut quicquid adhuc crudi inest cœlesti illi igni maturetur & perfectionetur. Spiritu ad justam consistentiam abstracto experiere. *Laudanum* Auctoris *Opiatum* sequens aliorum loco erit: ℞. *Extr. opii p. ij. Croci, Cinnab. nat. vel Corallor. præparat. ana p. j.* M. *Pilulæ* si expetantur convenientiorum *oleorum, Tincturarum, essentiarum* illitu vel interpositione facilè habentur. *Langelottus Laudanum* suum *opiatum* ita parat: ℞. *Extr. opii* ex inspiss. adhuc liquid. ℥j. *Croci opt. pulverif.* ʒiß. *Castor. minut. triti* ℈ ij. M. & sensim evapora, donec commodè massa in Pilul. formari possit. *Dos. à gr. j. ad ij. Pulveris forma* elegantissima seq. erit: ℞. *Laudan. opiat. prædict. p. j. Corallor. rubr. præpar. p. ij.* F. Pulv. Vel ℞. *Extr. opii p. j. Sang. dracon. ver. Santal. rubr. ana p. ij. Corallor. rubr. præpar. p. iij.* F. Pulv. Observ. ut utrobique in *gr. iij.* Laudani *gr. j.* contineatur. Hic *pulvis* specificis epilepticis, ubi opus est, nephriticis etiam facile ulterius accommodatur. *Pulv. anod. confort. D. Michaëlis* fit ex *Mag. cord.* ejusd. ʒvj. *Laud. op* ʒj. Dos. pro adult. ℈j. *Pulv. anodyn. Scaphus.* sequens elegans est: ℞. *Corallor. rubr. præpar.* ʒ ij. *Sang. dracon. ver. Unicorn. fossil. ana* ʒß. *Essent. opii Langell.* ʒj. misc. F. Pulv. Not. Gr. iij. continent quoq; gr. j. Opii. *Trochisci narcotici Plateri* ita fiunt: ℞. *Opii Theb.* ʒij. *Vini opt.* ℥iij. solv. filtr. add. *Sacchar.* ℥ij. *Pulv. alexipharm.* ʒiij. *cinam.* ʒj. cum *aq. rof.* F. *Trochisc.* secum gestandi, quibus *Platerus*, ut de ipso audivisse *Rolfincium* refert *Wedelius*, rotâ confractum in vitâ servare posse dixerat, prout & *Sylvius* dicere solitus, se malle non esse Practicum quàm opio carere.

c. *Electuarii* vel *Boli formâ* si placeat, *Conservâ rosar. rob domestico* facilè etiam subigatur.

d. *Liquor anodynus* sic paretur: ℞. *Opii* per divaporationem in graveolentiâ suâ prius mitificat. ac corr. *p. j. Aqua Auctor. apoplect.* vel *Sp. vini, Spir. ⊕li rorid.* vel *philos. ana p. iiij.* stent per aliquot dies digerendo, ac pòst filtrentur; sic habetur *Tinctura* elegans, quæ in malignatum complurium principiis, vomitibus ac diarrhœis complicatis aliisque affectibus, ordinariis remediis ad *gut. vj vij.* sociata; *per se* verò in rheumatismo, Vomitu, Nephritide, Diarrhœis, ad *gutt. x, xij, xviij.* noctu data plus præstat quàm integra remediorum vulgo opponendorum phalanx, uti & in *Regn. Veget. C. 47.*

dictum.

dictum. Sic quoque *Tinctura anodyna Excell. Wedelii* fit cum *phlegmate aceti dest.* vel *aquâ ab arcan.* ♀*ri resid.* solutione, hinc abstractione ad mellaginem & extract. cum *Spiritu vini.* Quòd si Spir. vini ⊖*le* ♀*ri* △sato impraegnatus Opium solvat, emergit *Tinctura rubini* instar ut supra : *Willis* hinc pro menstruo quoque habet *Tincturam Tartari rubicundam,* quâ scil. itidem spiritus opii tenebrosus fixior fit & particulis lucidis igneis impraegnatur, ut unà cum iis non tam obnubilet obscuretque lucem primigeniam microcosmicam quàm potiùs blandè tutò citoq; mulceat sopiatque nimiâ luciditate volatili effrenem Archaeum placetque. Vid. *Exc. Hanneman. Meth. cogn. Veg. p.* 130. *Ettmyllerus* in morbis chronicis extollit opium ⊖le ♀ri praeparatum, in acutis verò cum acet. destill. quò verò exhinc catholicum magis obtineatur, ita parari suadet : ℞. *Opii,* ⊖ ♀*ri ana q.v. Aq. font.* irrorentur ad pultis consist. digerant. blando calore affund. successivè acet. destill. sic fiet fermentatio, hinc rursus digerantur, filtrentur & phlegmatis exhalatione inspissentur, hinc cum Spir. vini per se rectific. extrahantur ad essent. fluid. vel extr. spissioris consistent. Vid. de *Praecip. usu & abus. p.* 90. Huc etiam spectat *Elixir anodynum Excellentiss. D. Screta* : ℞. *Essent. opii Langel.* ℥*j. Spir. vini* ♀*sat.* ℥*iiij.* Misc. bene, soluta filtrentur. *Dos. gut. j, ij, iij. ad viij.* item *Laudanum Helmontianum* Boyleo communicatum, quando scilicet *opii* ℥*iiij.* in *succi cydoniorum* ℔ *iv.* soluti additur *Cinam. opt. Caryophyll. nuc. myrist. ana* ℥*j. vel* ℥*iß.* & filtrato postea liquori etiam additur *Croci opt. pulv.* ℥ *ij. vel iij.* vel *extracti* ℥ß. formando Pilulas. *Dosis à gran. j. ad iv.* vel si liquidium sit *gut. v, vj, ad x.*

2. *Hyoscyamus* Topicis nonnullis non inconsultè destinabitur, est enim anodynum, molliens ac resolvens insigne.

a. *Oleum è semine expressum* ac cum papaverinis mixtum praestantissimum est anodynum. Inde enim fit *Ol. polychrest. Excell. Wedelii* : ℞. *Ol. hyoscyam. expr.* ℨj. *vel* ℨij. ♌. *anis. foenic. carui, succin. cera, juniper. caryophyll. ana gut. iij.* M. ad varios dolores ventriculi, scrobiculo inunctum cum *ol. nuc. mosch.* umbilico item in *colicâ, torminibus & dysent. aff. hypochondr.* in eorum dolore scil. cum *ol. Tartari foetid. gt. vj ad* ℨ*ij.* In *Nephritide* item cum *ol. scorp.* imposito maximè desuper *sacculo paregorico* à *flor. chamom. furfur.* ⊖*le sem. carui, lini, &c. herb. menth. meliss.* interpassato & calefacto prius. Ex eo fit quoque *Balsamus hypnoticus*: ℞. *Ol. sem. hyosc.* ℥ß. *expr. nucist. q. s.* M.

b. *Unguentum è floridis summitatibus* cum butyro frixis, populei vires sufficienter aequat. Vid. *Regn. Veget. Cap. XL.*

c. *Emplastrum* viride supra propositum.

3. *Papaveris albi* aut *nigri capitum immaturiorum Extractum* eligatur, prae *Syrupis, Looch* & aliis officinalibus, maximè si praedicta opiata usurpentur. Ex *erratico* verò etiam solum *extractum è floribus* in V.B. ritè paratum & sac-

& saccharatum (omissâ conservâ etiam) in usum vocandum vel priori commiscendum, ut habeatur *compositum* suâ vi placante, figente, ligante se commendans. Elegans tamen quoque sequens Syrupus ad imitationem *Diacodii Montani*, ad tussim & catarrhos noctu 2. vel 3. cochlearia sumendo: ℞. *Cap. papav. alb. num. xx. Siliqu. Liquirit. ana* ℥ *ij.* Coq. in tribus Mens. Aquæ ad quart. part. consumpt. exprim. clarif. add. *Sacchar.* ℔j. F. Syrup. *Aqua destillata* ex nigro quod in *floribus papav. rhœad.* reperitur, quæ acriuscula est, ut singulare remedium habetur *Apoplecticum* intus & extus vertici si illinatur. Huc spectat *Emplastr. anodynum* seq. in Torminibus Infantum: ℞. *Opii, Myrrh. Cast. Croc. ana* ʒij. *Syr. papaver. alb. q. s.* add. *Mithridat. opt.* ʒiij. *Terebinth.* in aq. anis. par. coct. ℥j. M. F. Cerat.

4. *Passularum majorum* vel *minorum Essentia melliformis* in V. B. parata, adjectâ Caricarum parte, vulgari passularum melli acceptior est. Ex uvis passis contusis cum succo pomorum Bosdorf. fit optimum *vinum artific.* pro hypochondr. & melanch. insigniter enim salia corrosiva attemperat, velut hinc utilissimè Vina medicata sanguinem purificantia ingreditur, v. g. ℞. *Rad. lapath. hort. seu rhab. Mon.* ℥j. *helen. vel bryon. vel gram.* ℥ß. *herb. scabios. fumar. veron. ana* M. j. *sem. fœnic.* ʒj. *Passul. maj. vel min. Fol. senn. s. s. ana* ℥j. *Helleb. nigr.* ʒij. *vel Rhabarb.* ℥ß. *Cort. Winter. vel Cinam.* ⊖ ♀ri, *Ocul. cancr. cont. ana* ʒj. Incis. cont. insuantur nodulo seric. affund. Mens. 2. Vini alb. vet. Vel ℞. *Passul. min.* ℥iij. *Ras. Lign. Sti. Rad. Chin. opt. ana* ℥j. *Lign. lentisc. rasp. santal. rasp. ana* ʒij. *Liquir. Acor. aquat. ana* ʒiß. *Iva arthrit.* Mß. *Fol. Senn. m.* ℥ iiß. *Prunor. Ung. n. xij. Cartham. cont.* ℥j. *Sem. Fœnic.* ʒj. *Cinam.* ℈ij. ⊖ ♀ri ʒß. *Macis* ℈iv. M. Usus pro hypochondriacis, arthriticis &c.

5. *Glycirrhiza* polychresta, *rad. extractum* melliforme & saccharatum pectorale est insigne, ut & *Liquiritia cocta* seq. ℞. *Pulv. liquir.* ℥iiß. *spec. diapr. simpl.* ʒvj *Croci or.* ℈j. *Tragac.* ʒij. *Sacch. alb.* ℔j. cum *aq. rosar.* F. Balani. Ex eâ quoq; fit *Pulvis erysipelatodes* præstans seq. ℞. *Ceruss. p.* ij. *vel* iij. *Myrrhæ p.* j. *Far. domest. cochl. aliquot, Glycirrhiz. pulv. q. s.* M. Vel fit seq. *D. Michaëlis:* ℞. *Pulv. fl. Samb.* ℥ ß. *rosar.* ʒvj. *Farin. volat.* ℥ß. *Cret. albiss.* ℥iij. *Mastich. Oliban. Ceruss. ana* ʒj. *vel* ij. M. F. Pulvis. Huc & spectat insigne attemperans & epicerasticum *Ung. de glycirrhizâ*, in *scabie* aliis que asperitatibus cutis utilissimum, v. g. in *scabie siccâ*, purgato prius corpore Confectione hamech: ℞. *Ung. de glycirrh.* ℥ij. *ol. bacc. laur.* ℥j. ♀ *commun. bacc. laur. ana* ℥ß. *ol.* ♀ri *per deliq.* ʒij. M.

6. *Saccharata* non semper Infantibus, Spleneticis, Hystericis, Dysentericis, Epilepticis tuta, de quo & in *Regno Veget.* Sic tamen *Aquâ simpl.* in *Syrupalem* consistentiam solutum, ex tempore liquidis præcipuè addi potest, velut & facilè in Electuarii consistentiam abit, verb. gr. pro colliquamento bilioso in primis viis incidendo: ℞. *Sacchar. finiss. puriss. q. s.* ~~*us* ⊖*lis*

q. s. misce in formam Electuar. add. *ol. caryophyll. & cort. aurantior. ana q. s.* ad gratiam.

7. *Amygdalæ dulces* nobis sint pistachiorum loco. Ex iis fit *Confectio Imperatoris*: ℞. *Amygd. dulc. exc.* ℥ij. *Cort. citri rec. vel condit.* ℥ß. *Conf. alkerm.* ʒj. *spec. Imperat.* ℥j. *sacch. alb. aq. ros. sol.* ℔j. addi potest parum *aq. cinam.* F. Conf. in *Rotul.* Ex Pistachiis verò *Confectio confortans pretiosa* seq. ℞. *Nucl. pineor. rec. pistach. exc. ana* ℥ß. Macer. *in* ~~*u rosar.* per hor. 2. dein ℞. *Cond. nuc. Ind. concis.* ʒvj. *cort. citri* ʒiij. *Conf. alkerm.* ʒj. *sacchar. albiss.* in *aq. rosar. & cinam.* sol. ℔ß. add. *Ol. caryophyll. gut. v. cinam. optim. gut. iij.* misc. F. Conf. in Morf. vel Rotulis. *Oleum amygdalarum polychrestum* est, & *resumptivi Fern.* anodyni &c. levi *pinguedinis* accessu inter præsentiora Topica promissiones æquat. Sic & ℞. *Ol. amygd.* ℥vj. *aneth. chamomill. ana* ℥iß. *lilior. albor.* ℥j. *ping. anat. gallin. Cer. ana* ℥ij. M. F. Unguent. ℞. *hujus Ung. anodyn.* ʒiij. *Spir. theriac. camph.* ʒß. *Extr. opii* ℈j. *ol. camphor.* ℈ij. misc. Utile in podagra. In hoc *Oleo amygd.* quoque *omentum vervecis* madefactum egregium est topicum anodynum.

8. *Cucumerum* ac *Cucurbitarum semen* præ rancido è Citrullis & Melonibus, pro *Emulsionibus* parandis eligendum. *Nitrum* Emulsionum condimentum est. Vid. infra de *Præscript. Formul.*

9. *Tragacantha alba* Gummi arabico præsentior, emplasticum est insigne, intus cum *Corall. rubr. C. C. phil. prepar.* in Dysenteriâ & extus cum *aq. fragar.* & *lap. calaminar* in linimentum pro hæmorrhoidibus nimis fluentibus redactum. Internè etiam Tragacantha optimè valet in *hæmorrhagiis*, verb gr. ℞. ⊖ *prunell.* ℈ß. *Tragac. gr xv. Camph. gran. iij, iv. Laudan. opiat. gran.* j. M. In Dysenteriâ taliter: ℞. *Tragacanth. Gumm. arab. ana* ʒij. *Terr. sigill. Turc.* ʒiß. *C. C. phil. praparat.* ʒij *corallor. rubr. praparat.* ℈ij. *Nuc. mosch.* ℈j. M. F. Pulv. cum oryzâ in lacte coctâ dandus ad ʒß. ʒj. Præprimis etiam viscosum hoc subjectum in Chirurgicis utilissimum, verb. g glutinum seq. loco futurarum *Fabritii Hildani*: ℞. *Far. volat.* ℥j. *gumm. tragac. mastich. thur. sang. drac. ros. rubr. ana* ʒij cum *album. ovi*, F. Empl.

10. *Violarum Essentia melliformis* ex floribus cum ipsis epicerasticis Alabastris recentibus vel ritè siccatis debitè parata in V. B. saccharoque paulò liberaliùs condita efficacior est Syrupo melle violato &c. *Tinctur. viol.* optimè fit cum *rore majali* affuso floribus rec. siccatis & optimè refrigerat.

11. *Linctus* aut *Mixtura* quædam leniens, temperans, incrassans ex suprapositis pectoralibus aut vulnerariis extractis cum *aquâ fl. acaciæ* ex tempore tantùm paratur, verb. gr. ℞. *Ol. amygd. dulc.* ℥iß. *Essent. violar.* ℥j. *Syr. papav. rhœad. alb. ana* ʒij. *Aq. scabios.* ℥j. M.

12. *Morsuli pectorales* parentur ex *Iride, Extr.* vel *succ. liquirit.* cum *Tragacanthâ* & *Sacchar*o. Sic fiunt Rotulæ pectorales seq. ℞. *Spec. diair. simpl* ʒj. *diatragac.*

diatragac. fr. ℈ij. *Fl.* ♀ ʒß. *Conf. alkerm.* ℈ij. *Sacchar. albiss. aq veron. fol.* ℥iij. F. *Conf. in Rotul.* Huc refer pretiosiores *Tabellas Principum pectorales Argentor.* ℞. *Liquir. ras.* ℈iv. *Ireos Fl. cinam. ana* ℈ij. & ℈ij. Coq. in duplici vase ad tertias in *aq. fænic.* ℥iv. *scabios. rosar. pall. ana* ℥iij in Col. solv. *Sacchar.* ℔j. in fine adde *Pulv. cinamom.* ℈v. *Iridu Fl.* ℈ij. ℈j. *Tragac. alb* ℈iv. *Margar. præpar.* ℈j. *Fol. auri num.* 16. F. Conf. in Rotul. ℞. *Spec. diatrag. fr.* ʒiß. *Sem. hyosc. alb.* ℈j. *Sacch. penid.* ℥j. *Opii vin. corr. gr.* vj. *Tragac. aq rof. fol. q. f.* F. Trochisci ad tussim sedandam. Vid. infra de *Præscript. Formular.*

13. *Malva* trivialis, anodyna, molliens ac leniens est, *arborescens* verò ad faucium tumores laudatur, v. gr. ℞. *Flor. malv. arbor. ligustr. rosar. rubr. ana* P. i. ß. *fol. plantag. brunell ana* P. j. Coq in *Aq. font.* ℥xij. ad remanent. ℥viij. Colat. add. *Mell. rosac. Syr. viol. ana* ℥ß. *Nitr. præpar.* ʒß. M. post lingatur seorsim *Syr. violar.* & *mel rosac.* In aliis *gutturis affectibus*; ℞. *Passul. min.* ℥j. *fol. & fl. aquileg. malv. arb. ana* P. ij. *fung. sambuc. num.* x. Coq. in *aq. font.* In Colat. ℔j solv. *Mell. rosac.* ℥iß. F. Gargar.

14. *Liliorum alborum oleum* s. paratur è floribus recentibus infusis levi solùm aut nullâ insolatione, & si eadem operâ *fl. viol. rosar. sambuc. chamomill. verbasc. hyoscyami* infundantur, vascula sic non multiplicabuntur & habebitur simul *Oleum 7. florum*, omnibus indicationibus sufficientissimum. Aliàs *Bulbi liliorum alb.* sub cineribus cocti, additâ *ping. porc. oviq. vitello* tumores suppurant ut & *Cataplasm.* ex *malva fol. rad. alth. & cochl. cum testu* coct. & contus. add. *ping. porc.* *Empl.* verò *de mucilaginibus* in materia pertinaci prodest, ut & *nodis* & *scrophulis* cautè tamen. *Aq. lilior. alb.* cum Spir. vini optima est ad faciei pustulas.

15. *Lini semen* vel magma residuum ex oleo expresso, loco fœnugræci nobis erit. ℞. *Ol. lini. Mell. crud. Lact. capr. ana* ℔ß. Misc. stent ad △ donec calefiant, & demum intingatur pannus cœruleus, qui parti dolenti calidè applicetur. Usus etiam in obstructionibus & scirrho hepatis & lienis.

16. *Unguentum hyoscyami* tantùm è floribus hyosc. cum butyro frixis paratum, loco erit *Ung. alth.* aliarumque pixidum; similiter si Unguentum è malvâ factum huic admisceatur *Emplast. diachyl.* non indigebis.

17. *Oleum olivarum* non lavandum nec philosophicè ♌ dum, quia *Ol. tereb. junip. Saponis* in tales usus nobis sufficiunt. Fumo olei olivarum carbonibus eo injecto ascendente vulnus digito aut alibi inflictum parfumant, aliudque linteum eodem fumo persusum applicant, sicque intra 24 horas vulnus sanant. *Mad. Fouquet Recueil des Receptes Part. I. p.* 61. Quid valeat *internè* datum ad educendas sordes in primis viis, alibi dictum.

II. ANIMALIBUS

1. *-ᴖ-us* ▭*a* vel ✱ *ur.* sine febre furores & inquietudines interdum felicius sopit, quàm Opiata. Vid. *Glauber. Furn. Phil. Part. II. p.* 128. & *Regn.*

Miner. Sect. IV. Part. III. Cap. ult. Mirabile verò quòd ex ⊡ etiam habeatur Phoſphorus ille notiſſimus, verb. gr. Kunckelii ſeq. ℞. ⊡ *pueri q. ſ.* putrefiat in dolio, coq. ad reſident. craſſæ nigr. materiæ, cujus ℞. ℔j. *Ol.* ☿*ri fœtid. C. C. ana* ℥iij. *vel iv.* vel in horum defectu *Ceræ citr.* ℥vj. *Arenæ craſſ.* ℔iij. M. & deſtillentur ex retorta 🜄 per gradus △e fortiſſimè augendo per horas 4. ſic prodit ⊖ △*le* & *oleum* & *phoſphorus* ſe ſupra in recipiente ſublimabit formâ ceræ citrinæ: linque recipientem per noctem ut refrigeretur, poſt lava eo liquore phoſphorum flavum & omnia commiſce, deſtillaque per retortam vitr. & reperies grana phoſphori in recipiente, quæ collige & in aquâ conſerva, cavendo in omnibus ne vitra rumpuntur.

2. *Mel* quodvis bonæ notæ conſuetâ colaturâ depuretur & denuo ad conſiſtentiam concoquatur. Eſt autem *Mel* ſuccus roſcidus quem ex floribus hinc inde apes exugunt cum ſubtiliori & volatiliori roris ſubſtantiâ: ex eo ſic fit Hydromel: ℞. *Mel opt. Menſ. ij. Aq. pluvial. Menſ.* xviij. Coq. ad conſumpt. mediet. deſpumetur ad reman. menſur. x, colentur, efferveſcat in ☉le vel loco calido per 40. dies. Pariter verò *Tinctura mellis* mel eſt Spir. vini diſſolutum.

3. *Limacum liquor* extus pro levi Podagricorum levamine valet, ut & intus ad *Tuſſim* haud ſiſtendam Puerorum ad *gutt.* x, xij. in *Cereviſ. cal. ſacch. Aqua Limacum Rulandi* inde ſic fit: ℞. *Limac. nigr.* qui ſunt in hortis ſine teſtis, contund. cum ⊖*le* & inde deſtilla aquam limacum, quæ per ſe applicari poteſt in maximis doloribus arthriticis. Hinc namq; fit *Aqua antipodagric. Rulandi*: ℞. *Flor. chamom. verbaſc. Ivæ arthritic. ana* ℥j. *Aq. ferrar.* ℔ij. bulliant poſtea infuſa prius debitè per quadr. diei. Colat. adde *Aqu. fort. mortif.* (quam Aurifabri poſt ſolut. rejiciunt) ℔ ij. bulliant rurſus in Baln. Mariæ, add. *ſpirit.* ⦶*li* ℥ß. (melius ⊖ ⦶li) *Aq. limat. prædict.* ℔iß. miſc. adhibeatur calidè linteis intinctis & poſtea expreſſis.

SECTIO

SECTIO VII.

DE ROBORANTIBUS, TEMPERATIS, ANALEPTICIS, REFRIGERANTIBUS &c.

ARTICULUS I.

De Roborantibus, Temperatis Vegetabilibus.

1. C*erasorum acidorum succus* cum propriis nucleis alteratus, ut & *succo ribium* subquadruplo, *berberum* suboctuplo; postque spontaneam residentiam in V. B. ad tertias exhalatus perdiu durabilis est & *Syrupis* præstantior, dilutuque cum aliis, dulcoratuque facilis. Sic & elegantissimus *Syr.* seq. ℞. *Succ. ceras. matur.* ℔ iij. *borrag. bugloss. ana* ℔ j. in quibus macer. *flor. tunic rubr.* donec odorem adipisc. f. cum sacchari ℔ iij. syrupus aromatisand. *lign. aloës odor.* ʒ iß. *fl. stæchad.* ℈ j. in nodulo suspensis. *Cerasa* quoq; inde *acida sicca* hordeatis adjecta, vel per se vel cum *passulis* cocta æstuantibus maximè salubria sunt, conditisque parabiliora.

2. *Cydoniorum succus* ad quartas parili modò exhalatus in frigidiori loco sat diu asservatur, aliàs verò cum Saccharo in *Syrupalem* consistentiam redigendus. Inde fit *Electuar. dyacydon. lucidum*: ℞. *Cydonior. à lanâ & aliis impurit. purgat. confract. non cultro disciss.* ℔ ij. Coq. in *Aqu. fontana* ℔ iiij. ad ℔ ij. post leniter exprim. & add. *Sacchar. alb.* ℔ j. Coq. donec non amplius orbi adhæreat; indatur in modos aquâ madefactos. Externè tale applicandum in *Dysenteriâ* ita: ℞. *Diacydon. mellit.* ℥ xvj. Coq. in *Vino rubr.* in pultem, add. *Mastich. sel.* ℥ j. *fol. menth. crisp.* ℥ ß. *fl. ros. rubr. Balaust. Myrrh. ana* ʒ ij. *Nuc. mosch. num.* ij. *hæmat. vel rubr. fabr.* ℥ iij. vel etiam si maligna sit *Theriac.* ℥ j. F. l. a. *Catapl.*

3. *Citri aciditas* corticibus alterata ac part. æqual. sacchari in *syrup.* condita, & si lubet ⏜u ⊕li intensa, vulgari syr. acetosit. citri &c. præsentior est. Aqua cinamomi cum succo citri lignosum acquirit gustum. Cui verò lubet, ille parare poterit *Syr. de toto citro Prævotii* seq. modo: ℞. *Mali Citrii bene mat. & succulenti cum acido & seminibus radulâ triti* ℔ j. *Rad. scorzon.* ʒ j *Fol. Scord. Cret.* P. j. *sem. carduiben.* ʒ iij. *succ. acetos. destill. pomor. redol. destill. ana*

 ℔ ij.

℔ ij. *spir.* 🜔*li rectif.* ℥ij. F. omnium infusio (incisis prius radicibus & foliis, seminibus contusis) in vitreo vase bene clauso per 60. horas; tum factâ unâ aut alterâ ebullitione fortiter exprimatur; Colatura sensim depuretur calore Balnei; infundendo quotidie novos flores Citri aut aurant. donec optimè depurata sit, nihilque amplius subsideat. Tum adde *Sacchar. opt.* ℔ ij. & superimposito alembico vitreo, coquatur lento igne, donec dimidium liquoris extillârit; remanebit Syrupus in fundo, qui dilui potest, aqua propria destillatâ seorsim servanda; Fiet efficacior si inter coquendum iuspergatur *specier. diahyacinth. vel latif. Gal.* ʒij. *vel* ʒiij. Confert mirificè affectibus cordis ac inprimis *febribus malignis* cujusque generis, cùm in activis qualitatibus sit temperatus; calorem enim nativum fovet, spiritus reficit, *venenis* adversatur, *vermes* necat. *Datur ab* ℥ß. *ad* ℥ij. vel solus dimidiâ horâ ante pastum, vel mixtus jusculis alteratis aut aquis appropriatis.

4. *Mori succus* ad tertias exhalatus simpliciter, ut & *Rubi idæi succus* spontaneus ad *syrup* consistent. redactus, *per se* vel *superiori* è *Cerasis Essentiâ composita* pro lubitu commistus servari potest. Huc spectat elegans resumptivum pro reconvalescentibus seq. ℞. *Poma matura optima*, seca in orbiculos, asperge *sacchare*, dispon. in olla vitreatâ super baculum, pone in locum humidum ad solutionem sacchari, ad hujus ℥j. adde *aq. rosar. Spirit. vini* tantundem & *ol. cinam. caryophyll.* aliquot guttas, sumantur per cochl.

5. ROSA quævis fragrans intentionibus suis satisfacit, modo pro *Ophtalmicis* rosæ non nimis fermentatæ, vel majori Spir. vini ard. quantitate ante destillationem humectatæ fuerint. Sic *Flavedo* in medio pulverisata insufflata prolapsui uvulæ confert, ut *pulvis cort. virid. nucum.*

a. *Oleum* substituendum *ol. lign. rhodini*. Est autem *Ol ros.* insigne anodynum inprimis & in *fissuris* papillarum summè dolorificis si *rad. pimpinell. min.* infusa fuerit, quo in casu & valet *Ol. hyper. Ax. canis* & *Pileolus plumbeus* in apice foraminibus plurimis pervius: item *Ol. ceræ, ol. amygd. dulc. Ung. nutr. diapomph.* Sic & *Ol. rosar.* cum *vino* bullitum, applicatâ post hinc *cerâ nova fl.* emollitâ in *aq. ferv.* contusiones lenit.

b. *Conserva* è *rubris* communiter parabitur, & usûs tempore [illegible] 🜔*li* convenienter alterabitur.

c. *Essentia melliformis* è rubrarum albidarumque infuso clarificato per V.B. conquiritur & saccharatur, & si lubet *caryophyllorum hort. floribus* alteratur, *oleosa Citri essentiæ* haud difficulter confundenda; Ita reverà profuso de *rosis rubeis Syrupo*, ipsique Essentiæ chermes & *Confect. alkermes* præsentior est, quatenus ut *Auctor* alibi docet, ad hanc grana vermiculis auriculæ muris vel polygono adnata usurpantur; Verùm nihilominus hodie copiosè à *Monspeliensibus* & *Lugdunensibus* paratur, ceu & ex ea fit *Pulv. analept. Exc. Wedelii*: ℞. *C. C. philos. Conf. alkerm. c. ana* ʒj. misc. & sicc. Egregiè confortat

confortat cor. cuspid. cultri quant. sumptus. Huc refer *Confect. confortantem* seq. ℞. *Nucl. pineor. rec. pistac. excort ana* ℥ß. Macer. in 🜈*u rosar.* per 2. hor. dein ℞. *Cond. nuc. Ind concis.* ℥vj *cort. citri* ℥iij. *Conf. alkerm.* ʒj. *Sacchar. alb.* in *aq. ros. & cinam.* sol. ℔ß. add. *Ol. caryophyll. gut.* v. *cinamom. opt. gut.* iij. F. *Conf. in Rotul.* vel *Morsul.*

d. *Pulvis* pro potatoribus hepaticus, confortans: ℞. *Flor. rosar. rubr.* ʒij. *Corallor. rubr. præpar.* ʒj. *Santal. rubr.* ℈iij. M. F. Pulvis *ess. berberum* aut ⊕*licis* moderatè saturandus. Ex hoc fieri potest *Tragea* (loco *spec. diarrhod. Abb.*) vel *Trochisci*: ℞. *Succ. ribium, Crem. Tartar. Cryst. acetos. Sacch. cand. alb. aa.* Cum *gumm. tragac.* F. *Trochisci*: item ℞. *Nitr. perl.* ʒij. *Sant. rubr.* ℈ij. *pulv. flor. ros. rubr.* ℈j. *Corall. rubr. gran. xv. rot. de succ. berber.* ℥ß. cum mucil. *gumm. tragac.* ex *aq. rosar.* vel *succ. citri*, F. *Rotul.* Sec. Auctorem loco vulgarium Tragearum, morsulorum hepaticorum &c. præstantiora sunt *Liquida* è *rosis, bellide,* ♂*te, coralliis* &c. item è ⦶*tro* ⊕*lato, Clysso &c.*

6. *Echii extractum* è floribus melliforme borraginis fl. succis facilè substituendum.

7. *Santalum rubrum* in phthisicis dispositionibus ac hæmoptoicis pro salsugine sanguinis & seri corrigendâ, eligendum. Habetur *Tinctura Santali rubri* affus. 🜈*u* ⊕*li*, qualis tingit *lap. prunell.* ⊖ *polychr.* item *Hepat. rubr.* pro biliosis, in calore renum, optimum, ut & ad vitia ex ebrietate. Sic & fit *Confectio Peruviana* seq. ℞. *Santal. rubri crassiusc. incis.* ℥ß. *Vini alb.* ℥ *viij.* Coq ad consumpt. mediet. add. *Sp. Vini* ℥ß. ☿*ri* ʒj. post levem ebullitionem fortiter exprime & cola, In Colat. solv. *Sacch. alb.* ℥*ij. Gumm. Peruv.* ʒj. misc. F. Confect. in *Rotul.* major. addi potest *pulv. cinamom. caryophyll. ana* ℈iß. *aq. cinamom.* ʒij.

8. *Salicis extractum* è *foliis* aut potius *summitatum autumnalibus* illis *glomis* quasi balaustinis confectum *antivenereum* est. Aliàs verò *Pulvis de fungo salicis* ruffæ cum ana *sacch. cand.* mixtus ad ʒij. manè & vesperi in lacte sumptus *Phthisin* inveteratam & deploratam sanavit, teste *Sanctorio Dec. II. Ann. Misc. pag.* 310. Quia verò in ejusmodi pruritu venereo insimul adest salsuginosa M. S. dispositio continuò irritans, ad motum sanguinis & seri ferocioris refrenandum seq. usurpari potest: ℞. *Diaph.* ♃, *C. C. phil. præpar. ana* ʒij. ⊖ ♄, *Cinnab.* ♁*ii ana* ℈*ij. Campb. Nitr. præpar. ana* ℈j. misc. F. Pulv. pro 6. dosibus.

9. *Satyrii radix* non tam recens condita, quàm ardentiori 🜈u extracta seu in Essentiam melliformem saccharatam redacta ♀*rea* est insignis. Porrò

10. *Venereorum remediorum loco* erit ex solo *Fraxini Erucaq́; semine*, ut & *pipere, sinapi, cœpis, cubebis* confectum, præsentioribusque flatulentioribus analepticis pro re natâ aromatisatum. Moderatius seq est: ℞. *Fol. salv. rut. ana* ℥x. *lavend.* ℥j. *Nuc. moschat. Caryophyll. Zingib. Gran. cherm. ana* ℥ß.

pom.

pom. solan. escul. num. j. Incis. cont. infund. *Vini alb.* opt. mens.ij. stent per 4. dies quotidie semel agitentur, postea colentur vel destillentur, addito pauxillo aquæ fontanæ vel alius. Hoc in casu minimè spernendus *spiritus formicarum*, de quo *Staric. in Thes. Her.* & *Ettmüll. in Schröd. diluc.*

ARTICULUS II.

De Roborantibus, Temperatis &c. Animalibus.

1. PErlatis omnibus satisfaciunt propriæ testæ aliæque *concha, ocul.* ♋, *corall. &c.* & similia invertentia. Perlæ præparatæ in ulceribus corneæ inflantur. *Mag.* ☉*tum perlatum* fit ex *Margar. or.* ℥ß. solut. acet. dest. & ☉*fini purg.* ʒj. sol. ♌ ☽ aurei coloris, commixtis invicem & ⚹tis *ol.* ♀ *p. d.* filtr. acedulcor. *aq. ros.* tandem in Xbulo calcinat. par. Hoc modo & fit ☉ *corollatum.* Uti autem prænominata *invertentia* intus in plurimis casibus utilissima sunt, sic non minus *extus* adhibita periculosos affectus domant, sic enim ad *Synoviam* dictam inspergitur utilissimè pulvis seq. ℞. *Ostrear.* ℥j. *Cran. hum. ppt. oss. Sep. Mandib. lucii pisc. calcin. ana* ʒij. *Spodii.* 🜄 *a sigill. ana* ʒiß. M. F. Pulvis subtiliss. vulneri inspergendus.

2. *Hepar, Pulmones animalium* & similia nihil aut parùm juvant, etiam *destillata*, nisi actuali frigiditate aut accessoriorum fragrantiâ. Tale *Destillatum pro Illustriss. Principe Marchione Badensi* hoc modo ordinavit quondam *Verzascha*: ℞. *Hepar & cor cervinum cum mensurâ dimidiâ circiter sanguinis. Cort. pomor. arantior. rec. num. viij. citri recent. num. iiij. herb. cichor. scabios. borrag. hepatic. nobil. recent. ana M.* j. *majoran. M*ß. *Flor. rosar. rubr. M.* j. *pæon. M*ß. *arantior. rec. M.* ij. *citri rec. M*ß. *spec. aromat.* ℈vj. *diatrionsant. diambr. diamoschi ana* ʒj. *caryophyll.* ʒß. *cinnam.* ʒj. *macis* ʒj. Incisis & contusis affund. *Vini alb. vet.* ℔iiij. *Aq. fl. herb. betonic. scabios. cichor. ana* ℔j. *Spir. ceras. nigr.* ℔ß. stent infusa postea destill. sec. artem rostro alembici indito *ambr. gr.* ʒß. *moschi* ℈j.

3. *Ovi albumen* ad Topica extemporanea. *Gallatura* in nonnullis oculorum passionibus haud penitus rejicula. Ovum agitatum cum ol. rosar. ecchymosin levem & contusionem curat. *Ol. ovor.* fit ex *ovis rec.* coctis ad duritiem, separatur vitellum ab albumine, torrefiat vitellum lento igne ad siccitatem, post exprimatur in prelo calido; Albumen ponatur in retortam ac destillatur in recipientem amplum, juncturis bene clausis, unde post phlegma prodit oleum rubicundum & limpidum, adhæretq; collo retortæ ⊖ A. Not. quod si empyreumaticum desideretur, ubi in spumam elevatur, tum non esse exprimendum, sed ad subsidentiam & secessionem olei à par-

à partibus ▽bus arefactis adhuc igniendum. *Ol. ovor.* cum pauco Spir. vini cutem instar nitri dealbat si ☉li exponatur, habet enim præter oleaginositatem acrimoniam notabilem indicium copiositatis salis.

4. *Aqua spermatis ranarum extus* simpliciter in alterationis gradu præcellit, quia scilicet juxta *Tachen. Hipp. Chym. p.m.* 154. abundat alcali volatili occulto, cujus ratione desperatam uteri hæmorrhagiam feliciter quoque intus hujus aquæ potu sanatam novit, quatenus adpropriatam aciditatem sanguinis primò absorbet, postea inhibet & arcet; unde & antipodagricum est excellens. *Emplastro* verò *de ranis cum & sine* ☿io *Vesicatoria* substituantur vel si hæc metuantur, usurpetur prius seq. ℞. *Ung. martiat.* ℥vj. *Ol. chamom. hyper. ana* ℥j. *è bacc. junip castor. laurin. ana* ℥ij. *succ. cochl. rec. urtic. rec. ana* ℥iß. ○ *plum.* ℥j. ♌ ✱*ci* ℥ij. *Aq. vit. Matth.* ℥ß. M. F. *Linim.* pro defluxionibus in articulos.

ARTICULUS III.

De Roborantibus, Temperatis &c. Mineralibus.

1. CORALLIA RUBRA præ albis cruda. His affusus ♌us ⊖li leviter ebullit, unde & intus leniter operatur, infantumq; tenerorum accommodata est medicina. Notabile est quod succus citri affusus ita dealbet corallia, ut mox tinctura evaporet, etiamsi oleum ♀ri affundatur. Dum verò acidis sic tractantur, referente *Ettmyllero*, ut ♂lia stiptica & acido-austera evadunt, unde colligit ♀ eorum esse de naturâ ♂tis & ex qua hæmorrhagias sistunt.

a. *Pulvis simplex* seu *per se* seu *Cinnabarinis*, ♂*ibus anodynisq;* pro circumstantiarum ratione sociatus, absorbens est ferè primum, præsertim in hypochondriacis; at Infantibus lactentibus erraticè febricitantibus in progressu datus minus confert, quàm *Concha*, C. C. aut *matr. perl. ocul.* ♋, *terra sigillata.* Sic seq. iis aliàs percommodus: ℞. *Corall rubr. prepar. Ocul. cancr. cont.* C. C. *phil præparat. ana* ℈ij. *Ol. destill. anis. gut. iv. Sacch. ros. tab.* ℥ij. misc. F. *Pulv.* in pulte sumend. Sic in *Hæmorrhagiis narium* &c. ℞. *Aq. plant. torment. ana* ℥j. *cinam. bugl.* ℥vj. *acet. squill.* ℥ß. *Corall, rubr. praparat.* ℈j. *sang. drac.* ℈ß. *Laud. op. gr.* ij. *syr. myrtill.* ℥j. M. sumatur per cochlear. Nobilitant insuper Corallia rubra & alba *pulverem Pannonicum rubeum*, quem correctum videsis apud *Excell. D. D. Scretam Tr. de Febr castr. p.* 253.

b. *Magisterium* (saturatum minus hinc efficax) paretur ex Corallis ✠ præcipitatis vel succo berberum simpliciter solutis & per acidum ⊖licum pessundatis. Vid. *Regn. Miner.*

c. *Tinctura Corallorum* simpliciter tantùm cum mellis spiritu, citra prævias solutiones, paratur: vel per acidulum vegetabilis cujusdam supradicti liquorem confit, verb. gr. *Tinctura Corall. Sylv.* ℞. *Corall. integr.* ℥ß. Aff. *Spirit. guajac.* ℥iiij. Repone in digestionem per 8. dies, tum decanta menstr. & in retortâ vitreâ ad siccitatem usque destilla; ei quod relinquitur aff. *Spir. vini rectificat* digere per aliquot horas, tum filtra per chartam & habebis Tincturam rubicundiss. *Vires*. Cardiaca est & alexipharmaca sine manifestâ alteratione massam sanguineam corroborans & feces expellens. *Dos.* gut. iij. vel iv. in *Vino* vel alio vehiculo.

2. CRYSTALLUS pulveratus eximium rodentium humorum in primis viis attemperans est; qua de causâ ingrediens est Pulveris cephalici *Excell. Camerarii Tubing.* seq. ℞. *C. C. phil ppt. Corn. alc. phil. præparat. ana* ʒvj. *Cran. hum. phil. præpar.* ℥j. *Crystall. aq. beton. præpar.* (vid. *pulv. ad Vertig. Wepferi in Regn. Miner.*) *Succin. alb. præpar. Ung. alcis ana* ʒij. *Cinnab. nativ.* ʒiß. *Tabul. man Christ.* ℥iij. M. F. Pulvis utiliss. in *Epilepsiâ* ab hypochondriis &c. prout etiam ex eodem *Crystall. præparat. cum ras. ebor. C. C. ust. ana* ℥ß. ⊖ *chamom. absynth. ana* ʒij. fit *pulvis egregius* in omnibus affectionibus flatulentis, *affectione hystericâ & hypochondriacâ*. Sic & Crystallus inter alia *lactifera* huc usque usualia parabilior & præsentior est, verb. gr. ℞. *Crystall. præpar.* ʒij *sem. fœnic. carduimar. sesel. ana* ʒj. *sacch.* ad pondus omnium F. Pulv. Vid. *Regn. Min. Sect. III. Cap. VI. & Cap. IV.* ubi hujus præparationem pro usibus Alchymicis dedimus, in quibus quia etiam ei affinis *Silicum liquor Glauberi* valet, eum hîc sistere placet: ℞. *Silic. alb. fluvatilium* s. *marmor.* seu Venis aureis splendidor. seu non ℥j. redigant. in pulv. subtil. huic adde ⊖tis ♀ri aut Salis Bodasche dict. ℥iiij. M. dilig. hanc massam primâ vice ingere in Xbulum super carbonibus accensis maximè ignitis, quod satis amplum & capax esse debet, ne materia bulliendo vehementer ex Xbulo effluat, tegatur Xbulum latere, relinquatur in △ vehementi per horam unam aut si non sit satis vehemens per horas quatuor, vel donec stylo ferreo deprehenderis materiam vitri instar pellucidam esse. dein effunde in mortarium vitreum ac refrigeretur, redige in pulverem subtilissimum, hunc pulv. super orbe vitreo repone in cellam, ut fluat per deliquium, filtra per chartam & liquorem serva Usui, hic enim est liquor silicum. *Usus*, præcipitat & reducit ☉lem, movet ▣as, pellit calcul. clarificat vinum turbidum & inservit producendis arboribus metallicis, de quibus prolixè agit *Glauberus Furn. Philos. Part. II. p. m.* 112. Dos. internè ad aliquot guttas.

3. SATURNINA ex affusione non spiritus ⊕ aut aqu. fort. sed ⊕li, ♀is cum spum i ebulliunt, indicio abundare illa alcali; Quare *Cerussæ, Minii, Lithargirii* vel horum unius cum spiritu æruginis solutio etiam in *Crystallos* redigi potest internos in usus. *Magisterium* hinc quod inter additamenta

menta sua volatile ac sublimabile cum spiritu ⊕tri aut aqu. fort. solvitur ac cum muriâ præcipitatur ac edulcoratur, reliquis operosioribus floribus parabilius est ac tutum satis: si proinde magisterium prædictum per spiritum æruginis proveniens, solutum ardenti quodam mediocri spiritu diluatur, facili negotio habebimus *Essentiam ♄ninam*, quæ sacchari communis in acetosis simplici solutione vel per Spir. vini extractione partim erit gratior partim compendiosior, ♂*libus* proinde *Tincturu* facilè associanda; sic ipso sacchari spiritu famosissimo magis ♄nina est. Sic verò ex Saccharo ♄ni cum ⊕lo ♂is vel ☿ris depur. cum Spir. vini extrahitur *Tinctura antiphthisica* acidum domans, sudores compescens, catarrhos tenues salsos corrigens, roborans pulmones, præcipuè si juxta Auctorem cum *opiatis* usurpetur. *Saccharum ♄ni crystallisatum* ad aciditates saturandas optimum est, ut & æstus internos. Quod si verò in præparatione hujus ⊖is ♄ni cum affusione ✠ solutio non evaporetur, sed lixivio ⊖ ♀ri ~tur, edulcoretur & exiccetur, in ulceribus, inflamationibus largitur *magister. ♄ni insipidum*, cum quo etiam & *aq. ophtalm.* fit optimum in *ophtalmiâ* & variolis ad oculos clausos remedium, ceu quoque idem ⊖ ♄ digestione in ⌒ terebinth. in liquorem rubicundissimum solutum heroicum audit Gonorrhææ medicamentum: Huc spectat quod ex ♃ *fusi* & ☿*ii viv.* ana ℔j. amalgamate aquâ salsâ loto, addito ☿~*ti* ℔ij. liquetur *Oleum* ☿*riale* dulce, egregium ulcerarium, lupum inprimis curans, ut videre est apud *Agricolam Comm. in Poppium Lib. I. p m.* 164 Sic etiam non sine causâ *Glauberus Furn. Phil. Part. II. p. m.* 89. *Liquorem* ♄ ex *rasurâ* ♄ & ♀ decoctum commendat in cunctis *Inflammationibus, vulneribus recentibus & inveteratis, ulceribus fistulosis celerrimè curandis* imò & *Oleum* inde prolectum in *Oculorum vulneribus*, obtento postea ex scoriis ♀*ro nigrore constante*, tingente pilos, ossa, plumas &c.

4. *Unguentum ♄ninum* porrò ex superiori quodam ✠ impraegnato, oleoque verb. gr. terebinth. dissoluto ac pro re natâ, *Nibili, Lap. calaminaris, ♁ii diaphoret. Thuris* &c. additione paretur, *rubrum* quoque *Unguentum* exprimens.

5. *Emplastrum* quoddam verb. gr. è *lithargyrio per acet. saturato* confectum paulò ante notatis pulveribus mineralibus pro re natâ mixtum, reliquorum *de minio*, tot ♄ninorum, imò ipsius olim *de piperibus, de plumbo* &c. promissa sufficienter tum exolvit. Sic namque ex *Litharg. p ij. acet. & olei ana P. iß.* inspersâ *myrrhâ*, additaque *Camphorâ* fit *Emplastr. Norimbergensi* simile. Magis compositum autem & anodynum in *Cancro* seq. ℞. *Emplast. diapalm.* ℥ß. *facchar.* ♄ ℨß. *Opii Spir. vini sol.* ℨj *Fulig. splend.* ℈iv. ⊖ ✱ci △L. ℈ij. *malax. Ol. solan. expr.* M. F. *Empl.* Huc verò spectat

6. *Liquidum Emplastrum*, si certis in circumstantiis desideretur, facilè inveniendum in *acet. de lithargyrio* compendiosâ tantùm coctione paratum,

aquis destillatis si opus solutionibusve, *cosmeticis magisteriis* etiam imò *oleosis* similiter simpliciterque facilè permiscendo, loco *Lactis Virginis*.

7. *Magisterium Marcasitæ* seu per se seu cum ☿io *dulci*, ♄niniꝗ *mixtum* atque tantùm *aquâ simpl.* vel *muriâ præcipitatum*, Cosmeticum est haud rejiculum, verb. gr. ℞. *Aq. naph.* ℥vj. *Mag. marcasit.* ʒj. *Ceruss. præparat.* ℈j. M. ad lavand. faciem.

SECTIO VIII.

DE VULNERARIIS, ADSTRINGENTIBUS, DETERGENTIBUS, RESIDUISQUE TOPICIS.

ARTICULUS I.

De iis quæ è Regno Vegetabili depromuntur.

1. Plantaginis *Extractum saccharatum* (loco Syrupi, succique) cum *Bellidis* vulnerariisque *Essentiis* mixtum, semen & species diaplantaginis superat, verb. gr. ℞. *Ess. plant. centinod. hyper. ana* ℈ij. *opii Lang. gran. iij. Aq. plant. rosar. fl. acac. ana* ℥ij. *Syr. myrtin.* ℥j. misc. simpliciter. Vel ℞. *Essent. plantag. fol. querc. Diaph.* ♃. *ana* ʒij. *sang. dracon. succin. alb. præpar. ana* ʒj. F. Pil. num. 240. Ejus *folia* cum *fl. ros. rubr.* contusa inflammationem vulnerum sistunt. *Aqua destillata è julis floridis aquâ plant. polyg. prunellæ* longè præstantior est. Succus ad ℥ij. intus cum pauco mellis datur ante paroxysmum Tertianæ prodest, imò & *phthisicis* cum *succ. nasturt. nummular. bellid. min.* insigniter prodest, de quo Excell. D. D. *Wepferus* ad Excell. D. D. *Joh. Jac. Hard. in Apiar. pag. m.* 198. Vide *Tachen. Hippoc. Chym. p. m.* 157. uti potiones vulnerarias ex ejusmodi vulnerariis alcali certo scatentibus ad acidum enervandum paratas ipsi Lacti præfert. Vid. & *Ettmyll. Schröd. dilucid. p. m.* 90.

2. *Tussilaginis decoctum* fit pro gregariis haud inconveniens. Paratur quoque ex eo cum aliis *Electuarium antiphthisicum* seq. experti usus: ℞. *Rad. tussilag. Irid. Fl. ana* ℥ij. *liquir. helen. ana* ʒj. *ras. lign. Guajac.* ʒiß. *Herb scabios. pulmonar. hyssop. ana* Mj. *veronic. bellid. min. beccabung. nasturt. aq.* Miß. Incis. cont. affund, *Aq. fl. acac. hyssop. ana* ℔j. Coq. in vase clauso per

per. hor. dimid. Colat. exprim. filtretur per chart. emport. add. add. *Pulm. vulp. ppt.* ℥iß. *Diaphor.* ♃ ℥j. *spec. diatragacanth. fr. diaireos simpl. ana* ʒiß. *Conf. alkerm. inc.* ʒß. *ol. destillat. anis. gt. xx. Syr. fl. bellid. min. papaver. rhœad. liquir. ana q. s.* ad consist. *Elect.* sumendo de illo singulis horis magnit. nuc. moschat.

3. *Hyperici Extractum* aliquantum saccharatum polychrestum est, de quo supra; *Oleum* ejus simpliciter tantùm per *infusionem*, maximè cum flor. ♀ paratum, *balsamicum* est & reliquis pinguibus securius. Sic fit *Ol. hyperici* addito *visco de ulmi sylv. vesiculis* vel *terebinth.* vel *mastich.* vulneribus, conjunctis eorum labiis, calidè instillandum, superposito linteo & fasciâ vino calente madefactâ. Utilis & seq: *Balsamus*: ℞. *Fl. & fol. hyperic. salv. ana M ij. Rad. Valerian. sylv.* ℥ij. Concis. imponantur fictili, affuso Vino albo antiquo ad eminentiam, stent in infus. per 2. dies, post adde *Ol. vet.* ℥iv. *Frument. integr.* ℥j. Bulliant ad consumpt. vini agitando, tandem colato & expresso, adde *Terebinth.* ℥viij. *Thur. pulv.* ℥ij. Lentè coq. ad *thuris dissolutionem*. Vid. *Fabrit. ab Aquap. Part. I. Lib. II. Cap.* 7. Huc & refer Balsamum vulnerarium rubrum *Theophrasti Chirurg. p. m.* 19. ℞. *Corporis i. e. Olei hyperic. ex sem. expr. vel Terebinth.* ℔j. *Flor. chamomill. rosar. rubr. prunell. ana M. j. Fl. hyperic. M. iij, centaur. min. chelidon. ana* Mß. Mixta ponantur omnia ad solem per 2. menses.

4. *Pyrolæ* vel *Saniculæ* aut *Alchimillæ Extractum* seorsim vel simul polychrestum fit loco *consolid. virg. aur.* Herniaria, Auricula muris (in cephalæis juxta Auctorem haud rejicula) & perfoliata in herniis non adeo spernenda, verb. gr. pro puero rupto: ℞. *Rad. consol. maj.* ʒiß. *herniar. cum herb.* ʒj. *sem. perfoliat.* ʒß. *Sacchar.* ℥ß. M. F. Pulv. Not. quòd Aq. rad. symph. destill. in B. M. dat liquorem gelatinosum optimum etiam in phthisi.

5. *Sanguis Draconis* stipticum est insigne juxta *Salam*, verb. gr. ℞. *Sang. dracon. ver.* ℈j. *Lap. hæmat. prapar.* ℈ß. *Essent. fl. hyperic.* ʒj. *Plantag. fol. querc. ana* ℈ij. *Conf. de hyacinth.* ʒij. *Aq. plantag.* ℥vj. *Syr. cydonior. de rosis sicc. ana* ℥j. *Essent. opii Lang. gran. iij.* M. sumatur per cochl. in *dysenteriâ* aliisque fluxibus. *Externè* verò pro dentibus fit sequens: ℞. *Sang. dracon.* ʒß. *Corallor. rubr. prapar.* ʒj. *albor. caryophyll. ana* ʒß. *Cinamom.* ʒj. *rad. pyrethr. gr. xv. Moschi gran. ij.* Misc. cum *Syr. de rosis sicc.* F. *Electuar. dentifric.* Taliter verò non saltem sed & aliis modis cum aliis misceri potest; sic & in gelatinâ ex pedibus vituli sine sale & aromatibus paratâ adhuc calente offerri potest. Huc verò refer *Semen sanguinis draconis* à *Bauhino Lapathi folio acuto rubente* nomine insignitum, ad ℈j. vel ʒß. leviter in mortario contusum & *in vino saccharino* leniter calefactum & per linteum expressum, quod in atroci alvi cum fluxu dolore aliquoties cum voto propinavit *Exc. Volkam. Dec. II. Ann. I. Eph. p.* 421. Pariter huc referri meretur *succus acaciæ nost.* qui internè datus dif-

flationem nimiam ſucci nutritii ab ira & ſudoribus utiliter cohibet, v. gr. ℞. *Aq. plantag.* ℥iiß. *cinam. ten.* ʒij. *Syr. acetoſ.* ℥ß. *ſucc. acaciæ* ℈j. *Laud. opiat.* gr. j. M Elegans quoque eſt è *floribus Punicorum Conſerva ſimplex* in omnibus fluxionibus præſertim uteri præſtans remedium, ut *Matthiolo Calceolarius* retulit.

6. *Ramorum quernorum tubercula, glandiumq; capſulæ* præ aliis plurimis eminent ſtringendi virtute. *Gemmarum decoctum* in Anginâ prodeſt. *Uvâ quercinâ* deſperatos dyſentericos ſervavit *Encelius*.

7. *In Dyſenteriâ* Alexipharmaca ſpirituoſa, temperata abſorbentia, præcipitantia cum *Opiatis* uſurpanda vel etiam cum ſpirituoſis volatilibus, qualiter ad attactum frigidos reſtitutos novimus.

8. *Tormentillæ* aut pro regionis ratione *Biſtortæ* aut utrumlibet *extractum* ſymphiti radici per Spir. vini extractæ mixtum aliquantulumque ſi lubet *ſaccharatum*, ſtipticum eſt in dyſenteriâ longè optimum; Vel *ſolitarium* quoddam ſufficit præparatum, v. g ſeq. ℞. *Corallor. rubr. præpar.* ℈j. *Croci ♂ adſtr. Conchar. præparat. ana* ℈ß. *Laud. opt. gran.* iß. miſc. F. Pulvis pro 2. doſ. vel *Pulv. ſtypt. Exc. Wedelii*: ℞. *Rad. torment. biſtort. Sang. drac. Lap. hæmat, Corall præparat. Boli armen. Trag. gran. act. Pulv. bezoard. ana p. j. vel* ʒj. *Nuc. moſch. p* ß. *vel* ℥ß. M. cui in ſingulas doſes aliquid de *Laud.* addi poteſt. *Doſ.* ℈j. *ad* ʒß. Sic & *Excell. D. D. Wepferus* ſalutariter hoc utitur: ℞. *Unicorn. foßil. Boli Arm. ana* ʒj. *Ocul.* ♋, *Corall. rubr. præpar. Sang. drac. ana* ʒß. *Diaphor.* ♃. ℈j. *Laud. opiat. gr. iij. Tab. man. Chr.* ʒij. M. F. *Pulvis*. Detur ſingulis tribus horis ʒß. manè cum *lacte rec. mulcto*, veſperi & aliis horis cum *emulſione* commodâ. Vid. *Excell. D. D. Scret. Tr. de Febr. mal.* *Exterius* verò tali in affectu ſeq. *Cataplaſma* prodeſt: ℞. *Pulv. tormentill. biſtort. ana* ℥j. *bacc. laur.* ʒvj. *Fl. roſ. balauſt.* ℥ß. *Maſtich.* ʒv. *Oliban.* ℥ß. *Pulp. pan. domeſt.* ℥iij. Coq. in *Vino rubr.* Huc ſpectat *Ung. ad abortum* præ cavendum *Excell. D. D. Scretæ*: ℞. *Pulv. rad. biſtort. Nuc. cupreſſ. Santal. rubr. ana* ʒij. *Hypociſt. Ladan. ana* ʒij. *Maſtich.* ℥ß. ʒß. *Cort. mal. Gran.* ʒj. *Corall. rubr. ſuccin. ana* ℈ij. *cum ol. roſar. & Cer. q. ſ.* F. Ung.

9. *Externè* pro uſu chirurgico ſufficienter officium præſtant *Lupi crepitus*, *Gallæ*, *Glandium capſulæ*, *Tormentilla*, *Colcothar* &c. inſperſa. Fortiſſimum etiam ἴσχαιμον in *Regn. Anim.* diximus eſſe ſtercus ſuillum vel ſiccatum vel ſubactum cum *ranar.* ſpermate vel pileo antiquo incluſum ac combuſtum vulneri itidem inſperſum.

10. *Emplaſtrum* ♄*ninum* ſuperius dictum acet. inſuccatum & foſſilibus exiccantibus pro more ſociatum huc referendum. Quo ſpectat ſequens: ℞. *Acet. ſamb.* vel *roſac.* ℔iij. *Minii* ℔j. Coq. in vaſe vitr. ad tertias, colatura filtrata inſpiſſetur parùm, admiſce continuò agitando *Ol. roſac.* vel *ſamb.* q. ſ. ad conſiſt. Linim. add. *Thur. lap. calamin. pompolyg.* omnium ſubtil. trit. ana ℥j.

ana ℥j. *Mastich. Camphor. ana* ʒß. F. Ung. *Usus* hujus Unguenti in quamplurimis affectibus externis utilissimus, de quo & in *Regn. Miner.* Simplicius autem est seq. modo: ℞. *Plumb. ope pixidis lign. in pollen redact. & per cribrum tenue traject. Ol. fl. samb. vel rosar. ana part. aequal.* coq. tam diu donec ♄ omnino dissolut. sit, nimirum nitidè splendeat, mediocris ejus consistentia sufficit, quamvis & fortiori △ne in Empl. solidius cogi possit, liquidiori verò consistentiae ad ℔j. adde *Camphor.* ʒß. in *ol. petr.* vel *Spir. vini* solut. & habebis Linimentum ♄num in ambustionibus praecipuè expertissimum.

11. *Emplastrum stipticum* quoddam universale simplicissiè tantùm è solo quodam extracto stiptico vel *sanguine Draconis*, 🜃 ⊕*li edulcatâ* vel ubi suppetit, *extrema destillationis colcotare cum* aut *sine gummis* conficiatur, verb.gr. ℞. *Cer. Resin. sev. hirc. Terebinth. ana* ℔ß. liquefiant △ne lento, quibus per cannabin transcolatis, add. 🜃 ⊕*li dulc. rad. consolid. maj. ana* ℥ij. F. cum *ol. hyper.* Emplastr. Nec minus elegans *Emplastr. rubeum Exc. D. D. Screta* ad sistendum sanguinem. ℞. *Terebinth.* ℥iß. *Croc.* ♂ ʒvj. 🜃 ⊕*li dulc. succin. alb. ana* ℥ß. *Mastich.* ʒij. *Res. pur. Cer. nov. ana* ℥iij. M. F. *Emplastr.* Sic & de rubricâ fabrili, haematite, 🜃 ⊕li dulc. vel bolo rubr. cum Acet. factum Cataplasma insigne est.

12. *Emplastrum è stuppis albumine* ◯*ve* infectis parabilissimum certè & insigne Defensivum in Inflammationibus & Fracturis: Detersivum verò insigne in ulceribus sordidis & putridis habet *Monconys dans ses Voyages* seq. ℞. *Rad. aristol. long. ver. concis.* ℥ij. *Vini albi vet. Mens.* j. Coq. ad dimid. consumpt. sub finem add. *sacchari* aut *mellis* ℥iij. vel *iv.* bulliant adhuc semel, ut albumine ovorum clarificari possit; Colatura linteis adplicetur.

13. *Haemorrhoidum dolor Ol. hyoscym. 7. flor. Ung. anodyn.* satis demulcetur. Vel ℞. *Sacch.* ♄. *acet. destill. sol.* ʒij. *Ol. ros.* ℥ij. ∫\ . *rorismar. gut. aliquot.* M. F. *Balsam.* super cineres calidos, & tepidè adplicetur in haemorrhoidibus. Huc spectat Balsamus ad ani fistulas aliarumque partium: ℞. *Rad. geranii pedis columbin.* ℥ij. *Irid. Fl.* ʒiij. *elleb. nigr. praeparat. Granor. tritic. M. j.* Contund. ruditer & infund. per diem in *Vini rubri auster.* ℔j. dein add. *Ol. hyperic. myrtin. ana* ℥iij. Bulliant lento igne balnei ad consumpt. Vini, factâ express. adde *Myrrh. Bitum. Ind. ana* ʒiß. stent ad lentum calorem, donec perfectè liquentur, ut abeant in oleum, denique adde *Lachrym. abietin. Balsam. Occident. ana* ℥j. M. ad lentum calorem & F. *Balsam.* fistulae instillandus & turundis illinendus. Curat & ani fistulas absque incisione & dolore. Aliàs Balsamum ♃io inesse docet *Theophr. Op. Chir. p.* 147. ad fistulas, carcinomata, aliaq; gravissimas affectiones cum Lue venerea complicatas facillimè sanandas; qui ut extrahatur, ♃ prius cum ✱co resolutum aquâ pluv. dulcorabis, dein exiccatum rursus super marmor resolves totum, donec limpidissimo rubore conspicuum evadat.

14. Apo-

14. *Apophlegmatizantia* & *Ptarmica* à ☿ro ⊖le ⊕li, *Sacchare, ammoniaco, mastiche, Euphorbio, Peto, Jalapio* pulverisato, ♎tu lignorum acidulo etiam abundè satisfaciunt. Huc referre liceat Dentifricia, v. gr. optimum seq. ℞. *Corall. rubr. præpar. Ocul. cancr. præpar. ana* ℥iß. *Lap. pumic. C. C. ust. ana* ℥j. *Rad. Irid. Cinamom. Mastich. ana* ʒß. ⊖ *commun.* ℈j. Fiat Pulvis subtilissimus. Nec minus sequens: ℞. *Lap. pumic.* ℥iß. *Corall. rubr. Perlar. ana* ʒß. ⊖ ☿ri ℈j. M. F. Pulv. Pro Dolore autem præter *sotirellam parvam* etiam utiliss. seq. ℞. *Opii gran. xv. spec. diambr. gran. x. Piper. gr. v. Camph. gr. iv. ol. destill. buxi, caryophyll. aa. gut. iv.* cum *Theriac.* F. Pil. denti cavo indendæ.

15. *Santonicum* vel *Tanaceti semen* contra vermes præstans est, vel *per se*, vel paucis mortificantibus stimulantibusve permixtum pro tenerioribus.

16. *Scrophularia* externè & intus laudatur experimento *Ettmyll.* in puerperâ. Vid. *Craton. Consil. Lib. IV. p.* 123. Quo spectat seq. *Oleum* quod mirè dolorem hæmorrhoidum lenit: ℞. *Rad. scrophul* ℥ *iij chelidon. maj.* ℥j. *spong. cynorrhod. num.* 4. *sem. agn cast.* ʒij. *ol. rosat.* ℔j. *Vini alb.* ℥iij. *Acet.* ℥iß. macerentur per 20. hor. bulliant lento △ne ad consumpt. humiditatis fiatque fortis expressio, & colatura insolatione si opus depuranda.

17. *Tabacina essentia* dissoluta, ☿ialiq; *infusione*, aut compendiosiori è ♄ninis & ☿io *dulci* Litu parato *scabiem* sufficienter tollit; Sicuti & ulcera *Ung. nicotianæ* seq. ℞. *Fol. Nicot. rec. cont.* ℔ß. *Ping. porcin.* ℥iv. Coq. lento igne in *Ung.* quod vulnera & *ulcera inveterata* sanat. *Ulcera simplicia* verò curantur *Ung.* seq. ℞. *Fol. nicot. bugul. sanic. ana* P. j. Bulliant in *Ol. oliv.* ℥vj. ad consumpt. humid. pòst add. *Resin.* ℥j. *pulv. ireos* ʒij. *Ceræ* ℥ß. F. *Ung.* Ad eadem utile *Ceratum* seq. ℞. *Succi Nicotianæ, Ceræ citr. ana* ℥iij. *Resin. pini* ℥iß. *Terebinth.* ℥j. *pulv. aristol. rot.* ʒiß. *Ol. commun. q. s.* ad formandum *Ceratum.* Vid. & *Ceratum ad scirrhum lienis Aquapend. Oper. Chir. Part. II. Cap.* 51. Huc refer quod *Fol. Nicotianæ rec.* in *aq plantag. vel vino rubro* cocta cum bombace sint *pessus* proficuus in *Mictione involuntariâ* mulierum. Sic etiam utilissimæ parantur *Injectiones* ad ulcera sinuosa & sordida, v. gr. ℞. *Fol. Nicotian. M. ij. fumit. absynth veronic. ana M. j. rad. aristoloch. long.* ʒj. *bacc. junip.* Mß. ◯ *crud* ℥vj. Coq. in *Aq fabror.* q. s. Colatura cum Spir. vini per siphonem injiciatur. Vid. infra *de Compos. Medicam.*

ARTICULUS II.

De iis quæ è Regno Animali & Minerali.

1. OCuli ♋. C. C. *Sang. hirci, Mandibulæ lucii &c.* *Mel* solitarium aut detergentibus exaltatum præ multis aliis meritò extollit Auctor. Huc

Huc ſpectat *Emplaſtrum fuſcum* ſeq. ℞. *Vitell. ovor. num. x. Terebinth. clar.* ℔ß. miſc. ſpatulâ ligneâ in Unguentum in ipſo vaſe in quo debet coqui, & hoc perficiatur ſpatio ſemiquadrantis horæ; tum adde *Mellu ad pond. omnium* Macerentur ſtrenuè ac ſubitò, ne liqueſcant & grumos edant; tum coque lento igne carbonum continuè movendo, poſtmodum ignem augendo, donec contraxerit fuſcum colorem & ad nigrum potius quàm flavum & rufum vergentem. Curat Ulcera quævis inveterata, putrida, cavernoſa, purulenta, ſordida. Quòd ſi acris aliqua fluxio malignum reddat ulcus ſordidum & profundum, temperari debet *Unguento gryſeo* in majori vel minori quantitate, prout ſenſus partis acutior fuerit & major aut minor adfuerit regenerandi carnis neceſſitas. Habetur hoc Emplaſtr. in *Chirurg. parv. Paracelſi de Ulceribus.*

2. *Spongia* ſolæ vel *ſcrophulariæ* vel vernaculo alicubi *vincetoxico* mixtæ, præſentaneæ ſunt *contra ſtrumas.* Item ℞. *Spong marin.* ac etiam *cynosbat q.v.* redig. in cineres, ℞. horum ℥j. it. *ciner. chart. leucophaea combuſt.* ʒij. *Cinam.* ʒß. *corallor. rubr.* ʒiß. M. F. Infuſ. cum Vino alb. Menſ. dim. Sic & ex *rad. ſcroph.* cum *ſpong. uſt. & lap. ſpong.* cum *aromatibus Decoctum* parari poteſt pro *ſcrophuloſis* tribus horis à cœnâ vere, autumno ſumendum. Quò referri poteſt *pulvis ad ſtrumas* ſequens: ℞. *Pilar. marin. toſt. num. x. Zingib. ſpong. uſt. Piper. long. nigr. Gallar.* ⊖ *gemm. Oſſu ſep. Pyreth. Cinam. Lap. ſpong. ana* ℥j. *ſem. plant.* ʒß. M. F. *Pulv.* ſubtil. De *Oleo lacertarum* juxta ſubligacula in Herniâ & in ſtrumis uſurpando vid. *Regn. Anim.*

3. *Candentis ferri batitura* Crocum adſtringentem facilè parabilem præbet, loco *fl.* ✱ ♂*ium* Capit. mort. &c.

4. *Tinctura* ♂*is* adſtringens è crudo ♂ per ♌um æruginis ſimplicem recentem aut ♀atum præparatur quæ hinc compluribus *Corallinis Opiatiſq. Tincturis* facilè ſociabilis. Sic *Tinctura* ♂ *cydon. Exc. Wedelii* fit cum *ſucc. pomor.* it. cum *ſucc. cydonior.* agitatione: cui hinc ad medias circiter evaporatæ affundatur ana vel *q. ſ.* ♌ *ûs cochl.* *Uſus,* vaſa obſtructa & viſcera roborat, hypochondriaca eſt, præſertim in ſiccioribus. Quod ſi miſceatur cum *Eſſent.* ♂ ⊕*lata* fit mixtura hypochondriaca grata ſapore, colore & effectu. *Doſis gut.* xx, xxv. Vid. *Regn. Miner.*

5. ALUMEN RUPEUM *per ſe* intus (etiam cum ſang. drac.) haud inutile, *extus* utilius, ceu *Digbii Remed. p.* 71. ◯ *in aq. font.* ſolut. in quâ pòſt ♂ extinctus ad ♋um commendatur & cum ☿ *dulc. in aq. plant. & roſar.* ◯ coctum tumores penis ex lue ♀eâ tollit, aliaque exteriora corporis vitia delet, de quo in *Regno Miner.* Sic hîc

a. *Spiritus ex* ◯ *crudo* per arenam conſideratè deſtillatus polychreſtus qui acidulus eſt, roriqùe minerali haud incongruè adjiciendus. Sic verò

b. ◯ *uſtum* gratis ita elicitur externos in uſus, quod ſi dulcifica-

 tum

tum placuerit per repetitas dicti phlegmatici liquoris abstractiones & simplicem postmodum dissolutionem citra alias ambages habetur.

c. *Magisterium* verò ☉*nis siccum* per solutionem in acet. destill. subsequamque crystallisationem cum aut sine externâ quadam coloratione acquiritur & *antifebrile* est & sistens. Quò spectat purgans tutissimum in febribus & aliis affectibus ubi purgantia colliquativa vitanda ex ☉ cum alcali quodam, forsan Ⓣ fixi, combinato egregium, solutione & crystallisatione paratum, *Dos.*℈j. ad ℈ij. de quo *Hoffman. Clav. Schröd. p.* 348.

6. *Hematites* quandoque quid confert; Ejus *flores* ♂*ales* colore quàm effectu spectatiores. ⊖ △le rubidum cum Spir. vini extr. dat Tincturam egregiam, de quo *Dec. II. Ephem. Ann. II. pag.* 179. Sic & *Hematites artificialis* fit, si sacch. ♄ni cum ⊕lo ♂ ♌tur per retortam. Vid. *Regn. Miner.*

7. *Lapis calaminaris* in *Topica & Ung. Emplastraq.* ♄*nina* adhibetur vel etiam solus ulceribus, verb. gr. virgæ, ustus inspergitur.

8. *Lapis medicamentosus* simpliciter tantùm è ⊕lo, ☉, Cerussâ atque Bolo, vel dulcificatâ ⊕li terrâ paretur ad *Varos, Epiphoras, Gingivarum vitia* sufficientissimus; Vel ita: ℞. ⊕*li*, Ⓣ*tri, Ceruss.* ☉. *Bol. armen. ana* ℥j. ⊖ ✱*ci* ℥ß. pulverisentur; cerussa & bolus in porphyrio in farinam conterantur, misc. ollæ vitreæ sat magnæ injiciantur, quia intumescit, aceti acris tantum, ut digitos duos emineat, superfundatur & ad siccitatem lapidis lentè coquantur. Debet autem igne fortiori, usque dum nullus amplius fumus ab eo adscendat, calcinari. Ad ulcera intumescentia & calida hujus *lapidis* ℥j. cum *Mens.* ß. ▽ç semel ebulliat, filtretur, linteum in hanc mergatur & loco affecto quàm calidè tolerari potest, adplicetur. Si ulcus fuerit apertum, sumatur residuus pulvis, exiccetur & ulceri inspergatur & hoc facto ulcus linteis obvolvatur, & sanabuntur taliter etiam ulcera composita & magis virulenta. Vid. *du Hamel Oper. Philosoph.* & *Ephemer. Curios.*

9. *Unguentum* ☿*ale* facilè paratur, si modo ☿ *crudus* decenter simpliciterque subactus, modò ♎ ille *dulcis* præsertim superior in Cucurbitulâ impuriorque *ad Extra* hinc quibusdam dictus, modò ♐*tum* quoddam mitius, verb. gr. *Turbith è* ♎*to dissoluto* aut saltem vulgaris *Cinnabaris, attemperantibus, mundificantibus* pro ratione *liquoribus, succis, pulveribus* infrigidantibus non præcipitantibus, aut simplici *axungiæ, Unguento Emplastroq.* ♄*nino* vel etiam resolventi cuidam commisceatur aut subigatur. Sic etiam *Cancros Penis* ad escharæ decidentiam promovet ☿ ♐ *ruber* cum *vitello ovi* & *mell. opt.* subactus, applicato postea emplastro siccante ex *Lithargy.* ℥ß. *ol. oliv. lini ana* ʒvj. coctis & cum *Cera* ℥ß. & *Myrrh.* ʒij. *Lap. calamin. Tutb. præpar. ana* ℥ß. in *Emplastr.* redactis: *Ettmyllerus Patavii* usuale dicit *Ung.* vel *Empl. antivenereum* seq. ℞. *Ol. oliv.* ℔viij. *Minii opt.* ☿ ♐*t. ana* ℔j. *Ceruss. Cera ana* ℔iß. Coq. in *Emplastr.* vel *Unguent.* Huc refer sequens: ℞. *Adip. porcin.* ℥ij. ☿*ii*

vivi

vivi è terebinth. Cypr. extinct. ʒß. *Minii acet. præpar.* ʒij. *vel* iij. ♀*ris* ʒj. *Myrrh.* ʒß. *Balſ. vulnerar. vel balſ.* ♀*is ſambuc.* ℈iiij. *Ol. lign. rhod.* ℈ß. M. Ad ulcera autem rebellia, fiſtulas malignas aliaque edomanda, utique Emplaſtra & Unguenta quævis ſuperat Topicum metallicum *Baſilii Valentini ex regulo* ♁ *è vitro* ope ⊖ ♄ malleabili reddito, mixtoque cum ☿ii ope ♄ condenſati ana, igne vehementi ſimul fuſis beneque commixtis, qualis materia ſplendens malleo in quaſcunque formas deduci poterit & partibus læſis adplicari loco Emplaſtrorum. Quo inſuper ſpectat *Calcinatum majus Poterii*, de quo tanta deprædicat, quodque nil aliud eſt, quàm Mercurius dulcis vel ☿us certo modo ♒*tus* vel ☿us ♎ ſingulari artificio mitigatus ſeu per ſe cum ⊖*le* ♄*ni* permiſceatur ſeu & cum melle & ovi vitello in *Linimenti* formam redacta adplicentur. Egregius etiam in Ulceribus rebellibus eſt ſeq. Pulvis: ℞. ♄ ℥viij. fluat in Xbulo, add. ☿ *viv.* ℥iv. quibus probè commixtis & in pulverem nigrum redactis add. ☿ *vitæ opt. dulcif.* ℥ß. his ab igne remotis add. *Lact.* ☽*æ ſeu Agaric. petr.* ℥j. F. ſuper porphyrite pulvis impalpabilis, qui m. & v. inſpergatur, vel loco ☿ *vit.* & *Lact.* ☽*æ*, add. *Croci* ♂ *per ſe calcinat. Flor. cinci,* ♀ ♁*ii ana* ℥ij. Huc ſpectant *Flores Reguli* ♂*les* & horum in cellâ liquamen juxta *Baſilium Valent.* & *Keslerum* nunquam ſatis laudandum remedium Chirurgicum, in Alchymicis quoque multa in receſſu habens. De Flor. hiſce ♎tis teſtatur ulterius *Baſil. Valent. Curr. triumph. Antim. pag. m.* 296. illos ex tinctura ♂tis (qualiter jam exploduntur *Pantaleonis* argumenta contra Philaletham in ſuis opuſculis propoſita) quæ unà adſcendit rubros obtineri, quique à ⊖ ✱co ▽â ſimplici purgati & in cellam humidam repoſiti abeant in liquorem qui miris in Chirurgiâ præſtat viribus; quâ tamen in re inprimis ſciendum, quòd additum ⊖ ✱cum & liber aëris commeatus exuſcitent ætherea effluvia per fermentationem in hocce minerali, quò tandem in Oleum ☿le philoſophicum (quoad viam humidam, ſiccam enim nos in ſeq. *Sect.* ſequimur) per ſubſequentem deſtillationem & rectificationem, abire poſſit, de quo ait *Baſilius cit. loco*: Hæc eſt inſignis acrimonia multa in ſe arcana complectens: & *Kerckringius*, Hoc omnium eſt maximum ad thronum regni Chymici conſcendendi adjumentum, de quo *Sect. ſeq.* In hoc oleo præterea, ait, latet effectus mirabilis, ſi enim longo tempore circuletur, tandem cryſtallos arripiet, nimirum cùm illæ tribus diebus & totidem noctibus antea calcinatæ fuerint, & ex illis elicit ſalem, quo facto hoc oleum iterum per retortam ♌ tui & conſequeris medicinam quæ lapidem in veſicâ admirabiliter confringit & expellit, aliaque inſigni quadam virtute efficit. Verùm de talibus magnalibus, quantùm equidem ſcimus, corollarii loco quædam proferenda, quò minus de candore noſtro dubitet *benevolus Lector.*

SECTIO IX.

COROLLARII LOCO

DE REMEDIIS UNIVERSALIBUS.

QUia Auctor quædam præmiſerat de Univerſalibus Remediis, quæ dicuntur bonitate ſuâ eminenti omne malum corpori hoſtile exturbare & ex imis ſtirpibus quodvis nocivum evellere, de iis quædam etiam dicendum erit; Quamvis autem ille explodat quævis ex Auro præparata aliaque debitâ enchireſi, chymico arcano modo, præparata, nihilominus quia Cinnabarina utpote ♀re ☉ri gaudentia æſtimat aliaque ♂lia itidem ♀ nobile fixum in ſe condentia extollit, nemo nobiſcum aberit ex *Antimonialibus* non ſaltem ſed & *Solaribus* egregia ad archæum ſolandum & in ordinem cogendum adipiſci poſſe remedia, Adeptoſque veros, qui hoc ſeculo & præteritis arcana ejuſmodi indagarunt non pro impoſtoribus & ſophiſtis eſſe habendos: certum namque eſt multos multa negare, quòd pauca ſciant, & quod in ipſorum cerebro non eſt, id neque in rerum naturâ eſſe exiſtiment. Quâ de causâ nos Lapidem Philoſophicum minimè pro non ente habemus, etſi hactenus haud viderimus morbum unius menſis ejus grano aſſumpto, uno die ſanari, unius anni intra dies undecim vel ad ſummum intra menſem; Verùm qui accuratam ejus theoriam, materiamque ex qua præparatur, bene cognitam habebit, non poterit non ex analogiâ macro & microcoſmi inſignes ejus virtutes cognitas habere, concentrantur enim in eo quæ ſunt in mundo diffuſim diſperſæ vires, unde potentiſſimè naturæ humanæ balſamum vigorat, ſpiritus roborat & illuminat, ut quodvis impurum è corpore ſecedere neceſſum habeat, aurum nimirum, mundi perfectiſſimum, mercurio ſophico recluſum (quæ duo hinc Veteres, inprimis *Avicenna*, bufoni gradienti ſuper terram & aquilæ volanti compararunt) & cum ipſo in fixam incombuſtibilem materiam in infinitum tingentem abiens non poteſt non morbos vehementiſſimos adgredi eosque exterminare; fons nimirum, uti *Comes Treviſanus* loquitur, in quo Rex ſe lavat, mergit & rursùm emergit (de quibus *Emblematibus* elegantiſſimè *Michaël Majerus*) valde mirabilis & terribilis virtutis eſt præ cœteris omnibus totius mundi fontibus,

quia

quia scilicet ☿ vulgaris, ut aqua manus non madefaciens, à partibus suis recrementitiis heterogeneisque purgatus insuper subtilibus & efficacibus metallorum mineraliumque congruorum partibus uberrimè fœtus est, quod qualiter fiat præter Philosophorum Chymicorum morem omnium apertissimè diximus in *Regn. Minerali*, nimirum ex *Philaleth. Introit. ad occult. Regis Palatium*, ☿ium hunc haberi ex ♂, liquore saturniæ & ☿rii vinculo, quod vinculum etsi *Excell. Cramerus de Transmut. Metall.* de ipso ☿io intelligat, nobis tamen probabilius videtur, eum indigitare per hocce velle Dianæ columbas, quarum scilicet ope ☿ cum regulo amalgamationem inire potest, quò tandem debitè per retortam destillatus decenter igne magico (cujus nimirum ratione talis Mercurius vel etiam alius citra ullius omnino metalli, quin vel ipsius antimonii usum, attamen ex metallorum affinibus corporibus, paratus incalescentiam cum auri calce suscipit, de quo curiosissima sistit *Excellentiss. D D. Screta Scaphus. Ephem. Curios. Decad. II. Ann. I. Observ. XXXIV*) imbuatur & habilis fiat suavissimè & radicaliter aurum solvere: sumendæ scilicet postea aquæ ejusmodi permanentis seu ☿rii splendidissimi (qui scilicet nil nisi ☉ fluidum & spirituosum est, cui ad summam perfectionis nil nisi benigna fixatio & concentratio talis, ne spiritualis volatilis virtus deperdatur, deest, quam etiam postea in soluto auro acquirit) ad ☉ri partes inæquales (*Philaletha* sumit *calcis* ☉ ope mercurii sophici igne circulatorio in momento quasi facti *p. j. mercurii sophici p. ij.* vel *q. s.*) ut in paterâ solutoriâ in siccum quasi liquorem vel amalgama redigantur, non tamen simul & semel, hinc verò phiolæ vel oviformi vitreo spisso vasculo indita instarque sponsi & sponsæ (cujus hinc ratione Pharam. *Rhumelius* Canticum Salomonis alchymicè explicare audet) combinata vaporoso igni committuntur, ut hic externus ignis internum suaviter excitet, corpus solis terrenum totaliter solvatur, conteratur, destruatur & putrescat, caput nimirum corvi se monstret intra dies 40, quibus nimirum fit, ut tandem anima eidem quoque exuatur, in altum ducatur & prorsus separetur, hinc aliquandiu, absque ullis viribus, mortui instar, in fundo vitri velut cinis hærebit, postea verò si aucto igne indesinenter bene regitur, sensim & guttatim iterum descendit, imbibit, humectat, potat & conservat corpus suum, ne penitus contabescat & comburatur; denuo dein adscendit & descendit, idque septem ferè vicibus, quo tempore, *Sapientibus* monentibus, ignis rursus uno gradu intendi debet, non tamen cum festinatione; medium enim & regimen ignis cautissimè observari debet; sic verò in vitro varia signa & colores instar caudæ pavonum (figuris hinc inde apud *Kellæum*, in *Aureo vellere* aliisque adumbrati) adparebunt, nimirum primùm se se ostentant pennæ cygni vel grana instar piscium oculorum, dein circulus circa illam mate-

riam quæ jam subrubra, jam albida, tandem viridis & flava fit, velut iris, postea candidissima & tandem rubicundissima, nim. donec adhibito ultimo ignis gradu, animâ & spiritus cum suo corpore ab impuritatibus liberata in indissolubilem & fixissimam purpurei coloris rubicundissimam essentiam uniantur, quæ unio & conjunctio non sine stupore & gloriosi nominis Divini adoratione consideranda. Videsis *Musæum Hermeticum* & *Theatrum Chymicum*, præcipuè etiam Appendicem ad *Antiquissimum bellum inter* ☉, ♂ & ☿ & *Beccheri Concord. Chym.* Dum verò hæc peraguntur, ex parabolâ *Comitis Trevisani* facilè patebit, dum materia candididissima evadit, opibus quendam frui posse pluribus, dum scilicet *Elixir ad album* paratum est, verùm præstat ut Aulici Regis, quos planetarum nomine ex colorum apparentium diversitate sistit, tantillo diutius finem & exitum expectent, ut etiam diademate regis sui Domini coronentur, custode unico, id est Chymico, subtus calorem excitante continuum circuentem & vaporosum, præterea nihil; sic verò etiam dum ☿ius sophicus prius volatilis cum Auro fixissimus evadit, Fontina ejus exhauritur; quod dum factum, Rex denuo in suo balneo purgandus eique thorax, camisia & caro ipsa restituenda, nimirum denuo huic materiæ fixissimæ ☿ius sophicus commiscendus, ut nimia siccitas materiæ corrigatur habilisque ea fiat ad intimè penetranda metalla, qua de causâ & dum de novo humido metallico subtili tenui molli materia hæc fixissima imbuitur, ordine retrogrado color niger, albus, rubeus adparebunt, idque ob fermentationem novam, quâ facilè in similem suam naturam ☿um sophicum transmutare valet & novis lætitiis opus glorificare, quò subsequens multiplicatio cum stupore peragi possit, Rex scilicet aulicis suis tantundem dare queat, quantùm ipse possidet, dum expectarunt, donec ipse in balneo juventutem recuperavit & vestibus prænominatis ornatus sit. Quâ de causâ *Senior* in *Rosar. Philosoph. pag. m.* 245. & ex eo *Majer. in Emblemat. Discurs. XLVIII. pag.* 144. Est ita dives habens lapidem, de quo Elixir fit, sicut qui habet ignem, potest dare ignem, cui vult & quando vult & quantum vult sine suo periculo & defectu: causa nimirum tingendi sita est in indestructibilibus, fixissimis, subtilissimis ideoque penetrantissimis optimè concoctis & concentratis tincturæ particulis, quæ ope ignis postea in motum elasticum versæ necessariò ☿ calefactum aut liquatum metallum ingredi coguntur, quò radicales poros particulis suis per minima incuneatis juxta suam figuram & motum quoque transforment. Verùm quia plurimi sunt, qui hisce fidem adstruere minimè dignabuntur, non ingratum Lectori erit, hîc præter rationes datas adnectere experientiam, historiam scilicet transmutationis metallicæ quæ hîc Basileæ contigit, præsente Celeberr. Jacobo Zuingero à cujus pronepote *Clarissimo & Experientiss. D. D. Theodoro Zuingero Phys. Profess. meritiss.* sequentem Epistolam

stolam à laudato suo Proavo ad Cl. Schobingerum Med. St. Gallens. datam ex autographo obtinui: *Scire à multis diebus cupivisti Cl. V. quâ tandem Medeâ Æsoni recocto pristinus ætatis vigor redierit, ipsumque adeò plumbum, depositâ suæ impuritatis senecta, in aurum purum nitidumque concesserit. Quando verò ego* ἐποχῇ *vel Pythagorica vel saltem Pyrrhonia hactenus nil respondi, suspicionem fortè nonnullam subdubitanti tibi movere potui, tanta rei mysteria sacrorum instar Eleusiniorum premenda studio à me occulta teneri, nec temerè in vulgus efferri, quòd omnem fidem sensuumque quantumvis acerrima* κριτήρια *superare solent. Id certè quantumvis movere me potuisset nonnihil imperitæ multorum incredulitati jure si non merito saltem aliquo indignantem, commissi tamen silentii causa non fuit, cùm id, quàm fuit diuturnum, solius fatear variorum negotiorum* συνδρομῆς, *inofficiosum esse delictum, nolente etiam Domino improvidè admissum: jam tandem liberior nonnihil ab iis quæ me diversum abripuerant, quod pridem scire flagrabas sat citò, si sat benè narraturus breviter: non ut quicquam fide majus persuadeam temerè, sed rem simpliciter prout est gesta, candidè exponam, atque adeò tuo ipsius maturo judicio quid in alterutrum vel* καταφάσεως *vel* ἀποφάσεως *partem colligi possit liberrimè relinquam. Plures jam menses sunt, cùm Basileam veniret quidam, natione Scotus, qui se ex illustri Comitum familia oriundum, Alexandrum Sutoneum dicebat. Is mecum petebat familiare colloquium, ut quam adscripserat privata scheda Raphaël Eglinus Tigurinus Minister, coràm salutem diceret, mecumque adeò de chymicis rebus amicè conferret. Ego interea maxima illius diei parte domo absens hominis videndi ante sextam vespertinam locum non habui. Tum demum congressi, cùm ultro citroque de communibus studiis Medicis veriùs quàm Philosophicis, quantum in iis mea ferebat infirmitas, disciceremus, sperebam ipsum suâ sponte aliquam philosophicæ transmutationis mentionem injecturum, cùm illius specimen, anteà quàm me adiret, nostrati Pharmacopœo Andreæ Bletzio admirandum planè exhibuisset, plumbi aliquot unciis in aurum purum conversis. Cùm verò id ipse non ageret, contestari hominem incepi, & amicè, si quid hac parte certi novisset, rogitare, ut vel minimo* αὐτοψίας *periculo me exhilararet, qui cæterum de re tanti momenti, an unquam effectui dari posset, non nisi addubitarem. Bis terve, cùm seriò negasse videretur, nihil se quippiam eo in negotio comperti vel scire vel habere, tandem precibus victus condixit, eâ lege, ut secum cœnitarem, allatâ quæ vellem, ferri vel plumbi aliusve metalli copiâ. Placebat conditio. Negotiis interea medicis percuratis, post septimam vespertinam plumbum in tenues ductum laminulas adfero, cujus unciis tribus cum semisse minutim concisis, crucibulum ipse protulit quavis re alia vacuum & inane, in quod segmenta ipse & nos qui aderamus, interspersо sulphuris pulvere à Pharmacopœo adhibito recondimus. Protulit tum cucullo inclusum rubentem pulverem, pondere sat gravem, cujus dimidii grani quantitatem bilance expensam, cùm mihi servandam dedisset, ad focum aurificis properavimus: cui postquam crucibulum imposuisset, incalescenti*

jussit

jussit quem chartula servabam inclusum pulverem adjicere. Eo facto carbonibus ardentibus supernè injectis ignem validum sufflando excitavimus, quo per horæ quadrantem perdurante, effuso & exempto quòd inerat, purum, putum & vel Ungarico præstantius aurum deprehendimus, scoriarum nihil vel parum admodum remansit. Attonitus ego tantæ rei conspectu dubius hæsi nonnihil, an sine fraudis aliquo ingenio res tanta admiratione digna præstari potuisset. Apertè mihi professus est, quodvis metallum se pari modo ad suam perfectionem reducturum, quamvis de aliis inprimis de ferro plus excrementorum recedat, quam de plumbo. Flagitabam pauxilla granula artificis pulveris, sed pernegavit, de cætero summè benevolus, auri saltem confecti frustulo donarii vice relicto. Abiit autem properè sequenti die, vir modestus, splendidè vestitus, duorum famulorum comitatu. Sic aurei velleris longè minori negotio, quàm Argonautarum turbæ, vel conspiciundi saltem occasio summâ nostra philosophica quiete non defuit. Tu jam quem voles plausum edito. Quod si verò dubitandi ausam ambabus manibus amplecti, remq; gestam accuratius expendere volemus, fortè non omnino carere poterit illusionis alicujus suspectione. Si fraudem facere de industriâ noluit, ut potuit, sic certè sine ullo vel mei vel alterius cujuspiam detrimento conatus est, quandoquidem totus à communi aliorum turba diversus, nec operandi locum ullum, nec Principis alicujus familiaritatem, quo ditaretur, requirere videbatur, Principes fugiens, satis ipse nummatus, ad Regem Angliæ, à quo pro gentis more & consuetudine revocabatur, properans. Tum si circulatorio dolo ludere voluisset, & manuum dexteritate plumbi loco aurum injicere (quamvis nos plumbum bis visum oculis ipsimet manibus agitatum crucibulo imposuerimus) cur tanta copia signatum aurum igne dissolutum perdere voluisset? cùm ultra quinquaginta ducatorum summam, duabus projectionibus heic Basileæ factis, elicuisse non hæsitanter affirmare ausim: cùm in minori copia ejusdem fidei & auctoritatis futurum specimen exhibere potuisset. Sed audi, quid mihi dubium moveat. Qui furno adstitit aurifex cùm jamjam eximendum crucibulum intueretur, in eodem, ceu plures sibi aurei solares incumberent, observavit. An ergo manuum celeritate nobis non animadvertentibus plumbo immiscuit aurum: an auri ebullientis quasi subsiliens motus eam præ se ferebat speciem. Plumbum certè nunquam cum auro in puram, nitidam, suique numeris perfectam coire massam quotidiana experientia deprehenditur. Vel ergò sincerè egit: vel fascinatis nostris oculis, plumbo lusit: plumbeique loco crucibuli, aureum substituit. Hæc sunt Cl. Vir, quæ hactenus quærenti sibi de ingenioso philosoph. perfectionis experimento respondere libuit. Tu si quid simile unquam vel verum vel fictum videris, audierisve, ad nos perscribes, simulque tuâ nos sententia edocebis, talisne transmutatio, stantibus naturæ rerum immotis principiis sine ullius malæ vel ludicræ fraudis interventu præstari unquam possit. Ego in negantem hucusque partem cùm inclinarem, Scoti tamen hujus specimine nonnihil mutavi propositum, quantumvis iis ipsis, quæ vidi, certam omnino fidem præbere non possim. Optimè vale

me vale Clariss. Vir, & consanguineum tuum Doctorem Bartholomeum ex me officiosè saluta. Ex quâ elucet nihil fraudis subfuisse, etsi aurifex putabat, cùm jam eximendum crucibulum intueretur, ceu plures sibi aurei solares incumberent, illud enim huic tincturæ commmune est, dum in ingressum in Saturnum aut Mercurium penitiorem adigitur. Eadem recenset *Johan Wolfg. Diedenheim J. U. & Med. Doct. Prof. Friburg. Brisgov. in Tract. de Medic. universali.* Id verò addere possum me hocce frustulum auri *Excell. Johan. Jacobo Zuingero* à Setonio donatum hisce meis oculis vidisse & manibus contrectasse, ut de hisce minimè dubitari possit; ceu non minus quoque dimidium monetæ minimæ apud nos usualis, quæ corvi nomine claret, cum dicto frustulo possidet *Experientiss. Clariss. D.D. Theodorus Zuingerus Med. Doct. Phys. Profess. Acad. Nat. Cur. Aristot. meritiss. Amicus honor.* cujusque altera pars in Archivo Bibliothecæ publicæ extat, cujus transmutationis Auctor extitit *Leonhardus Thurneiserus Basiliens.* qui præcedenti seculo hîc & in aulâ Elector. Brandenburgici alibique floruit. Plura alia curiosa de hisce refert *Morhofius de Metall. Transmut.* Cœterùm, quod plus est, testantur Fratres Roseæ Crucis ejusmodi transmutationem metallorum esse solùm parergon hujus lapidis, יהוה autem longè majora adhuc arcana, nimirum præter Magiæ naturalis & Cabalæ summa secreta ope hujus Tincturæ acquirenda, præcipuè Salamandram ejusmodi rubentem, præsentissimum esse remedium contra morbos quoslibet, ut etiam *Kerckringius in not. in Basil Val. Triumph. Antim.* ejusmodi arcanum naturæ mysterium *regem regum* vocitet, quem quia in dignitate *regulus* (rectè enim quoad particularia *Com. Trevis. Non datur ramus, nisi qui sit ex trunco*) quidam sequitur, itidem morbis & egestate subditos suos sublevans, is hîc sistendus erit, *Lapis* nimirum *Ignis Basil. Valentin.* ita dictus, quod ope ignis & ex subjectis igne naturæ plenis præparetur, ac etiam instar ignis morborum materiam consumat, verb. gr. ℞. *Miner. Antimonii,* ⦶ *ana part. equal.* ure super △ne enchirisi commoda ut materia nigra evadat, ex quâ confice Vitrum, ex quo subtilissimè trito ✠to ʒii in *Ludov. enucl.* proposito extrahatur Tinctura, quam abstrahe leniter ad pulveris remanentiam, huic affunde *Spirit. vini rectificatiss. q. s.* extractionibus confusis ad ℔ ij. adde ⊖ *ʒii ℥iv,* circula per mensem in vase clauso, feces separa, extrahe Sp. vini ad pulveris remanentiam, qui igne fortiori destillatus *oleum* dulce, gratum, pellucidum & rubicundum exhibebit; hujus *olei rectific. & ⩧ti ex ☿ ʒii & ol. ⊕li ♂ rubicundi facti* ana infunde in phiolam bene clausam, abstrahe phlegma & remanebit pulvis fixus, fluidus, medicina grata & dulcis tum hominum tum metallorum, magis tamen hominum, si *Glaubero*, qui eum præparavit, teste, non penitus fixetur, sic enim incredibilia eum præstare asserit Idem, si nimirum frustulum ejus infundatur in *Spir. vini saccharato* & ejus aliquot

cochlearia in vino, cerevis. jusculo sumantur; abigit nimirum pestem, lepram, podagram, epilepsiam, obstructiones quasvis referat, inprimis verò insigne est odontalgicum remedium, si ore cum dimidio cochleari vini detineatur, operando instar apophlegmatismi :: præprimis etiam externè in oleo coctus mira in Ulceribus & vulneribus præstat, quale oleum umbilico illitum mox suffocationem uteri sistit, uti videre est apud *Glauberum de tribus Lapid. Ign. secret.*. De reliquo ex prædictis facilè quis inferre poterit qualenam pro vero Auro potabili sit habendum. ♃ nimirum ☉re fixissimum in decenti liquore ut *Spir. vini rectificatiss.* solutum absque heterogeneitatibus & spiritibus corrosivis, sic namque de vero citrino Oleo ☉ri, si gutta unica (*Rogerius* tamen *Baco* sumit ad Spir. vini ℥ij. elixiris ℈j.) in integrâ mensurâ vini solvatur, optimum ☉ potabile exhibet; ut habet *Benedict. Figul. Thesaurinell. Olymp. aur. Part. III. pag. m. 135.* de quo *Paracelsus Manual. de Lap. Philos.* & ex eo *Tackius Chrysog. Anim. Min. p. 115.* testantur, illud omnes fixos morbos pellere, ac etiam rejuvenescentiam procurare, exemplo Alchimistæ 50. annorum qui se in fortitudine, & pulchritudine 20. annorum fecerat, ut capilli ejus deciderent, dentes perderet & omnia rursus crescerent, id quod *Johannes Damascenus* ita testatur :: Et in hoc completur pretiosum Dei Donum, quod est super omne mundi scientiarum arcanum & incomparabilis thesaurus thesaurorum, quia ut dicit Plato, qui habet istud Dei donum, mundi habet dominium, quoniam ad finem divitiarum pervenit & naturæ vinculum confregit; non tantùm ex eo, quod habet potestatem convertendi omnia corpora imperfecta in purissimum Solem vel Lunam, sed magis ex eo, quòd hominem & quodlibet animal præservat in conservatione sanitatis. Nam si de lamina crystallina, quæ est Elixir ad album, detur quantitate grani sinapis febricitanti, curatur. Et leprosus si per quatuor tempora anni de eadem lâmina purgatus fuerit, liberabitur, in quantitate grani sinapis pro vice item sumendo. Et si elephantiasin patiens purgatus fuerit cum pulvere rubeo unde fit Sol, bis in anno, videlicet in Martio & Septembri, curatur. Et uterque pulvis albus & rubeus sanat stantes in periculo mortis. Et si Caduci capiant bis in anno, curantur. Sanat etiam paralysim. Item si pulvis teneatur ad nares existentium in partu liberantur, hoc dicit Hermes. Geber autem dicit, quod Elixir rubeum curat omnes infirmitates chronicas, de quibus Medici desperaverunt, & facit hominem rejuvenescere, ut Aquila, & per quingentos annos vivere, & amplius sicut Philosophi aliqui fecerunt utendo tribus vicibus in hebdomada, quantum granum sinapis. Et est herba, quæ vocatur Saturnia vegetabilis, de qua fit medicina, ut dicit *Hermes*. Unde omne simile augmentat suum simile, omnis species gaudet cum sua specie, & omne genus cum suo genere lætatur. Quare omnes infirmitates, quæ

à ver-

à vertice capitis usque ad plantam generantur, si fuerint unius mensis, in die; si unius anni, in duodecim diebus, si ex longo tempore in mense curantur, quia sicut curat metalla infecta ab omni infirmitate, sic & humana corpora. Quapropter noster benedictus lapis non immeritò Theriaca major tam corporum humanorum, quàm metallorum dicitur, de qua Hermes Rex Græcorum, & pater Philosophorum ait: Si de Elixire nostro omni die usque ad septem dies sumpseris pondus trium carobiarum, capilli tui cani de capite cadent, & nascentur nigri & ita de sene fies juvenis & fortis: Et si vis, ut homines & dæmones tibi obediant, fac de prædicto Sole unum annulum, & de herba sui nominis, in quo pone lapidem album vel rubeum, & ibis securus, quocunque volueris. Idem quoque *Richardus Anglicus* aliique testantur. Num verò similia remedia obtineat Romæ in Castello St. Angeli non sine singulari gratiâ Pontificis consilia medica dans Celeb. Eques *Burrhus Lectori* obtrudere nolo, id saltem referre possum, quæ Nobilis quidam ad nos seq. exaravit verbis: Je receus de M. le Chevalier Borry deux petites ampoulles pas si grosses que le bont du pouçe d'un Baume fort pretieux, dont je commençay à me servir sur le champ, & ainsi je me résolus de l'abstenir quelque temps de l'ecriture, pour n'en point interrompre l'effet; Ce Baume est brun & fort epais, avec un peu de liqueur couleur d'or qui surnage, il ne m'en a ordonné qu'une petite goutte dans de l'hostie mouillée, à prendre à heure avant le souper, il y en auoit enuiron 48. gouttes; dans ce qu'il m'ecrit il marque que c'est *Un vero Rimedio universale*, & dans ce qu'il en mande à l'un de ces Mes. les Ambassadeurs qui sont à Rome il marque: *Questo Rimedio e potentissimo, & lo do difficilmente cosi schietto perche non mi torna a conto ma in questa occasione a suo riguardo, ho volsato servire questo Signore comme se fosse un Ré di Corona*; En effet il faut s'estonner de l'operation si puissante d'une si petite chose prise en dedans & qui va attaquer le mal dans le Cerveau, quoique rien ne soit plus benin que son effet, il me le marquoit ainsi: *Opera hora per sudore, hora per urina, & hora per secesso, secondo il bisogno delle parti offese dove si accende il male*, mais je ne m'en apercois presque pas, ou bien de la force qu'il a d'attaquer la vapeur dans le Cerveau, qu'il pousse, qu'il partage, & qu'il abat &c. De reliquo dùm ejusmodi Remedia Universalia magnificamus, minimè nomine Universalis illud volumus indigitare, quasi omnia morborum genera indifferenter curent, morbos siquidem organicos, ut Vulnera lethalia, Gibbositatem aliaque depravationum genera ejusmodi remedia minimè corrigere valet, sed id saltem intendimus, quòd quia actiones corporis nostri ex decenti spirituum systasi, crasi & robore decenter emanant & inde ex earundem ἐξαμβλώσει, paucitate, languore, impuritate, obscuritate, nimiâ luciditate effrœnique motu, aliisque modis morbi ingruunt, haud adeò ab-

fatdum esse, dari ejusmodi remedium universalissimum, quod omnes ejusmodi heterogeneitates spirituum corrigat, imagines eorum morbosas, ut *Helmontius* loquitur, extinguat, omnesque perturbationes ideales deleat & superet; Si morsus viperæ, ait *Exc. Frid. Hoffman. Clav. Schröder. p.m.* 446. extra notabilem humoris quantitatem & quasi solo attacto sæpe occidit & ad cujusdam liquoris inunctionem in manu factam, si mentum viri quis attigerit, paulò post barbæ pili excidunt, quid nî etiam remedia dabuntur, quæ scilicet solo gustu, non dicam contactu Archæi errores compescant citra ullam perceptibilem quantitatem archæum sedantia & demulcentia? quæ ratio, quòd ægroti sæpenumero gliscente adhuc causi & aliorum morborum vigore à specifico quodam remedio in momento quasi, priusquam à debili tunc ventriculi digestivâ in actum potuit deduci, notabile levamen & insequentem sanitatis plenam restitutionem sentiant, id quod vel millies in praxi meâ observavi: Id dicere possum Fœminam quandam Panacæâ Anvvaldinâ dum apoplexiâ corriperetur, mox fuisse in integrum restitutam, imò novi ab eadem Panacæâ phthisicam jam moribundam ita fuisse recreatam, ut in apicibus digitorum ejus vires senserit, quamvis ejus sapor sit nullus, ut gustus mihi dictitabat. Sic & insignis *Helmontius* refert de *Lapide Buttleri Angli* (de cujus historiâ lectu jucunda habet cit. *Frid. Hoffmann. in Clav. Schröder. pag. m.* 89.) quòd eo solo morbos omnes à spirituum procellà obortos feliciter & citissimè curaverit, atque sufficeret, si aliquis solùm apice linguæ lapillum lingeret vel oleo olivarum quo intinctus erat se se inungeret, tum enim confestim homo ille levabatur, nullo Dæmonis pacto intercedente; sicut enim, ait *Helmontius* dictorum ocularis testis, naribus imperceptibilis fraccedo seu odor pestilentialis in vestibus aut linteis observatus mox in altero pestem & sæpe ipsam mortem inducit, ita nil vetat, quin non detur Medicina in tantùm exaltata quæ odoretenus, naribus quidem imperceptibili sed archæo grato modo, omnes Archæi perturbationes sopire & delere possit, uti experientiâ constat dari talia particularia in particularibus morbis, mox suum thesaurum proferentia; unde concludendum simili amicissimo odore lapillum *Buttleri* fuisse gratum: Sicuti autem in prædictis 🜖 ☉eum primas tenuit, ita credibile erit 🜖 ♀ris in hoc *Buttleri* lapide ob vim anodynam archæalem prædominari, *Helmontio* enim referente primarium hujus Lapidis ingrediens est 🜖 ♀*ris* cum ⊖*le marino fuso* & *usneâ* permixtum & ope *Ichtyocolla* in trochiscum formatum. Atque ante hunc *Theophrastus Paracelsus* hîc & in viciniâ olim Medicinam exercens, etiam inter sua magnalia retulit hoc 🜖*ru elementum ignis Veneris* ipsi dictum, præter quod, *G. Hornio in Arcâ Mosis pag m.* 140. referente, etiam *Tincturam Lili* ab electro immaturo (fortè cinnabari nativâ auriferâ) extractam, *Mercurium vitæ* stibii prolem

integri,

integri, *Tincturam Lili* etiam antimonialem, *Mercurium diaphoreticum corollatum* sive Arcanum corallinum, quod Aurum horizontale vocat, *Liquorem alcahest* & tandem Elementum seu *Lac margaritarum* pro remediis heroicis omnes spirituum morbos sanandi & ab impuritatibus quibusvis liberandi venditavit, verùm quia obscurissimè horum præparationem dedit, non mirum ad particularia remedia in particularibus morbis esse frequentem recursum. Idquoq; facilè crediderim remedia ejusmodi de ♀bus ejusmodi fixis è *regno minerali* desumptis præparata longè nobiliori modo, quàm alia è vegetabilibus desumpta operari, sic enim novi Chymicũ quendam ♀ris ☉ris instar brodii saginati guttâ unicâ cyathum vini albi in rubrum tinxisse & quartâ saltem grani parte assumptâ sudorem sibi ipsi induxisse minimè ut vulgaria sudorifera solent cum virium prostratione vel dissipatione spirituum, quin potiùs plurimùm inde roboratus fuerit. Nos hinc meritò, Nobis, Tibique, Lector benevole, & unicuique qui magnalibus ejusmodi opus habet, Universalia talia exoptamus, vel ad exemplum Magni illius *Erasmi Roterodami*, cujus verba apud *Thurneiserum Tract. de Quint. Essent. post Præfat.* sequentia extant: *Est hic Medicus nostras, qui præsidio Quintæ essentiæ prodigiosa designat facinora, è senibus juvenes, è mortuis vivos facit: unde nonnulla spes est ut rejuvenescam, si modo liceat quintam essentiam degustare.* De reliquo quia quoque de Lacte perlarum mentio à nobis hîc & in *Præfatione Regni Vegetabilis* facta, audivimusque quendam in celebri aliàs urbe ex perlis minoribus perlam insignem arte effecisse, quam dixerit majoris esse pretii illâ ipsâ urbe in quâ hanc elaboraverat, non incongruum erit etiam de hocce ditescendi thesauro, qui ex supra allato velut umbra corpus consequitur, quædam dicere, dimissâ procul illâ perlarum & corallorum fabricâ, quam sistit *Paracelsus de Transmutat. Rer. natur. Oper. Tom. II. pag. m. 10.* quamque imitatus quidam Parisiis, nimirum juxta hunc purgatur albumen ovorum per spongiam quàm purissimè, in quod inspergitur & miscetur pulcherrimum album Talcum vel conchæ perlatæ aut Mercurius per ♃m coagulatus & in alcohol redactus & simul in mortario optimè teruntur, ita ut fiat densum amalgama, quod in ☉le vel post fornacem calidam siccetur eò usque dum fiat ut caseus & hepar, postremò ex hac massâ formantur perlæ majores, minores; quæ setis suillis affiguntur & ita perforatæ ut succinum siccantur, affricto si non satis splendeant, de novo exterius ovi albumine. Quod si cum cinnabari hoc modo procedatur, Corallia æmulabuntur. Verùm longè nobilius procedetur, si elixir ad album ad manus sit, quod supra oculos piscium coctos referre diximus, nimirum, juxta *Dionys. Zachariam*, ejus unciæ duæ vel tres ponantur super cineres, in alembico parvo benè clauso, destillentur igne lento primùm, cùm nihil hoc igne stillare volet ampliùs, mutato recipiente lutatoque, fortiori


tandem urgeatur igne quicquid aſcendere poterit. Liquor iſte ſecundus in alembico recenti per Balneum Mariæ deſtilletur, tertiò cohobando liquorem ſuper feces viſcoſas, & aquâ brevi ſuo tempore diſſolventur: tertia vice tamen totum per cineres deſtilletur, & poſtmodum in alembico recenti per balneum rurſus deſtilletur quater, feces vice qualibet ſervando ſeorſim, uſque dum aqua deſtillata ſit clara ſplendensque perlarum candido nitore, cujus uſus hic eſt ad uniones. Ponantur iſti *licet minutiſſimi* in cucurbitam parvam, quibus affundatur *aquæ dicta* tantùm, ut parumper emineat, cooperiatur galea cœca, & poſt horas tres in paſtam reſolventur albam, & ſupernatabit liquor admodum clarus, evacuetur modeſtè ne turbetur. Cucurbita cum paſta ponatur cooperta in Balneum Mariæ tribus diebus digerendo, poſtmodùm auferatur. Fabricetur formula argentea rotunda, intrinſecus deaurata, quæ per medium in duas æquales partes aperiatur, adapteturque filum aureum vel argenteum deauratumque inter ambas concavitates. Tandem ſpatula aurea formulæ medietas repleatur utraque dicta paſta, filum per medium collocetur in medio ſui foraminis, claudaturque formula, filum autem protrudatur ac retrahatur, quò benè foratus ſit unio per medium. Aperta formula eximatur unio formatus & ponatur in ſcutellam auream altera ſimili coopertam, non tangatur manu, ſiccetur in umbra, & non ad Solem. Cùm plures habueris, filo perforentur omnes, & in canali vitreo ab una parte latum foramen habente, ab altera non majus filo aureo, & ſuſpendantur ſimul in bocia vel urinali vitreo mundo ſupra liquorem dictum ſublimatum, lutetur vas & octo diebus in aëre contineatur, poſteà tribus ad Solem, ſingulis ternis horis movendo vitrum, ut vapor aſcendat, hoc artificio perficientur uniones tantæ quantitatis ut voles. Ad eundem modum de rubinis & carbunculis fieri poterit, rubei mercurii medio, poſt unicam ejus refectionem. Idem teſtatur *Groſchedelius in Deſcript. Lap. Philoſoph. pag. m.* 187. inquiens: Multa mirabilia fiunt cum hac medicinâ etiam aliis in rebus, Vitrum malleabile facit & ex cryſtallo fuſo cum ea carbunculum trahimus & ex multis perlis unam prægrandem & naturali ſimilem componimus: Et ex hac quoque causâ ſtatuiſſe videtur *Alex. Achilles de Cauſ. Terræmot. & Miner.* apud *Morhoſium,* nimirum unionum productionem eſſe ex argenti vaporibus (ut corallorum ex ☉) qui è terris ſubjectis iſtarum minerarum feracibus evehuntur, maximè quòd virgula venarum argentiferarum index ad uniones vel oſtrea æquè ut ad argentum ſe inclinet. Cæterùm qualiter ex argento ſolo ſulphuris fumo vel ⊖le embryonato Tinctura rubicunda fixiſſima certâ debitisque inſtrumentis obtenta fuerit, cujus pars una duas ☉ ficarât, & hujus poſtea pars una partes ☽ti 164. videri poteſt apud ...oſiſſimum & Candidiſſimum *Beccher.* Chymiſch. Glückhafen *p.* 291.

Id id.

Id dicere possumus vitrificationes ejusmodi operationum alchymisticarum esse certissimas & fructuosissimas ipsamque Lapidis Philosophici operationem ad hasce reducendas esse, qua de causa etiam *Virum Excellentissimum & Experientissimum* DN. D. *Nicolaum Grojean Medicum Biennensem Curiosissimum, Fautorem honoratiss.* de Processu tertio ex *Becchero* itidem desumpto Auctoris Trium Mirabilium Germanicè editorum experimento instituto certiorem redditum novi, ut hinc quoque minimè dubitemus de primo illo inter Operationes ♀reas ejusdem *Beccheri* cum ♄no instituto, quod sistit cit. pretioso libro *p. m.* 406. quem Lectori commendamus. Sed satis de hisce.

FINIS

SELECTUS REMEDIORUM è TRIPLICI REGNO.



APPENDIX

APPENDIX ANNOTATORUM

In Viri Celeberrimi DN. GEORG. WOLFFG. WEDELII *Libr.*

DE

COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM EXTEMPORANEA.

In SECT. I. CAP. I.

De Compositione Medicamentorum in genere ejusq; necessitate.

PRæscripta illa, quæ citra ullum judicium compilata sunt, ut receptæ trium ulnarum, &c.) Medicus evitaturus falsum scomma Barclai Argenid. Lib. I. *Rustici securiores notis inemptisque (simplicibus scil.) remediis quàm in Medicorum fide mercedem ex supervacuâ curationis morâ interdum captantium*, nil melius aget quàm Naturam ipsam pro Pharmacopœo in Compositione Medicamentorum imitabitur, prout namque Divina Benignitas ex immensa acie Remediorum ad morborum insultus edomandos, in radicalibus primordiis jam certam eamque specificam mixtionem intendit, quò determinati morborum sapores eorumque Characteres singulares superari & omnimodè deleri possint; ita omninò Medici, qui naturæ Minister est, officium erit, in hac rerum naturalium obscuritate id intendere, ut defectu cognitionis exactissimæ & intimæ simplicium craseos ad morbos in centro ipso enecandos, Compositionem medicamentorum dirigat taliter, quasi ipsa natura (ad vitiosos naturæ motus corrigendos) compositionem erexisset. Hinc namque non spernenda remedia illa, quæ *Dioscorides Parabilia* Libro peculiari vocat,

vocat, dum unum vel duo ad summum combinat & ad morbum ejusque causam dirigit, observans laudabiliter aureum illud *Arnoldi de Villâ Novâ* monitum: *Non tentandum composito, simplici quod effeceris*; & illud *Helmontii*: *Pauca Medicum nobilitant*, quatenus nimirum jam in ipso simplici naturalis mixtio artificio humano tantùm non inimitabilis datur, directa è diametro morbo ejusque causæ, prout *Paracelsus* Visci quercini simplicitatem & brevitatem in Caduco sanando admirandam sistit: Insuper commixta ejusmodi Theriacalia trium ulnarum, occultâ sæpius proprietate particulisque componentibus inter se dissident, ut magis inter se confligere necessum habeant quàm ut cum morbi causâ pugnent; unde & monitum *Fernelii* omninò egregium est: Optimum igitur & inprimis conducibile est ad unumquemque affectum simplicem præstantissima simplicia tanquam remediorum bases accommodare & in promptu habere non gustu modò & ratione, sed experimento quoque & usu longo comprobata: nullus siquidem morbus est adeo sævus & immanis, cui oppositum remedium Omnipotens non decreverit, quò magnalia ejus eò clariùs enitescant.

Compositio necessaria est) I. Ratione Subjecti, ut æger remedium facilius assumat & ne morbo jam afflictus medicamento ingrato, ex antipathiâ mirandâ sæpius ipsi adverso, à Medico de novo affligatur; prout & maximè hac in re Nationum illa differentia notatur, quòd Itali præterquàm tutò curari velint, haustus sat magnos eosque fastidiosos non recusent, Galli itidem fastidiosas hauriant potiones, Germani verò præ reliquis omnibus in formulis remediorum Medicum sæpissimè vexent, cui hinc præcipuè incumbit loco pulveris verb. gr. Bolum, loco hujus Rotulas &c. efformare. II. Ratione morbi ipsius; sæpius namque morbo alii morbi complicantur, præsentibus & contraindicantibus, unde ingeniosè Medicus omnia respicere debet, ut concinnatis aptè simplicibus unicuique decenter prospiciant, prout & sæpius notabilissimum illud symptoma Dolorem lenire necessum habet, quem si additis insimul quæ primariò anodyna audiunt; Causam scilicet morbi tollunt, mitiget, optimè ex præscripto artis aget. III. Ratione miscendorum, ut simplicium Vires aut exaltentur (de quo vid. *Tachen. Hippocrat. Chym. pag. m. 161.*) vel ut *Helmontius* loquitur, sanguis à cruore secernatur, aut si vehementia nimis sint plusque quàm decet materiæ subtilis secum in corpus deportent, addito alio motum ejusmodi sufflaminante minusque ejusmodi materiæ in corpus devehente corrigatur, vel alia, quæ in eo subest acrimonia vel insignior viscicitas &c. mitigetur. Quare & *Cornel. Agrippa de Occult. Phil. Lib. I. Cap. 35. p. 49.* in commixtione duplicem statuit virtutem, unam videlicet quæ partibus suis prius insita est, & cœlestem aliam quæ per certam & artificiosam multarum rerum invicem confusarum & secundùm certas proportiones

commiſtionum, quales cum cœlo conſentiant ſub certâ conſtellatione acquiſita, qualis commixtio ſi fabricata ſit ex multis materiis ſub cœleſtibus influxibus tunc varietas illinc quidem cœleſtium actionum hinc verò potentiarum naturalium congregata, faciat quædam mirabilia per Unguenta, per Collyria, per ſuffimigationes & ſimilia. Neque etiam inficiatur *Paracelſus de Caduc. Paragr. II.* multa Recepta tam compoſita quàm ſimplicia conſcripta eſſe, quorum arcana & myſteria minimè improbari poſſunt, ſed utrum ea in *Meſue, Rhaſis* &c. compoſitis quærenda ſint, utrum non melius fuiſſet talia qualia à natura prodierunt, ſub aſcendente debito collecta in uſum adhibere, meritò dubitat. Quo & illud monendum venit, male compoſita quædam officinalia accuratè combinata multis novis ſimplicibus adjectis commiſceri ſicque plusquamdecompoſitionem inde fieri, vel talia invicem combinari quæ jam combinata in Pharmacopolio extant. Quare meritò *Daphnorinus* ejusmodi farraginem exagitat ſeq. carmine:

Si quid è tenui Salino parca ſepoſuit manus,
Id ubi depoſcit omne Pharmacorum conditor,
Aurea ſtructor propinæ, gnavus Hippocratis coquus;
Sanitatis è taberna miſſus advolat puer,
Voce ſolvi turbulentâ jure ſtricto poſtulans.
Tot Receptorum cylindros, totque doſium codices,
Tot Syrupos tot trochiſcos, urceosque eclegmatum,
Morſulos, tabulas, elixir, pulveres, cataplaſmata
Tot catharſes in patellis, in cucullis pillulas,
Quot queant ciere ſeptem Ruſticorum pantices.
Heu nimis pretioſa menſa pauperis jentacula!
Unde eorum eſt vacua farto pyxis atque capſula:
Unde fugitivis anhelat arcula noſtra nummulis.

In SECT. I. CAP. II.

De Formâ, Baſi &c. Compoſitionum.

FOrma interna & externa.) Breviter Forma interna hîc eſt forma ſimplicis eſſentialis, quæ activitate ſuâ certum humorem peccantem certamque partem ejusque partes conſtituentes, ſeu ſint glanduloſæ ſeu fibroſæ muſculares, reſpicit pro ratione nimirum indicantis. Externa verò eſt, quæ artificioſè, aptè & concinnè medicamenta commiſcere docet, v. g. in Bolum, Electuarium, Pulveres, Pilulas, Decocta &c.

Ut fundamento, *baſi ſcil.*) Optimè Baſis fundamento comparatur, cùm ei reliquæ partes, quas minus principales Autor vocat, ſuperſtruantur, &c

tur & inserviant. Medicamentum nimirum est, quod præcipuè Indicationibus satisfacit & in Composito medicamento maximam vim habet, reliquaque admixta vel vim ejus acuunt, vel vehementiam diminuunt, vel operandi modum determinant, utque totum compositum figuram debitam acquirat, nec non illud aliquatenus incorruptum servari possit, faciunt. Sic namque Theriacæ basis statuitur Opium, Confect. Alkermes Ambra, Diascord. Fracast. Bolus Armena, cui quia quoad vires similis associatur Terra sigillata, Basis in hoc medicamento *composita* audit, uti & in seq. *Pulvere antidysenterico*: *℞. Ras. priap. ceti ʒiß. Epat. viper. siccat. ʒß. mag. corallor. cum succ. citri ℈ij. Laudan. cydoniat. gran. vj. ol. destillat. cinamom. gut. iv.* M. F. Pulv. pro 5. vel 6. dos.

In SECT. I. CAP. III.

De Corrigentibus, Dirigentibus &c.

AUtor hoc Capite de partibus minus principalibus agens illuc tendit, ut debitè moneat in ratione componendorum medicamentorum considerandа esse præter causam, quam basis principaliter respicit, tum partem affectam ejusque internam configurationem, ut illa illibata servetur & potius compages roboretur; dein ut respiciatur ad illius situm, quin & sensum, insuper sensum gustus, ne horrorem nauseoso medicamento de novo incutiat, ultimò ad medicamenti corporaturam, quæ taliter comparata esse debet, ut basis, quæ causam morbi primariò adoriri debet diffusione indecenti minimè infringatur. Exemplum sistit *Ettmyllerus in Schröder. dilucid. Cap. 1.* in seq. contra Diarrhæam formulâ: *℞. Aq. menth. ℥iij. Terr. sigill. ʒj. Laudan. opiat. gran. iij. Spir. nitri dulc. ʒß. Syr. cydon. ℥j.* M. In quâ basis Terr. sigill. adjuvans Spir. nitri d. dirigentia & consistentia simul 🜄 & syrup. Corrigentibus verò non opus.

In SECT. I. C. IV.

De FORMA externâ.

EXimium hæc usum habet in Praxi &c.) Cedro utiq; digna sunt Authoris hæc verba, quibus innuit Medicum Practicum in curandis morbis ad eorum causam nunc copiâ suâ nimis infestantem, nunc qualitate specificâ peccantem aliisq; modis, formulam suam adornare teneri, sic namque in Hydrope remedia ♂tialia deobstruentia, coagulum in glandulis absorbentia longè felicius in formâ solidâ, pulvere verb. gr. anticachectico

exhibentur quàm in formâ liquidâ, unde aliquid feri copiam adaugens restitare potest; sic Hecticis melius humida acre colliquativum diluentia præ siccis propinantur.

Solida tardius operantur &c.) Nimirum ut solida, idque ex canone Chymicorum vulgato: Salia non agunt nisi soluta; hinc ut solida effectum exserant, ex salibus maximè promanantem, necessum est, ut diluantur liquore extra corpus vel ut liquorem in ventriculo & reliquo corpore offendant, quo extractio decens resultet. Cùm verò actio Medicamentorum purgantium, quæ in exemplum citat Author, dependeat potissimùm à sale acri mucilaginoso vel etiam sub resinâ occultato, patet qui fiat, quòd potio purgans verb. gr. *Electuarium Rosar.* ad ℥ß. in aqua solutum citius sedes moveat quàm Scammonium pulveris formâ exhibitum. Pulvere verò adhuc lentius Pilulæ ex Extracto Cathol. formatæ, quæ antequam operationem præstent, in massam mucosam primùm resolvuntur, hæcque rursus magis diluendа jusculis sæpius repetitis.

In SECT. I. CAP. V.

De Pondere & Dosi Remediorum.

Variant verò eadem ut effectus ipse Medicamentorum secundùm Individua.) Fermenta nimirum specifica hominum quoad individua, eorumque viscerum crases mirè variant, ut & fibrillarum robur glandularumque teneritas, ut dosis medicamenti infima homini adultæ ætatis sit summa, verb. gr. *Syrupus rosatus compositus cum Senâ, Rhabarbaro & Agarico* officinis Basiliensibus usitatus ad ℥iß. etiam aliquando Hypercatharsin moveat; quin imò eadem fermenta à medicamentis exhibitis ita modificantur, ut æger purè chymicis tractatus purè Galenicis posteà exhibitis parùm vel nihil alteretur, folia Senæ verb. gr. etiam supra ℥j. exhibita nullam sedem moveant, ut studioso cuidam Medico Gallo mercurialibus prius assueto accidit.

Dosis alia est extraordinaria.) Patet hoc in iis, qui purgantibus nimis assueti sunt, quibus dosis ordinaria augenda, ceu medico Practico purgationem instituere volenti inquirendum est, num æger sæpius purgatus sit an secus. Patet ulterius in assumptione opiatorum, quibus assuefacta natura dosin indies auctiorem sine noxa suffert.

Dosis alia est Primaria, alia Secundaria.) Exemplo itidem Opii, quod primariò somnum provocat & dolores lenit, secundariò verò pulveribus verb. gr. absorbentibus permixtum acrimoniam humorum mitigat,

mitigat, efferum spirituum influxum refrenat, lympham aliquatenus inspissat, sicque fluxus varii generis sistere valet, ceu Hypochondriacis pulveres hujusmodi utiliter exhibentur.

Sic sæpe Helleborus additur &c. ut in Oxymelite Helleborato.) Quamvis mirati sint *Gesnerum* Medici ipsi coætanei ut erat *Joh. Crato à Krafftheim* purgans insigne nimirum *helleborum album* huic compositioni admisceri, patet tamen insigne artificium sublatere, dum sic aperientium incidentium vis multum exaltatur & intenditur, ut obstacula viscositatum in tubulis partium hærentium ac sanguini etiam immixtarum longè fortius adoriantur, illaque penitius ac intimius pervadere valeat; hinc namque egregius usus est hujus Oxymelitis hellebori in Respiratione difficili Cachecticorum, commixtum cum Syrupo de Hyssopo, aquâ Cinamomi. Sic *Mercurius dulcis* ritè sæpius ⚹atus, qui propriè dictum purgans non est, in febribus intermittentibus cum successu exhibetur, ut dissolvens & enecans fermentum febrile.

Præstat verò semper subsistere infra summam dosin) Huc quadrat egregium *Sylvii* monitum *Prax. Medic. Lib. II. Tract. VI.* §. 319. Ergo in arte Medicâ, cujus nimirum apex summus concinna formularum compositio, regula universalis & aurea, semper blandè ac lentè procedendum in omni curâ ægrotorum ritè ac secundùm rationem sanam experientiæ indubitatæ innitentem instituendâ.

In SECT. I. CAP. VI.

De Modo & Ordine præscribendi.

TErtium denique est tempus.) Variant Medici summopere quoad tempus assumendorum remediorum tum purgantium tum alterantium. Major eorum pars suadet ut ventriculo cibis haud onerato assumantur, id quod rationi haud adeò absonum est; verùm & audiendi illi, qui ventriculo cibis modicè impleto ad chylum medicamenti qualitate in primis jam viis imbuendum illa propinare haud verentur, ceu cachecticis, in quibus vitiosa est ventriculi digestio, utiliter post pastum datur *pulvis stomachicus Birckmanni* admixto aliquid de *Diaphoretico martiato Dan. Ludovici* & *sale febrifugo Sylvii*. Interdum post pastum Empyricos quosdam *Decocta plantarum* ad morbos Chronicos cum fructu exhibere observatur. Sic etiam *Vomitoria* omnium optimè sæpissimè post ingestum cibum exhibentur, facilior enim non saltem tum fit vomendi actus sed & viscositates ventriculi heterogeneaque in eo subsistentia meliùs in altum vergunt.

furdum esse, dari ejusmodi remedium universalissimum, quod omnes ejusmodi heterogeneitates spirituum corrigat, imagines eorum morbosas, ut *Helmontius* loquitur, extinguat, omnesque perturbationes ideales deleat & superet; Si morsus viperæ, ait *Exc. Frid. Hoffman. Clav. Schröder. p. m.* 446, extra notabilem humoris quantitatem & quasi solo attactu sæpe occidit & ad cujusdam liquoris inunctionem in manu factam, si mentum viri quis attigerit, paulò post barbæ pili excidunt, quid nî etiam remedia dabuntur, quæ scilicet solo gustu, non dicam contactu Archæi errores compescant citra ullam perceptibilem quantitatem archæum sedantia & demulcentia? quæ ratio, quòd ægroti sæpenumero gliscente adhuc causâ & aliorum morborum vigore à specifico quodam remedio in momento quasi, priusquam à debili tunc ventriculi digestivâ in actum potuit deduci, notabile levamen & insequentem sanitatis plenam restitutionem sentiant, id quod vel millies in praxi meâ observavi: Id dicere possum Fœminam quandam Panacæâ Anvvaldinâ dum apoplexiâ corriperetur, mox fuisse in integrum restitutam, imò novi ab eadem Panacæâ phthisicam jam moribundam ita fuisse recreatam, ut in apicibus digitorum ejus vires senserit, quamvis ejus sapor sit nullus, ut gustus mihi dictitabat. Sic & insignis *Helmontius* refert de *Lapide Buttleri Angli* (de cujus historiâ lectu jucunda habet cit. *Frid. Hoffmann. in Clav. Schröder. pag. m.* 89.) quòd eo solo morbos omnes à spirituum procellâ obortos feliciter & citissimè curaverit, atque sufficeret, si aliquis solùm apice linguæ lapillum lingeret vel oleo olivarum quo intinctus erat se se inungeret, tum enim confestim homo ille levabatur, nullo Dæmonis pacto intercedente; sicut enim, ait *Helmontius* dictorum ocularis testis, naribus imperceptibilis fraccedo seu odor pestilentialis in vestibus aut linteis observatus mox in altero pestem & sæpe ipsam mortem inducit, ita nil vetat, quin non detur Medicina in tantùm exaltata quæ odoretenus, naribus quidem imperceptibili sed archæo grato modo, omnes Archæi perturbationes sopire & delere possit, uti experientiâ constat dari talia particularia in particularibus morbis, mox suum thesaurum proferentia; unde concludendum simili amicissimo odore lapillum *Buttleri* fuisse gratum: Sicuti autem in prædictis ♀ ☉eum primas tenuit, ita credibile erit ♀ ♀ris in hoc *Buttleri* lapide ob vim anodynam archæalem prædominari, *Helmontio* enim referente primarium hujus Lapidis ingrediens est ♀ ♀ris cum ⊖*le marino fuso & usneâ* permixtum & ope *Ichtyocollæ* in trochiscum formatum. Atque ante hunc *Theophrastus Paracelsus* hîc & in viciniâ olim Medicinam exercens, etiam inter sua magnalia retulit hoc ♀*ru elementum ignis Veneris* ipsi dictum, præter quod, *G. Hornio in Arcâ Mosis pag m.* 140. referente, etiam *Tincturam Lili* ab electro immaturo (fortè cinnabari nativâ aurifecâ) extractam, *Mercurium vitæ* stibii prolem

integri,


integri, *Tincturam Lili* etiam antimonialem, *Mercurium diaphoreticum corollatum* sive Arcanum corallinum, quod Aurum horizontale vocat, *Liquorem alcahest* & tandem Elementum seu *Lac margaritarum* pro remediis heroicis omnes spirituum morbos sanandi & ab impuritatibus quibusvis liberandi venditavit, verùm quia obscurissimè horum præparationem dedit, non mirum ad particularia remedia in particularibus morbis esse frequentem recursum. Id quoq; facilè crediderim remedia ejusmodi de 🜍bus ejusmodi fixis è *regno minerali* desumptis præparata longè nobiliori modo, quàm alia è vegetabilibus desumpta operari, sic enim novi Chymicũ quendam 🜍ris ☉ris instar brodii saginati guttâ unicâ cyathum vini albi in rubrum tinxisse & quartâ saltem grani parte assumptâ sudorem sibi ipsi induxisse minimè ut vulgaria sudorifera solent cum virium prostratione vel dissipatione spirituum, quin potiùs plurimùm inde roboratus fuerit. Nos hinc meritò, Nobis, Tibique, Lector benevole, & unicuique qui magnalibus ejusmodi opus habet, Universalia talia exoptamus, vel ad exemplum Magni illius *Erasmi Roterodami*, cujus verba apud *Thurneiserum Tract. de Quint. Essent. post Præfat.* sequentia extant: *Est hic Medicus nostras, qui præsidio Quintæ essentiæ prodigiosa designat facinora, è senibus juvenes, è mortuis vivos facit: unde nonnulla spes est ut rejuvenescam, si modo liceat quintam essentiam degustare.* De reliquo quia quoque de Lacte perlarum mentio à nobis hîc & in *Præfatione Regni Vegetabilis* facta, audivimusque quendam in celebri aliàs urbe ex perlis minoribus perlam insignem arte effecisse, quam dixerit majoris esse pretii illâ ipsâ urbe in quâ hanc elaboraverat, non incongruum erit etiam de hocce ditescendi thesauro, qui ex supra allato velut umbra corpus consequitur, quædam dicere, dimissâ procul illâ perlarum & corallorum fabricâ, quam sistit *Paracelsus de Transmutat. Rer. natur. Oper. Tom. II. pag. m.* 10. quamque imitatus quidam Parisiis, nimirum juxta hunc purgatur albumen ovorum per spongiam quàm purissimè, in quod inspergitur & miscetur pulcherrimum album Talcum vel conchæ perlatæ aut Mercurius per ♃m coagulatus & in alcohol redactus & simul in mortario optimè teruntur, ita ut fiat densum amalgama, quod in ☉le vel post fornacem calidam siccetur eò usque dum fiat ut caseus & hepar, postremò ex hac massâ formantur perlæ majores, minores; quæ setis suillis affiguntur & ita perforatæ ut succinum siccantur, affricto si non satis splendeant, de novo exterius ovi albumine. Quod si cum cinnabari hoc modo procedatur, Corallia æmulabuntur. Verùm longè nobilius procedetur, si elixir ad album ad manus sit, quod supra oculos piscium coctos referre diximus, nimirum, juxta *Dionys. Zacbariam*, ejus unciæ duæ vel tres ponantur super cineres, in alembico parvo benè clauso, destillentur igne lento primùm, cùm nihil hoc igne stillare volet ampliùs, mutato recipiente lutatoque, fortiori

tandem urgeatur igne quicquid ascendere poterit. Liquor iste secundus in alembico recenti per Balneum Mariæ destilletur, tertiò cohobando liquorem super feces viscosas, & aquâ brevi suo tempore dissolventur: tertia vice tamen totum per cineres destilletur, & postmodum in alembico recenti per balneum rursus destilletur quater, feces vice qualibet servando seorsim, usque dum aqua destillata sit clara splendensque perlarum candido nitore, cujus usus hic est ad uniones. Ponantur isti *licet minutissimi* in cucurbitam parvam, quibus affundatur *aqua dicta* tantùm, ut parumper emineat, cooperiatur galea cœca, & post horas tres in pastam resolventur albam, & supernatabit liquor admodum clarus, evacuetur modestè ne turbetur. Cucurbita cum pasta ponatur cooperta in Balneum Mariæ tribus diebus digerendo, postmodùm auferatur. Fabricetur formula argentea rotunda, intrinsecus deaurata, quæ per medium in duas æquales partes aperiatur, adapteturque filum aureum vel argenteum deauratumque inter ambas concavitates. Tandem spatula aurea formulæ medietas repleatur utraque dicta pasta, filum per medium collocetur in medio sui foraminis, claudaturque formula, filum autem protrudatur ac retrahatur, quò benè foratus sit unio per medium. Aperta formula eximatur unio formatus & ponatur in scutellam auream altera simili coopertam, non tangatur manu, siccetur in umbra, & non ad Solem. Cùm plures habueris, filo perforentur omnes, & in canali vitreo ab una parte latum foramen habente, ab altera non majus filo aureo, & suspendantur simul in bocia vel urinali vitreo mundo supra liquorem dictum sublimatum, lutetur vas & octo diebus in aëre contineatur, posteà tribus ad Solem, singulis ternis horis movendo vitrum, ut vapor ascendat, hoc artificio perficientur uniones tantæ quantitatis ut voles. Ad eundem modum de rubinis & carbunculis fieri poterit, rubei mercurii medio, post unicam ejus refectionem. Idem testatur *Groschedelius in Descript. Lap. Philosoph. pag. m.* 187. inquiens: Multa mirabilia fiunt cum hac medicinâ etiam aliis in rebus, Vitrum malleabile facit & ex crystallo fuso cum ea carbunculum trahimus & ex multis perlis unam prægrandem & naturali similem componimus: Et ex hac quoque causâ statuisse videtur *Alex. Achilles de Caus. Terræmot. & Miner.* apud *Morhofium,* nimirum unionum productionem esse ex argenti vaporibus ut corallorum ex ☉) qui è terris subjectis istarum minerarum feracibus evehuntur, maximè quòd virgula venarum argentiferarum index ad uniones vel ostrea æquè ut ad argentum se inclinet. Cæterùm qualiter ex argento solo sulphuris vulgaris fumo vel ⊖le embryonato Tinctura rubicunda fixissima certâ enchiresi debitisque instrumentis obtenta fuerit, cujus pars una duas ☉ puri vitrificarât, & hujus posteà pars una partes ☽ti 164. videri potest apud Ingeniosissimum & Candidissimum *Beccher.* Chymisch. Glückshafen *p.* 291.

Id id.

Id dicere possumus vitrificationes ejusmodi operationum alchymisticarum esse certissimas & fructuosissimas ipsamque Lapidis Philosophici operationem ad hasce reducendas esse, qua de causa etiam *Virum Excellentissimum & Experientissimum* DN. D. *Nicolaum Grojean Medicum Biennensem Curiosissimum, Fautorem honoratiss.* de Processu tertio ex *Becchero* itidem desumpto Auctoris Trium Mirabilium Germanicè editorum experimento instituto certiorem redditum novi, ut hinc quoque minimè dubitemus de primo illo inter Operationes ♀reas ejusdem *Beccheri* cum ♄no instituto, quod sistit. cit. pretioso libro *p. m.* 406. quem Lectori commendamus. Sed satis de hisce.

FINIS SELECTUS REMEDIORUM è TRIPLICI REGNO.



APPENDIX.

APPENDIX ANNOTATORUM

In Viri Celeberrimi DN. GEORG. WOLFFG. WEDELII Libr.

DE

COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM EXTEMPORANEA.

In SECT. I. CAP. I.

De Compositione Medicamentorum in genere ejusq; necessitate.

PRæscripta illa, quæ citra ullum judicium compilata sunt, ut receptæ trium ulnarum, &c.) Medicus evitaturus falsum scomma Barclai Argenid. Lib. I. *Rustici securiores notis inemptiúque (simplicibus scil.) remediis quàm in Medicorum fide mercedem ex supervacuâ curationis morâ interdum captantium*, nil melius aget quàm naturam ipsam pro Pharmacopœo in Compositione Medicamentorum imitabitur, prout namque Divina Benignitas ex immensa acie Remediorum ad morborum insultus edomandos, in radicalibus primordiis jam certam eamque specificam mixtionem intendit, quò determinati morborum sapores eorumque Characteres singulares superari & omnimodè deleri possint; ita omninò Medici, qui naturæ Minister est, officium erit, in hac rerum naturalium obscuritate id intendere, ut defectu cognitionis exactissimæ & intimæ simplicium craseos ad morbos in centro ipso enecandos, Compositionem medicamentorum dirigat taliter, quasi ipsa natura (ad vitiosos naturæ motus corrigendos) compositionem erexisset. Hinc namque non spernenda remedia illa, quæ *Dioscorides Parabilia* Libro peculiari vocat,

vocat, dum unum vel duo ad summum combinat & ad morbum ejusque causam dirigit, observans laudabiliter aureum illud *Arnoldi de Villâ Novâ* monitum: *Non tentandum composito, simplici quod effeceris*; & illud *Helmontii*: *Pauca Medicum nobilitant*, quatenus nimirum jam in ipso simplici naturalis mixtio artificio humano tantùm non inimitabilis datur, directa è diametro morbo ejusque causæ, prout *Paracelsus* Visci quercini simplicitatem & brevitatem in Caduco sanando admirandam sistit: Insuper commixta ejusmodi Theriacalia trium ulnarum, occultâ sæpius proprietate particulisque componentibus inter se diffident, ut magis inter se confligere necessum habeant quàm ut cum morbi causâ pugnent; unde & monitum *Fernelii* omninò egregium est: Optimum igitur & inprimis conducibile est ad unumquemque affectum simplicem præstantissima simplicia tanquam remediorum bases accommodare & in promptu habere non gustu modò & ratione, sed experimento quoque & usu longo comprobata: nullus siquidem morbus est adeo sævus & immanis, cui oppositum remedium Omnipotens non decreverit, quò magnalia ejus eò clariùs enitescant.

Compositio necessaria est) I. Ratione Subjecti, ut æger remedium facilius assumat & ne morbo jam afflictus medicamento ingrato, ex antipathiâ mirandâ sæpius ipsi adverso, à Medico de novo affligatur; prout & maximè hac in re Nationum illa differentia notatur, quòd Itali præterquàm tutò curari velint, haustus sat magnos eosque fastidiosos non recusent, Galli itidem fastidiosas hauriant potiones, Germani verò præ reliquis omnibus in formulis remediorum Medicum sæpissimè vexent, cui hinc præcipuè incumbit loco pulveris verb. gr. Bolum, loco hujus Rotulas &c. efformare. II. Ratione morbi ipsius; sæpius namque morbo alii morbi complicantur, præsentibus & contraindicantibus, unde ingeniosè Medicus omnia respicere debet, ut concinnatis aptè simplicibus unicuique decenter prospiciant, prout & sæpius notabilissimum illud symptoma Dolorem lenire necessum habet, quem si additis insimul quæ primariò anodyna audiunt; Causam scilicet morbi tollunt, mitiget, optimè ex præscripto artis aget. III. Ratione miscendorum, ut simplicium Vires aut exaltentur (de quo vid. *Tachen. Hippocrat. Chym. pag. m. 161.*) vel ut *Helmontius* loquitur, sanguis à cruore secernatur, aut si vehementia nimis sint plusque quàm decet materiæ subtilis secum in corpus deportent, addito alio motum ejusmodi sufflaminante minusque ejusmodi materiæ in corpus devehente corrigatur, vel alia, quæ in eo subest acrimonia vel insignior viscidítas &c. mitigetur. Quare & *Cornel. Agrippa de Occult. Phil. Lib. I. Cap. 35. p. 49.* in commixtione duplicem statuit virtutem, unam videlicet quæ partibus suis prius insita est, & cœlestem aliam quæ per certam & artificiosam multarum rerum invicem confusarum & secundùm certas proportiones

commiſtionum, quales cum cœlo conſentiant ſub certâ conſtellatione acquiſita, qualis commixtio ſi fabricata ſit ex multis materiis ſub cœleſtibus influxibus tunc varietas illinc quidem cœleſtium actionum hinc verò potentiarum naturalium congregata, faciat quædam mirabilia per Unguenta, per Collyria, per ſuffimigationes & ſimilia. Neque etiam inficiatur *Paracelſus de Caduc. Paragr. II.* multa Recepta tam compoſita quàm ſimplicia conſcripta eſſe, quorum arcana & myſteria minimè improbari poſſunt, ſed utrum ea in *Meſue, Rhaſis* &c. compoſitis quærenda ſint, utrum non melius fuiſſet talia qualia à natura prodierunt, ſub aſcendente debito collecta in uſum adhibere, meritò dubitat. Quo & illud monendum venit, male compoſita quædam officinalia accuratè combinata multis novis ſimplicibus adjectis commiſceri ſicque plusquamdecompoſitionem inde fieri, vel talia invicem combinari quæ jam combinata in Pharmacopolio extant. Quare meritò *Daphnorinus* ejusmodi farraginem exagitat ſeq. carmine:

Si quid è tenui Salino parca ſepoſuit manus,
Id ubi depoſcit omne Pharmacorum conditor,
Aurea ſtructor propina, gnavus Hippocratis coquus;
Sanitatis è taberna miſſus advolat puer,
Voce ſolvi turbulentâ jure ſtricto poſtulans.
Tot Receptorum cylindros, totque doſium codices,
Tot Syrupos tot trochiſcos, urceosque eclegmatum,
Morſulos, tabulas, elixir, pulveres, cataplaſmata
Tot catharſes in patellis, in cucullis pillulas,
Quot queant ciere ſeptem Ruſticorum pantices.
Heu nimis pretioſa menſæ pauperis jentacula!
Unde eorum eſt vacua farto pyxis atque capſulæ.
Unde fugitivis anhelat arcula noſtra nummulis.

In SECT. I. CAP. II.

De Formâ, Baſi &c. Compoſitionum.

FOrma interna & externa.) Breviter Forma interna hîc eſt forma ſimplicis eſſentialis, quæ activitate ſuâ certum humorem peccantem certamque partem ejusque partes conſtituentes, ſeu ſint glanduloſæ ſeu fibroſæ muſculares, reſpicit pro ratione nimirum indicantis. Externa verò eſt, quæ artificioſè, aptè & concinnè medicamenta commiſcere docet, v. g. in Bolum, Electuarium, Pulveres, Pilulas, Decocta &c.

Ut fundamento, *baſi ſcil.*) Optimè Baſis fundamento comparatur, cùm ei reliquæ partes, quas minus principales Autor vocat, ſuperſtruantur, &

tur & inserviant. Medicamentum nimirum est, quod præcipuè Indicationibus satisfacit & in Composito medicamento maximam vim habet, reliquaque admixta vel vim ejus acuunt, vel vehementiam diminuunt, vel operandi modum determinant, utque totum compositum figuram debitam acquirat, nec non illud aliquatenus incorruptum servari possit, faciunt. Sic namque Theriacæ basis statuitur Opium, Confect. Alkermes Ambra, Diascord. Fracast. Bolus Armena, cui quia quoad vires similis associatur Terra sigillata, Basis in hoc medicamento *composita* audit, uti & in seq. *Pulvere antidysenterico*: ℞. *Ras. priap. ceti* ℥iß. *Epat. viper. siccat.* ʒß. *mag. corallor. cum succ. citri* ℈ij. *Laudan. cydoniat. gran.* vj. *ol. destillat. cinamom. gut.* iv. M. F. Pulv. pro 5. vel 6. dos.

In SECT. I. CAP. III.

De Corrigentibus, Dirigentibus &c.

AUtor hoc Capite de partibus minus principalibus agens illuc tendit, ut debitè moneat in ratione componendorum medicamentorum consideranda esse præter causam, quam basis principaliter respicit, tum partem affectam ejusque internam configurationem, ut illa illibata servetur & potius compages roboretur; dein ut respiciatur ad illius situm, quin & sensum, insuper sensum gustus, ne horrorem nauseoso medicamento de novo incutiat, ultimò ad medicamenti corporaturam, quæ taliter comparata esse debet, ut basis, quæ causam morbi primariò adoriri debet diffusione indecenti minimè infringatur. Exemplum sistit *Ettmyllerus in Schröder. dilucid.* Cap. 1. in seq. contra Diarrhæam formulâ: ℞. *Aq. menth.* ℥iij. *Terr. sigill.* ʒj. *Laudan. opiat. gran.* iij. *Spir. nitri dulc.* ʒß. *Syr. cydon.* ℥j. M. in quâ basis Terr. sigill. adjuvans Spir. nitri d. dirigentia & consistentia simul ▽ & syrup. Corrigentibus verò non opus.

In SECT. I. C. IV.

De FORMA externâ.

EXimium hæc usum habet in Praxi &c.) Cedro utiq; digna sunt Authoris hæc verba, quibus innuit Medicum Practicum in curandis morbis ad eorum causam nunc copiâ suâ nimis infestantem, nunc qualitate specificâ peccantem aliisq; modis, formulam suam adornare teneri, sic namque in Hydrope remedia ♂tialia deobstruentia, coagulum in glandulis absorbentia longè felicius in formâ solidâ, pulvere verb. gr. anticachectico

exhibentur quàm in formâ liquidâ, unde aliquid fieri copiam adaugens restitare potest; sic Hecticis melius humida acre colliquativum diluentia præ siccis propinantur.

Solida tardius operantur &c.) Nimirum ut solida, idque ex canone Chymicorum vulgato: Salia non agunt nisi soluta; hinc ut solida effectum exserant, ex salibus maximè promanantem, necessum est ut diluantur liquore extra corpus vel ut liquorem in ventriculo & reliquo corpore offendant quo extractio decens resultet. Cùm verò actio Medicamentorum purgantium, quæ in exemplum citat Author, dependeat potissimùm à sale acri mucilaginoso vel etiam sub resinâ occultato, patet qui fiat, quòd potio purgans verb. gr. *Electuarium Rosar.* ad ℥ß. in aqua solutum citius sedes moveat quàm Scammonium pulveris formâ exhibitum. Pulvere verò adhuc lentius Pilulæ ex Extracto Cathol. formatæ, quæ antequam operationem præstent, in massam mucosam primùm resolvuntur, hæcque rursus magis diffundenda jusculis sæpius repetitis.

In SECT. I. CAP. V.

De Pondere & Dosi Remediorum.

VAriant verò eadem ut effectus ipse Medicamentorum secundùm Individua.) Fermenta nimirum specifica hominum quoad individua, eorumque viscerum crases mirè variant, ut & fibrillarum robur glandularumque teneritas, ut dosis medicamenti infima homini adultæ ætatis sit summa, verb. gr. *Syrupus rosatus compositus cum Senâ, Rhabarbaro & Agarico* officinis Basiliensibus usitatus ad ℥iß. etiam aliquando Hypercatharsin moveat; quin imò eadem fermenta à medicamentis exhibitis ita modificantur, ut æger purè chymicis tractatus purè Galenicis posteà exhibitis parùm vel nihil alteretur, folia Senæ verb. gr. etiam supra ℥j. exhibita nullam sedem moveant, ut studioso cuidam Medico Gallo mercurialibus prius assueto accidit.

Dosis alia est extraordinaria.) Patet hoc in iis, qui purgantibus nimis assueti sunt, quibus dosis ordinaria augenda, ceu medico Practico purgationem instituere volenti inquirendum est, num æger sæpius purgatus sit an secus. Patet ulterius in assumptione opiatorum, quibus assuefacta natura dosin indies auctiorem sine noxa suffert.

Dosis alia est Primaria, alia Secundaria.) Exemplo itidem Opii, quod primariò somnum provocat & dolores lenit, secundariò verò pulveribus verb. gr. absorbentibus permixtum acrimoniam humorum mitigat.

mitigat, efferum spirituum influxum refrenat, lympham aliquatenus inspissat, sicque fluxus varii generis sistere valet, ceu Hypochondriacis pulveres hujusmodi utiliter exhibentur.

Sic sæpe Helleborus additur &c. ut in Oxymelite Helleborato.) Quamvis mirati sint *Gesnerum* Medici ipsi coætanei ut erat *Joh. Crato à Krafftheim* purgans insigne nimirum *helleborum album* huic compositioni admisceri, patet tamen insigne artificium sublatere, dum sic aperientium incidentium vis multum exaltatur & intenditur, ut obstacula viscositatum in tubulis partium hærentium ac sanguini etiam immixtarum longè fortius adoriantur, illaque penitius ac intimius pervadere valeat; hinc namque egregius usus est hujus Oxymelitis hellebori in Respiratione difficili Cachecticorum, commixtum cum Syrupo de Hyssopo, aquâ Cinamomi. Sic *Mercurius dulcis* ritè sæpius ♃atus, qui propriè dictum purgans non est, in febribus intermittentibus cum successu exhibetur, ut dissolvens & enecans fermentum febrile.

Præstat verò semper subsistere infra summam dosin) Huc quadrat egregium *Sylvii* monitum *Prax. Medic. Lib. II. Tract. VI.* §. 319. Ergo in arte Medicâ, cujus nimirum apex summus concinna formularum compositio, regula universalis & aurea, semper blandè ac lentè procedendum in omni curâ ægrotorum ritè ac secundùm rationem sanam experientiæ indubitatæ innitentem instituendâ.

In SECT. I. CAP. VI.

De Modo & Ordine præscribendi.

TErtium denique est tempus.) Variant Medici summopere quoad tempus assumendorum remediorum tum purgantium tum alterantium. Major eorum pars suadet ut ventriculo cibis haud onerato assumantur, id quod rationi haud adeò absonum est; verùm & audiendi illi, qui ventriculo cibis modicè impleto ad chylum medicamenti qualitate in primis jam viis imbuendum illa propinare haud verentur, ceu cachecticis, in quibus vitiosa est ventriculi digestio, utiliter post pastum datur *pulvis stomachicus Birckmanni* admixto aliquid de *Diaphoretico martiato Dan. Ludovici* & *sale febrifugo Sylvii*. Interdum post pastum Empyricos quosdam *Decocta plantarum* ad morbos Chronicos cum fructu exhibere observatur. Sic etiam *Vomitoria* omnium optimè sæpissimè post ingestum cibum exhibentur, facilior enim non saltem tum fit vomendi actus sed & viscositates ventriculi heterogeneaque in eo subsistentia meliùs in altum vergunt.

In SECT. I. Cap. VII.

De Regulis Medicum & morbum respicientibus.

MEDICUS *enim ut Imperator est corporis*, &c.) Juxta illud Plinii: *Medicina sola omnium artium Regibus etiam imperat.* Impudentes ejusmodi Medici sponte se ægris offerentes peccant in egregium monitum *Hippocratis Epist. ad Abderitas*: ubi vult, ut liberæ artis etiam opera libera esse sinantur, qui enim mercedem sic capere volunt, hi scientias servire cogunt, velut captivas facientes ipsas ex priore libertate.

Prompto juvandi animo &c.) Confidentiam enim hic apud ægrum auget, unde spiritibus in motum concitatis sæpius humores corporis facilius corriguntur, quibus benè se habentibus viscerum damna quoque promptius deleri possunt, unde haud frustra dici solet: Ille plures sanat, cui plures fidunt.

Præmeditatè &c.) Ut probè Indicationes eliciantur, ex accuratâ diagnosi, quali elicitâ conscientiosiùs generosis & heroicis medicamentis in Curâ adversùs morbum pugnare potest. Id quod etiam monitum est Authoris §. 4. De his vid. *Ballonius* & *Septalius*.

Medicus famam &c.) Ut enim in bello bis peccare non licet, sic nec semel quidem Medico. Quare in Formulis Remediorum præ- præscribendis Medicus etiam in eo accuratus esse debet, ut omnia probè notet & scribat, quò non saltem Clinici probè sciant, quid ipsis agendum, sed & Pharmacopœus in præparando non erret, sic enim novi loco *aq. font.* ægrum, cui famulus species aquæ forti incoxerat inde mortuum: sic & facilè pro g. legitur ʒ prout de Opio habet exemplum *Fabritius Hildanus Oper. Chirurg. Præfat.* in fine.

Optimum sæpe medicamentum est, &c.) Quiete namque & abstinentia gravissimi curati sunt morbi, ceu *Fernelius* optimè monet *Lib. III. Cap. XII.* Quos sponte natura persanat, frustrà medicina fatigat. Ex monito nimirum Galeni: Illi tantùm morbi indigent Medico, quos vincere Natura ob magnitudinem ipsorum non potest. Unde *Valesius*: Inscripta sint illa omnium Medicorum pectoribus verba, ut discant manum abstinere ab iis morbis, quos verosimile est, naturam ipsos superare posse.

An hæreditarius.) Felices namque bene nati, de depravato enim sanguine non nisi vitiatum semen & exinde non nisi in minimis partibus degerantes novi humores fœtûs ac spiritus produci possunt: Mirabile & illud quod *Avianus in Genethliacis* & nos quoque observavimus, plerumque nimirum idem esse fœtûs ac parentum adscendens.

Radica-

Radicatus.) Is dicitur morbus, qui ex stirpibus imis tam facilè evelli ob moram longam haud potest, ut malum hypochondriacum cujus tamen Symptomatum causæ ad paucas Classes redigi posse ex *Epistolâ Celeberr. Wepferi* ad nos data patet.

An in principio &c. an in statu &c.) Utilissimum monitum de hisce videatur *Danielis Ludovici* notantis in malignarum febrium statu cautè mercandum esse Alexipharmacis Volatilioribus, prudenter verò mox ab initio Pleuritidis ejusmodi Vtilia spirituosa in usum trahi, quò nempe in primâ radice coagulum enecetur.

In SECT. I. CAP. VIII.

De notandis circa personam ægri.

SUbjecta porro &c.) In tantâ varietate notandorum circa ægrorum fermenta, massæ humoralis summè differentis constitutiones, pororum filtratoriorum diversimodam configurationem in machinâ corporis humani Hydraulico-Pneumaticâ, non mirum quòd *Galenus* optarit *Meth. Med. Lib. II. Cap. 7.* Si cujusque privatim naturam explorare ad unquem sciret, utpote qualem *Æsculapium* fuisse mente concipit, talem se esse putaret.

Ratione ætatis) In juvene nunquam desperandum, in sene nunquam fidendum. In illo enim spirituum vigor velut sub cineribus occultatur: in hoc verò non saltem adest defectus, sed & vappescentia & avolatio facilis spirituum, ut & contractio partium subsequens, ceu de his legi meretur *Baro de Verulamio in Histor. Vitæ & Mortis.* maximè verò *Hippocrates Aphor. Sect. II.*

In Febribus continuis, &c. respiciendum est ad malignitatem &c.) Ex Theoria benè fundatâ optimè sentiunt illi, qui Febres putridas continuas dictas non sine suspicione malignitatis continuò tractant, attendentes nimirum ad ⊖ corrosivum realgaricum, de quo participat etiam aliquid febris Continua, Causus ac propriè ita dicta Febris maligna, ceu Practici celebriores melius & tutius esse docent, in Causo statim adhibere unà cor & caput munientia, uti proceditur in Curà malignarum, Febris enim maligna aliquando in primis diebus formam Causi præ se habet, & suâ malignitate latet.

Quoad Sexum in fœminis &c.) Cautus omnino sit Medicus: oportet, ne suaveolentibus, saccharatis, intempestivè menses cientibus fœminarum delicatas fibras spiritusque facilè dissipabiles nimisque molles turbet.

Quoad I

Quoad conſuetudinem.) Magna enim ejus vis eſt, dum natura ducenda eò quò vergit, non cogenda. Et natura vias ſemel tritas facilius de novo init, non aliter ac aqua quæ viam ſemel percurrit facilè itidem eam ſequitur.

Κατὰ φαντασίαν) Juxta illud: Sæpe cauſa moriendi fuit timidè mori.

In SECT. I. CAP. IX.

De notandis circa Medicamenta.

MUtatio medicamentorum) Hanc inconſtantiam & Medici quoque imbecillitatem arguere Auctor ſtatuit, dum indicationes haud adeò benè ab illo elicitas eſſe hæc arguit; verùm etiam in morbis abſtruſionibus ſæpius cogitur Medicus ex juvantibus & nocentibus Indicationes deſumere, id quod *Sylvius* monet. Valeat illud *Hippocraticum*, ut ſi non poſſit prodeſſe Medicus, tamen ita remedia ſua adminiſtret, ut ægro non noceant.

Medicos eſſe optimos Eleemoſinarios &c.) Nullâ enim re magis ad Deos Immortales, ut *Cicero* ait, accedimus, quàm ſalutem hominibus dando. Sed & Medicus experitur ſæpius, Regium eſſe benefacere & malè audire.

Ad culinas abierunt Panis Martius &c.) Quia ejusmodi ex ſaccharo, farinâ, ovis, amygdalis, aniſo à Clinicis domi parari poſſunt, non opus eſt ut cum Morello peculiaria horum ſiſtantur capita, præſertim quia ob ſaccharum eorum uſus ſuſpectus.

Idem de decocto Galli cum herbis &c.) Quando ſuccus nutritius in Maniâ aliisq́ melancholicis morbis inſigniter eſt exaſperatus, ad eum corrigendum & depurandum quidam ejusmodi remedium uſurpant, quale *Verzaſcha in MS.* ſeq. modo ſiſtit: ℞. *Gallum annorum V.* deplumetur vivus, minutis virgis verberetur per horam donec hinc inde agitatus lentiſſimâ morte occidatur, præciſis collo, cauda & cruribus diſſecetur in duas partes per longum ita ut ſint æquales, quarum una decoquatur in *ſ. q. aquar. fumar. & agrimon.* ad utriuſque harum in M. B. deſtillatarum conſummat. deſtilſtillationem ut carnes omnino maceratæ ſint, verſus verò finem dictæ decoctionis add. *paſſul. oriental. major. & minor. Corinthiac. ana ℥iv. ſucci pomor. redolent.* ℥ iv ß. transfundatur decoctum (quod nullo modo debet eſſe ſiccum) & involve iſtam paſtam carneam in panno cannabino & ſub torculari fortiter exprime ſuccum & iterum per manicam hippocrat. trajiciatur, quod ſervetur uſurpandum cum infra denominato ſyrupo, dein ℞. *Raſur. cort. elleb. nigr.* ℥iß. *Agaric. rec. trochiſc.* ℥ß. *Follicul. ſenn. or. el.* ℥x. *Polypod.*

Polypod quern. opt. contusi ℥ij. *Cinam.*ʒij. *Thymi, Epithymi ana* ℈j. *Sem. coriand.* ʒiß. Reliquam partem galli diffecti & superiorem *aq. destillat. fumar. & agrim.* superius asservatam ex dicta altera parte galli destillatam, & iterum in M.B. fac novam decoctionem juxta modum superius descriptum, & destilla aquam, quam serva, residuum autem in urinali humidum & quamvis spissum tamen liquidum extrahe & misce cum succo purificato alterius partis galli decoctæ & iterum trajice per manicam hippocr. ut fiat omnino clara, dein ℞. *Syr. rof. solut. cum infus. fumar.* ℥jß. *Prædictæ decoctionis galli* nec spissæ nec liquidæ sed inter utrumque ℥iv. Capiat de eo manè per iv. horas ante cibum per tres singulos dies continuos, quibus elapsis bibat per 4. alios dies ℥ij. *aq. superius servata* & in fine 4. dierum aq. bibitæ recipiat easdem ℥ij. *syr. rof. sol.* cum *infus. fumar. &* ℥iv *prædicti juris galli*, sed cave ne conserves jus in cubiculo calido aut nimis frigido quia corrumperetur.

In SECT. I. CAP. X.

De Notandis circa Dosin, Tempus & Effectum.

HInc usitatas & receptas Compositiones &c.) **Utile est monitum** ***Cratonis à Kraftheim Consil. medicinal. Lib. II. consf. 29. pag. 219.*** **quo vult & indigitat, medicinam expertam cum ratione adhibitam plus medicamenti formulâ à Medico ex tempore præscriptâ & excogitatâ valere, hâcque in parte rationales etiam Medicos Empyricis cedere debere, etiam ex sententia Hippocratis.**

Salem sapiat præscriptum Medici) Sagacitas scilicet Medici patesit ex formula præscripta num bene cognoscat morbum ejusque magnitudinem, an non? inprimis verò etiam ea elucet, si remediis utatur, quæ pluribus intentionibus satisfacere possunt, qualia sunt polychresta Chymica Galenicis decenter intermixta, decenter autem adhibentur, si in Medici operibus eluceant *quantitas, qualitas, tempus* & *ubi*; an simul adhibenda plura remedia, an unum post aliud, ne vel frustra administrentur, vel etiam sibi mutuò sint impedimento aut ægro noxam adferant.

Denique quoad effectum &c.) Id intendit Autor, quòd cum *Sylvio* à nocentibus & juvantibus utilis indicatio haberi possit, de quo supra.

In SECT. I. CAP. XI.

De dosi absolutâ & respectivâ.

TUm ratione ponderis) **Flores namque ejusmodi ob Volatilitatem in ipsis majorem summè leves non aliter se habent ac cum flore**

vini, qui vino semper supernatat. Contrarium fit cum ♂tialibus, quæ, ob gravitatem, nimis sæpe ventriculi fundum feriunt asperitateque suâ noxas ipsi inferunt, præsertim in illis, qui nimis fortiter corpus post ea assumpta commovent.

Spiritus vitrioli, salis cum aquis &c.) Disperguntur hi spiritus in Julepis refrigerantibus in febribus, ne corrosione & causticâ vi viscera incendant, observatione *Tulpii Lib. III. pag. 254.* sed dispersi taliter vehiculoque diluti ⊖is ▽tilis acris biliosi sanguinem nimis dissolventis enormitates compescunt.

In SECT. I. CAP. XII.

De Dosi Acetorum, Syruporum & Succorum.

ACida Sudoriferis addita) Monitum Authoris desumptum est ex *Sylvii Prax. Med. Lib. I. Cap. 33.* qui in febri malignâ hanc formulam ingeniosè construxit: ℞. *Aq. scabios. ℥ij. Cinamom. ʒij. Aceti bezoardici seu aquæ prophylacticæ Sylvii ℥j. Theriac. Veter. ʒij.* vel ejus loco juxta Authorem *Elect. diascord. Fracast. ʒij. Antimonii diaphoretic. ʒj. Syr. de Card. ben. ℥ij.* misc. Cui similes reperiuntur in *Observ. de Peste à Barbette* editis. In peste similiter *Angelus Sala* egregios comperit *Flores ♀is in aceto simplici* vel *Bezoardico* assumptos, ceu quibus egregiè infringitur acrimonia ejusmodi sanguinis miscelæ adversa.

Syruporum, succorum) Horum mixturæ cum aquis convenientibus in teneriorum languoribus ad reficiendum necessariæ sunt, qua de causa *Daniel. Ludovicus* succorum etiam conservationi studuit & quidem si acidi sint, solùm ad tertiæ vel quartæ partis remanentiam sic evaporando, si subacidi, vinosi & congeneres additâ octavâ præterpropter sacchari parte vel majori, prout opus, sicque ope fermentationis haud injucundi erunt pro usibus dictis, vel soli vel inter se commixti. Vid. supra *Sel. Remed.*

In SECT. I. CAP. XIII.

De Dosi Conditorum, Conservarum, Electuariorum &c.

COnservæ in bolis) V. gr. in affectione hypochondriacâ: ℞. *Conf. fl. borrag. meliss. ana ʒj. ol. destill. macis gut. j. vel ol. anisi gut. ij. sacchar. pulverisat. q. s.* M. F. Bolus.

In Morsulis.) Exemplum sit sequens pro reconvalescentibus in eodem affectu; ℞. *Amygd. dulc. recent. ℥ß. Conf. fl. rosar. rubr. ʒvj. borrag. ℥ß.*

Condit.

Condit. cort. Citr. ℥ß. *rad. Cichor.* ℥ij. *Cinamom. opt.* ʒj. *facch. in aq. meliss. sol.* ℥iv. M. F. Morselli.

Corticum exemplum) Cortex Chinæ Chinæ melius cum aliis datur: hinc expertissimum remedium in Quartanâ sequens est: ℞. *Roob juniperi vel Syr. gran. chermes* ℥ij. *Cort. China china* ℥ß. *Tartari* ⊕*lat.* ʒiß. *flor.* ✱*ci* ʒß. *pulv. viperin.* ♃*ii diaphor. ana* ℈iv. *Conf. fl. rorismar. q. s.* F. Electuar. spissius.

Electuarium Diascordii Fracastorii) Hoc variat quoad dosin, Fracastorii nempe ad ʒj. vel ℈iv. exhiberi solet, Renovatum verò modo *Sylviano Prax. Lib. I. Cap.* 58. saltem à gr. xv. ad ℈j. quamvis effectus haud sit languidior.

Electuario Lenitivo) Electuarium lenitivum Florenzolæ ob epiceraстica seu medicamenta quæ humoris acrimoniam sensumque partis exasperatum retundunt mollibus & flexilibus suis particulis, in alvo obstructâ melancholicorum insignis est utilitatis, verb. gr. ℞. *Elect. Lenitiv. Flor. pulp. Tamarind. ana* ℥j. ⊖*is absynth.* ℈j. M.

Liquida spirituosa) Prout herbæ & flores per se per manipulos & pugillos distribuuntur, ita in Essentias spirituosas redactæ postea per drachmas saltem: Parantur autem talia Liquida spirituosa eleganter & compendiosè juxta *Ludovicum* adjecto ad herbas floresve recentes subduplo vel subquadruplo, ad aromatica sicca verò ana sacchari vel mellis etiam cum aliquantillo fecum cerevisiæ recentis &c. peractâ præterpropter intra 3. vel 4. dies fermentatione, sufficientem quantitatem destillando & supra recentium herbarum &c. aliquod manipulos, si libet, rectificando.

In SECT. I. CAP. XIV.

De Dosi Gelatinarum, aliorumq;

Gelatinæ magis præscribuntur per se) In Phthisi Gelatina quæ primariò resultat verb. gr. ex limaturâ C. C. maritatur utiliter cum aliis Traumaticis alcalinis dulcificantibus: v. g. ℞. *Limatur. C. C.* ℥iv. *rad. Consolid. major. recent.* ℥ß. *Herb. Veronic. Nummular. Nasturt. aquat. rec. ana* M. j. *fl. bellid. minor.* P. iij. *Passul. maj.* ℥j. *Conf. ros. rubr.* ℥ij. Misc. Coq. lento igne cum aq. font. ℔iij. ad consumpt. tertiæ part. Coletur & exprimatur, servetur in vase ▽eo loco frigido. Dos. cochl. ij. vel iij. ante jusculum, ter de die.

Exsiccatæ) Quod hîc Gelatinis per se extra corpus accidit, id in corpore præcavendum, ne quorundam more post assumptum diaphoreticum ♃viale phthiseos principale Antidotum assumantur ejusmodi Gela-

tinæ Traumaticæ; sic namque facilè ejusmodi viscositas intendi piceusque lentor emergi potest. Gelatina è sanguine humano extracta simplici saltem elutriatione hæcce illustrat, quæ phthisicis maximè proficua.

Pulverisandæ herbæ) Sic *pulvis Herbæ Menthæ* in affectibus ventriculi, præsertim infantum, haud definito pondere cum aliis nimirum, ut pulveribus absorbentibus ordinatus summè conducit. Pulvis item florum Centaur. min. in febribus cum Alcalicis aliis optimè præscribitur, imò ipsæ herbæ alcali copioso scatentes utiliter in pulvere dantur exemplo *Visci quercin. herb. thee &c.*

Magisterium C. C. cum spiritu nitri paratum) Hoc ipsius est *Exc. Authoris* & ita se habet: ℞. C. C. *rasp.* affundatur ♒ ⦶i *q. s.* ad dilutionem, filtretur liquor per chartam emporeticam & præcipitetur cum ⊖ ♀ri Solutio refiltretur, edulcoretur & erit magisterium C. C. Authoris. Dos. ut habet, à gr. vj. ad ℈ß. Videatur *Daniel Ludovicus Pharmac. pag.* 294. ubi pueris sat commodè exhiberi docet ad diaphoresin, quatenus in illorum potu insensibiliter diffluit, & ut ad *Differt. I. pag.* 93. edit. sec. habet, si ⦶li spiritu præcipitetur, obtinebit insuper diaphoretico-adstringentes particulas, stringendo roborantibus aperientes, semper enim aliquid de spiritibus acidis hæret, etsi non adeò multum de spiritu æruginis, dum perlas solvit, illeq; eodem pondere & acore rursus abstrahitur teste *Ettmyllero Schröder. dilucid. Part. II. Class. I.*

Salia fixa &c.) Salium fixorum dosis ad ℈j. variet necessum est, si quod Gallois in Conversationibus Abbatis *Burdelot Part. II. p.* 168. refert ex diverso horum salium gustu magis vel minus acri colligi posse, quod debeant retinere aliquid de natura suorum compositorum, vel quòd ipsa sint nova composita, quæ ignis ex partibus mixti, unde extrahuntur, singulari modo disponit & ab aliis mixtis distinguit. Quo spectat quòd pro variâ tractatione in Igne varia oriantur salia, nimirum ope fermentationis sal acidum etiam in iis quæ insipida gustantur, ope verò fermentationis putredinalis vel artificialis præcipitationis ex oleo resoluto sal △le, fixum verò ope ignis comburentis ex constrictione & concentratione ejusdem oleosi.

In SECT.

In SECT. II. CAP. I.

De Bolo.

AUthor medicamentorum formulas propositurus attendit ad consistentiam & corpus illorum, prout illa sunt aut *mollia* sive mediæ consistentiæ, ut Bolus, Electuarium; vel liquida, ut Emulsio, Decocta; eaque iterum ratione loci vel *Interna*, ut potiones &c. vel *externa*, ut Clysteres, Balnea &c. vel *solida* ut Pilulæ, Pulveres &c.

Quantum nempe bucca) Sed notandum quòd quo minor sit bolus, ita ut magnitudine Nucem Avellan. solùm adæquet, eo gratior existat.

2. Ex Rob maximè sudoriferi &c.) Tales boli omnino melius & suavius sumuntur, uti bolus ex Theriaca, quam potiones ex Theriaca cum liquore aliquo dilutâ, v. g. in *febr. intermitt.* ℞. *Theriac. Androm.* ℥j. *Ocul. cancr. præparat.* ♁ *diaph.* ⊖ *absinth. ana* ℈ß. *Ol. destill. caryoph. gut. j.* F. Bolus.

Bolus I. ex Conservis purgans.) ℞. *Resin. jalap. gr. ix. Cons. rosar. r.* ℈ij. *ol. destill. fœnicul. gut. ij. Cum Sacch. q. s.* F. Bolus. Qualis in incipiente Hydrope egregiè serum expurgavit & tumorem pedum œdematosum diminuit. Vel ℞. *Cons. fl. betonic.* ℥j. *pulv. rad. Jalap. gr. xv. magist. rad. ejusd. gr. v.* Cum *sacch. q. s.* & *Syr. Caryoph. hort.* parum. F. Bolus ad caput serositatibus nimiis obsessum expurgandum. Vel ℞. *Cons. Violar.* ℈j. *gutt. gamandr. gran. vij. vel ix. ol. destill. anis. gut.* j. *Salis absinth. gr. vj. vel Crem.* ♀*ri gran. v.* Cum *Sacch. q. s.* F. Bolus in febribus proficuus bilem copiosè supra expurgans & infra, uti & seq. ℞. *Elect. diaprun. sylv.* ℥ij. *pulv. rad. asar.* ℈ß. ♀ *emet. gr.* j. Cum *aq. cinam.* parum. F. Bolus. ℞. *Extr. cathol. Res. jalapp. ana gr. vj. Nuc. mosch. cond.* ℥iß. M. F. Bolus purgans. Vel ℞. *Mercur. probè dulcif.* ℈j. *Bezoar. min. Cinnab. nat. ana gr. v.* ♀ ♁*ii corr. gr.* j. *Cons. rosar. r.* ℥ij. F. Bolus.

Bolus ex Conservis Alterans.) ℞. *Conserv. fl. borrag. Melissæ aa.* ℥ij. *ol. destill. macis gut.* j. Cum *s. q. Sacch.* F. Bolus pro roborando ventriculo in affectione hypochondriacâ, cui & *Corall. rubr.* ⊕*lum* ♂ addi potest. Vel ubi nimius compescendus vomitus: ℞. *Cons. menth. crisp.* ℥j. *Theriac. opt.* ℈ij. *Terr. sigill. pulv. nuc. mosch. cinamom. acut. ana* ℈ß. *Balf. Peruv. gut. ij. vel Ol. destill. cinam. gt. j.* M. F. Bolus inaurandus & sacchåro conspergendus.

II. Bolus ex Roob.) v. gr. ℞. *Roob junip.* ℥j. *Bezoard. miner. Ocul. cancr. ana* ℈ß. *Sacch.* ♄*ni crystallisat. gr. iij. Camphor. gran.* ß. Cum *sacch.* & *syr. fl. papav. rhead.* F. Bolus in Erysipelate pestis instar corpus invadente. Vel

℞. *Roob Sambuc. vel Ebuli* ℥j. *Diaphoretic.* ♂*tiat. Daniel. Ludovic. gr. xv. pulv. Viperarum* ℈ß. Cum *Syrup. de Rub.* idæo F. Bolus in Scabie. Et sic alia convenientia remedia Roob hisce per se jam conducibilius pro arbitrio medici & phantasiâ ægroti addi possunt. Sic pro Scopo diuretico: ℞. *Rob. baccar. sambuc. vel junip.* ʒiß. *Ocul. cancr.* ʒß. ⊖ *fabar.* ℈ß. *Lap. prunell.* ℈j. *nephrit. gr. vj. Ol. bacc. junip. gut.* j. M. F. Bol. pulv. liquir. consperg.

III. Bolus ex Pulpis.) In Bolis ex ejusmodi pulpis paratis Regula in bolis observanda, ut quo minores sint, eò gratiores, non ita strictè observari potest, dum enim demulcendi fine taliter ordinantur (quo spectat si pomum coctum thure repletum contra Pleuritidem miro cum juvamine exhibeatur) necessum est, ut sufficienti dosi & quidem majori præscribantur, quò & insimul laxatio commoda obtineri possit, quo pactò Veteres præcipuè ad ℥ij. præscripserunt. Videndum tamen ut minori dosi ordinentur, si fieri possit. Exemplum sit: ℞. *Cass. recent. extr.* ℥ß. *Rhabarb. pulverisat.* ʒß. *Cinamom. elect.* ℈ß. *Ol. anis. gut. ij.* Cum *Sacch. q. s.* F. Bolus nephriticis & melancholicis commodus. Vel ℞. *Pulp. Cassiæ recent. extract. Tamarind. ana* ʒij. *Cryſtall.* ♀*ri* ℈j. *Elæosacch. anis.* ℈ß. F. l. a. Bolus, in quo corrigentia Cassiæ flatulentiam sunt Tamarindi & bina alia addita. Vel ℞. *Pulp. Cassiæ recent. extr.* ℥j. *flor.* ♀*is* ʒß. *Sem. anis. fœnicul. pulverisat. ana* ℈ß. Cum *sacch.* F. Bolus in expurgando pectore ab acido acri molestato utilis compertus. Vel ℞. *Pulp. tamarind. vel passul.* ʒij. *pulv. jalap.* ℈j. *gutt. gamandr. gr. ij. Ol. destill. anis. gut.* j. cum *syr. viol.* F. Bolus.

IV. Ex Electuariis.) ℞. *Elect. Lenitiv.* ʒj. *pulv. rad. jalap.* ℈j. *Scammon. præparat. gran. iv. ol. destillati Cinamom. gut.* j. Cum *Sacch.* F. Bolus purgans. Ex ejusmodi Electuariis & Confectionibus Boli sudoriferi parantur, quales Lugduni Batavorum multùm in usum traxit *Cl. Maëtsius* superbibendo liquorem convenientem, vel eosdem primitus in eo dissolvendo. Exempla sint: ℞. *Confect. de Hyacinth.* ℈ij. *Diascord. Fracast.* ℈j. *Reguli* ♁*ii medicinal. gran. xv. Arcan. Cinnab. nativ. gr. v.* (Quorum descriptio extat in *Regn. miner. p. 67. 77.*) ⊖ *Card. bened.* ℈ß. M. F. Bolus. Vel ℞. *Conf. de Hyacinth.* ℈j. *Diascord. Fracast.* ℈ij. *Mercurii diaphoretic. gr. vj.* (vid. *Regn. miner. p. 57.*) M. F. Bolus, qualis ut superior dissolvi potest in *q. s. aquæ melissæ & rorismarini*, addendo *Laudani liquidi cum* ⊖ ♀*ri præpar. cochl.* j. ut possit fieri Haustus in *Epilepsiâ* ad spirituum inordinatum fluxum reducendum utilis.

V. Ex resinis liquidis.) ℞. *Terebint. Cypriæ aquâ malvæ sæpius lota* ℥ß. *Trochisc. Alkekeng. sine opio* ℈j. *pulv. liquirit. subtiliss. gr. xv.* Cum *Sacch. candi* Fiant Boli minores tres, quorum unus manè, sub meridiem alter, tertius sub vesperam assumi potest in renum & partium genitalium affectibus ad abstergendum & demulcendum proficui; quamvis commodiùs pilulæ paulò majores quàm hodie ordinantur, parari possint.

VI. Ex

VI. Ex Extractis spissis.) *℞. Extr. Diacartham.* ʒß. *conserv. betonic.* ʒj. *syr. de Hyssop. parum, Sacch. q. s.* F. Bolus de ☉retur, ad pectus à viscoso phlegmate liberandum. Vel *℞. Resin. Agaric. Extr. Cathol. ana gr. vij.* ♀ri ⊕*lat. gran. iij.* Cum *pulvere sem. lycopodii & sacch. rosat.* M. F. Bucella. Vel pilulæ inde pro lubitu ægri parentur.

VII. Ex solo pulvere &c.) Elegantes gratissimasque ejusmodi formulas sistit *Rolfincius*: *℞. Jalapp. recent. prapar. gran. xxv. Essent. Citri q. s.* M. in marmore plano in Bolum minutulum, ut vix minimi digiti primum æquet articulum. *℞. Jalap. pulverisat.* ℈j. *Aqua cinamomi parcissimâ manu tantùm q. s.* pro incorporatione, forma cum cultro in Bolum oblongum &c. *℞. Pulv. Jalap.* ℈j. *Syr. Cinamom. vel Syr. de cort. Citri q. s.* M. F. Bolus minutulus. Sign. Purgierendes Zimmetbißlein. *℞. Pulv. Mechoac. alb. gr. vij. Rad. Ireos Florent. gr. iij. Cinnab. nativ. opt. gran. j.* F. Bolus pro infante purgando. Boli ejusmodi ex variis concinnari possunt ad eum modum, quo ex aqua & terra fit limus, eò acceptiores, quo minus eorum præbium. Sic verò fieri possunt *Electuaria*: *℞. Pulv. rad. Jalap.* ℥iß. *Zingib.* ʒij. *Caryoph.* ʒj. *Crem.* ♀*ri* ʒiij. ⊖ *absynth.* ʒj. *Sacchar.* ℥ij. Cum *Syr. rosat. sol. s.* F. Electuar. cujus Dosis magnit. avellanæ vel nucis moschatæ. Vid. *Cap. seq.*

In Vomitu, Cholera, *Hypercatharsi*) In quibus scilicet Electuaria spissiora melius conducunt: verb. gr. *℞. Conf. rosar. rubr.* ℥ij. *Theriac. opt.* ʒiß. *Boli Armen.* ʒij. M. Vel *℞. Theriac. antiq.* ʒß. *C. C. ust.* ℈j. *pulv. nuc. mosch.* ℈ß. M.

In SECT. II. CAP. II.

De Electuario.

Electuarium paratum conjunctim melius etiam Mixtura ad formam opiatæ dicitur, quàm Mixtura solùm vel solùm Opiata. Consistentiæ norma in Theriacâ maximè & Confectione Alkermes elucet, quod enim in Theriacâ est excipiens mel, vinum album antiquum & reliqua ingredientia omnia pulverisata, id in Confectione Alkerm. est syrupus chermes, succus pomorum dulcium, ▽ rosarum & pulveres pretiosi, Ambra, ut patet ex ejus sequenti verâ præparatione *Monspelienſium*: *℞. Syrup. chermes* ℥xvj. *Sacch. opt.* ℥viij. *Cinamom. el. Santal. citrin. ana* ℥iij. *Margarit. or. prapar. Lap. Lazuli legitimè prapar. Ambr. grys. ver. ana* ʒj. *Mosch. or. opt.* ʒß. *fol.* ☉*ri gr. xv. succ. pomor. dulc. aq. rosar. ana q. s.* M. F. Confectio. Dosis verò quæ in Electuariis primariò attendi debet est ut ad ℥ß. Conserv. vel condit. constituentium sumatur pulveris ʒj. quamvis etiam sine his Electuaria corroborantia habeantur. Usus verò eorum in morbis chronicis quoque non spernendus,

dus, verb.gr. in *Chlorosi*: ℞. *Conf. meliss.* ℥iij. *fl. calend.* ℥j. *Cort. aurant. cond. citri cond. ana* ʒiij. *Pulv. cachect.* ℥ß. *Borrac.* ʒß. *Ol. destill. cinam. gut. iij. spec. de nuc. mosch.* ʒiß. cum *syr. de hyssop.* F. Electuar.

Electuariorum parandi modus est

I. Ex pulveribus & melle.) Non saltem olim sed & hodie efficacia ejusmodi Electuaria parantur, verb.gr. ℞. *Rad. Angelic. Valerian. Sylv. Helenii ana* ℥j. *Herb. scordii, galegæ ana* ʒvj. *bacc. juniperi* ℥j. *Sem rutæ* ℥ß. cum melle probè despumato F. Electuarium, quod est *Theriaca rusticorum* Hydropi, matricis inflationibus ita dictis, Cachexiæ, cruditatibus stomachi, febribus pestilentialibus conveniens. Aliud in peste salutare expertum Basileæ *Ann.* 1667. *D. Verzascha*: ℞. *Rad. dictamni alb. Rad. Tormentill. Carlin. bardan. angelic. ana* ʒj. *fol. scordii* ʒij. *boli armen. in succo citri lot.* ʒiiij. *Rob juniperi* ℥iß. *Theriac. opt. Mithridat. opt. ana* ʒij. *C. C. philos. præparat.* ℈ij. *succi rutæ* ℥ß. *mell. optimè despumat. q. s.* M. F. Electuarium.

II. *Cum succo inspissato.)* Ad imitationem Theriacæ Saxonicæ Mynsichti in variis sanguinis impuritatibus eliminandis sequens sit *Electuarium*: ℞. *Rob juniperi, sambuc. ana* ℥j. *diaphoretici ♂tiat. Dan. Ludovici, ♃vial. Poterii ana* ʒij. *succi inspissat. fumar.* ʒiß. *ol. destill. anisi* ℈ß. *succini gt. vj. syrup. papav. alb. Malvatici juniperi ana q. s.* M. flammâ inbecilli in formam opiatæ. *Malvaticum* ejusmodi *juniperinum Exc. Auctoris* fit extractione ex *Roob* cum ∿*u bezoardico* simplici, qualis spiritus habetur ex superaffusione *Spir. vini q. s.* super *flor. sambuci*, M x. *cort. Citri* ℔j. Huc refer Opiatam febrifugam seq. ℞. *Cort. Peruv.* ℥j. *Extr. junip.* ʒvj. ♁ *diaph. Ocul. cancr. ana* ʒij. *Syr. de absynth. q. s.* F. Opiata febrif.

III. Marmeladæ compositæ.) V. gr. In Vomitu nimio; ℞. *Diacydon. simpl.* ℥ij. *condit. cort. citri* ℥j. *corall. rubr. præpar. C. C. usti ana* ℈j. *specific. stomach. Poterii* ℈ß. *conf. rosar. rubr.* ℥j. *ol. destillat. Nucist. gut. ij.* M. F. Marmelada seu Electuar. spissius. Aliud in *Diarrhœâ, Dysenteriâ* aliisque fluxibus præternaturalibus. ℞. *Diacydon. simplic.* ℥iij. *Rad. symphit. condit.* ℥iß. *C. C. ust. sang. dracon. Terr. sigillat. ana* ʒj. *sem. plantag.* ℈ij. *Cinamom. Nuc. moschat. ana* ʒij. *ol. destill. macis gt. x.* M. F. Marmelada debitæ consistentiæ.

Extractiformia Electuaria.) Ad hanc normam parari solet *Electuarium diacori* ex radice acori adstringente & aromaticis in ventriculi affectibus, ubi roborandum utile, juxta *Ettmyllerum* quoque minimè contemnendum, quodque *Jacobo Zuingero* multùm in usu fuisse novi, verb.gr. ℞. *Rad. acori recentis* ℥viiß. Coq. in *Vini malvatici*, 🜄 *rosar. ana* ℥iv. *lil. conval.* ℥iiß. *amygd. dulc. recent. excortic. pinear. Rad. Eryngii condit. ana* ℥iiß. *pistacior.* ℥j. ʒj. *pulv. piperis nigri* ʒß. *gr.* v. *Cinamom. Galang. Cardamom. Maceris, Nucist. ana* ʒiß. *spec. aromatic. rosat.* ℈iv. *diapleres Archontic.* ℈ij. *santal. rubr.* ʒj. cum

ʒj. cum *Spir. vini* extrahatur, *Sacch. alb.* ℔ij. ℥iij. M. F. Electuarium; quod etiam aphrodisiacum est.

V. Ex Conservis.) Prout variant Conservæ, ita Electuarium nunc cephalicum nunc pectorale &c. habetur, verb. gr. ℞. *Conserv. flor. betonic. anthos aa.* ʒvj. *majoran. meliss. ana* ʒiij. *Condit. rad. calam. aromat.* ℥ß. *cort. citri* ʒij. *Ambr. grys. ver. gran.* ij. *syr. caryoph. hortens. q. s.* F. Mixtura ad formam opiatæ, de qua capiat æger sæpius quantitate nucis moschatæ. Aliud alterans in Febribus. ℞. *Cons. flor. rosar. rubr. borrag. buglos. ana* ℥ß. *acetosit. citr.* ʒvj. *Rob ribium* ℥ß. *syr. de Rubo idæo q. s.* M. F. Electuar. molle. Quod verò dicit Autor de admixtione pulverum, probè cavendum est, ne ejusmodi pulveres admisceantur qui fermentationem nimiam cum admixtis acidis moveant sicque è vase contenta effluant, qualiter contingeret, si opiatæ modò dictæ pulveres alcalini bezoardici admiscerentur. Palmarium tamen quod observandum, est, ut illa admisceantur, quæ causam morbificam vel acidum, amarum aliaque infinita Hippocratis proximius feriunt, ceu optimè inde Autor pro basi Electuariorum vult esse species Cephalicas, sudoriferas &c. Exemplum sit: ℞. *Cons. fl. citri* ℥j. *Ruta* ʒiij. *condit. rad. scorzoner.* ℥ß. *cort. citri* ʒij. *conf. de Hyacinth.* ʒiß. *Pulv. pannonic. rubr.* ʒß. *C. C. philosoph. præparat.* ℈j. *aceti bezoardici q. s.* M. F. Electuar. præservans in Peste & Febri malignâ. Elegans verò omninò est Electuaria suaviter parandi modus, si Syruporum loco vel etiam aliorum liquidorum sumatur *pomum citri integrum* minutim incisum & dissectum vel saltem pulpa pomi citri, qui modus usitatus est *Excell. Wepfero* Practico Scaphus. feliciss. v. gr. ℞. *Cons. Acetosell.* ℥ij. *conf. Alkerm. complet.* ʒj. *diaphoret.* ♃ *vial.* ʒij. *Pom. citri mundat. incis. n.* j. M. F. Electuar. itidem præservans in peste & roborans. Optimè verò intentum *Authoris* implet sequens: ℞. *Syr. de card. bened. vel scorzoner.* ℥iiß. *Extr. rad. contrayerv.* ℈j. *Angelic. gr.* xxv. ▽ *æ Lemniæ veræ* ʒß. *spec. diamargarit. frigid. pulv. pannon. rub. ana* ℈j. *diascord. Fracast.* ʒj. *Mithridat.* ʒiß. ⊖ *volat. viperar.* ℈ß. *rob Ribium, ebul. ana* ʒij. M. F. Electuar. alexipharm. Electuarium purgans simpliciter tale est: ℞. *Cass. rec. extr.* ℥ß. *Mannæ el. ac soluta in paucâ copiâ aquæ florum acaciæ* ℥j. *syr. rosat. laxativ. q. s.* M. F. Electuar. molle, quotidie ante prandium cochl. magnit. sum. pro puerperis. Omnium verò eleganter Electuaria suaviter purgantia obtinentur, si ad modum *Sylv. Prax. Med. Lib. I. Cap. II. §. 46.* parentur, v. g. ℞. *Pulp. passular. & prunor.* in *aq. hord.* coct. & per setaceum traject. ℥iij. adde *Electuar. lenit.* ℥j. *pulv. Jalap.* ℥ß. *scammon. depur.* ʒij. *Crem. tart. albiss.* ʒiij. *cort. citri condit. incis.* ℥ß. *sem. anis.* ℈iv. Cum *Syr. rosat. sol. s.* F. Elect. Dos. castaneæ nucis magnitudine.

Solâ Conservâ rosarum à phthisi curati) Conducit illa quidem ob alcali rosarum rubrarum sed & ob saccharum, observante *Sylvio*, phle-

phlegmatis viscosi in ventriculo copiosius collecti autore quandoque nocet. Vid. tamen *Miscell. Curios. Dec. II. Ann. V.*

Theriaca in Dysenteriâ emplastratur, ventri &c.) V.g. ℞. *Emplast. diachalcit. vel diapalm. q.s.* extend. super alutam magnitudine orbis vitrei, in medio ponatur *Theriacæ opt.* ʒj. *pulv. nuc. mosch.* ʒß. M.f. pro Empl. stomacho vel umbilico imponendo.

In SECT. II. CAP. III.

De Emulsionibus.

PRout lac ex animalibus emulsum divinum omninò, ob effectus mirabiles in chylo humano corrigendo, audit remedium; ita facilè inferre est, quantùm valeant analogicæ Emulsiones globulos seri nutritii albidi gelatinosi immediatè respicientes, ceu quos à dulcedine naturali declinantes, unde innumeræ perturbationes humorum & inæqualitates, ut *Hippocrates* loquitur, per corpus contingunt, aptè reducere valent, parantur enim ex nucleis & seminibus pulpâ candidâ & oleosâ turgidis ope tritûs, observando proportionem ut in aliis multis ad ʒj. horum, Aquarum vel Decoctionis cujusdam ℥j. sumendo, idque non saltem pro usu interno sed & externo ad attemperandum.

5. Non calida & aromatica, ut inprimis Semen nasturtii.) Nihilominus hoc ut *Semen Cardui bened. Mariæ, aquilegiæ, napi,* & similia in *febribus malignis, variolis* præsertim, ad secretiones in corpore promovendas insigni cum emolumento Emulsionibus immisceri videmus, additis tamen ut febris habeatur ratio, uno vel altero ex sem. 4. frigidis majoribus, verb. gr. ℞. *Sem. melonum* ʒij. *card. bened. aquileg. ana* ʒß. *aq. succisæ, acetosæ, fl. calendul. ana* ℥j. vel loco horum *Decocti C. C. rasp.* ℥iij. add. *Bezoardic. mineral.* ℈j. *Julep. rosat.* ℥ß. F. Emulsio pro dosi unâ. Vel ℞. *Sem. card. ben. Napi ana* ʒiß. *citri, acetosæ, portulac. ana* ʒj. *aquæ scorzon. borrag. succis. aa.* ℥ij. F. Emulsio. add. *man. Chr. perlat. syr. de cort. citri ana* ʒvj. *C. C. in alemb. præparat.* ʒj. Pro 2. dosibus in Febri malignâ.

1. Quæcunque tincturam alienam &c.) Potest tamen & eleganter Emulsionis albor obtundi syrupo vel magis adhuc Essentiâ papaveris erratici, qualiter id suadet *Dan. Ludovicus Pharmac. p. m.* 174. in *Emulsione purgante*, verb. gr. ℞. *Amygd. dulc. excortic.* ʒj. *Nuc. pinear.* ʒß. *resin. gialapp. gr. ix. aq. rosar. flor. acaciæ ana* ℥j. F. Emulsio quæ commutari potest *Essent. Fl. papav. Rhœad.* ʒj. vel *Syr.* ℥ß. Ubi notandum, quòd ad resinam eo meliùs eliciendam semen oleosum addatur, id quod observandum etiam ubi in Infusionibus præscribitur *Jalapa*, qualiter tum Vina medicata minus nauseosa obti-

obtinentur ac etiam *Potiones purgantes*, verb. gr. ℞. *Amygdal. dulc. decort. num.* iij. terantur in mortario & abjiciantur, post in eodem mortario tere *Ref. Jalap. gran. iv. scammon. præparat. gran. iij.* ⊖ ♀ri *gran. ij.* affund. sensim *aq. cichor. q. s.* ℞. *Colat.* ℥ij. add. *Syr. cort. citri* ʒij. *aq. cinam.* ʒj. Misc. sumatur aut per se aut cum Infuso alterante.

2. Quæcunque præcipitant &c.) Limitatur tamen hoc monitum in Emulsionibus ad usum externum pro topico, quo pacto Emulsioni ex nucleis persicorum, amygd. amar. sem. cannabis & aliis cum aquis discutientibus elicitæ utiliter adduntur ad majorem penetrationem acet. rutaceum, Sambucinum, Bezoardicum, etiam nitrum præparatum, Camphora, præsertim in febri *Hungaricâ*.

Neque opus est &c.) Amygdalatum ex amygdalis solis contusis & coctis domi magis parari solet. Medicatum verò magis ad hujus imitationem fieri potest: ℞. *Sem. papav. alb.* ʒij. *lactuc. cucurb. cucum. melon. ana* ʒiß. *amygd. dulc. excort.* ℥ß. Contund. in mortar. marmor. affusâ aquæ hord. q. s. Colatur. ℔. j. decoq. ad tertiæ partis consumptionem, in qua Ms. *Syr. jujub. capill.* ♀. *ana* ℥iß. Quæ sumi paulatim potest pro lubitu & sæpe in phthisi.

Huc referri etiam merentur illæ mixturæ albicantes, quæ Emulsiones impropriè vocantur ex commixtis pulveribus candidis, ut *Matr. perlar. Margar. præparat. C. C. s.* △. *Bezoard. min. Unicorn. fossil.* &c. verùm sæpius præstat Emulsionem prius è seminibus elicere & pulveres dictos admiscere. Verùm observavimus tales emulsiones paulò diutius asservatas mucilaginosas reddi.

In SECT. II. CAP. IV.

De Decocto.

DEcoctum lignorum die Holtz-Cur.) ℞. *Lign. Guajac. torno deras.* ℥vj. *Sassafras recentis* ℥iij. *Rad. china, sarsaparill. ana* ℥ß. *liquirit. ras.* ℥j. *passul. min.* ℥iv. *Mercurii vivi,* ♄*ii crudi contus. in petia ligator. ana* ℥iij. *aq. fontan.* ℔xxiv. Incisa infund. per 24. horas, pòst coq. sec. art. ad remanent. ℔xvj. & Colatura detur ad usum Potus sudoriferi per aliquot septimanas instituendi in Lue venereâ. Dein ℞. *Rad. china opt. sarsaparill. ana* ℥ij. *lign. sassafras recent.* ℥iß. *rad. liquirit. ras.* ℥j. *passul. min.* ℥iij. *aq. fontan.* ℔xxiv. Incisa stent per 24. hor. postea coq. sec. art. ad remanent. ℔xviij. & Colatura detur ad usum potûs ordinarii. Atque ejusmodi Decocta ex sudoriferis usualibus cum vel sine ☿ & ♄ parata, quia ad affectus chronicos & inveteratos usurpantur, *Diætæ* nomine insigniuntur, quia in specie in eorum usu exquisitâ diætâ opus est. Prout autem ad miasma venereum Mercu-

rium & antimonium adduntur, ita in diuturnis & contumacibus pectoris affectibus (vel ad modum decocti pectoralis *Zvvölferi in Pharmac. August.*) herbæ pectorales adduntur & pro aliis affectibus aliæ, quibus certè efficacissimè, maximè si medicamenta ex mineralibus interponantur vel simul immisceantur, morbi rebelles edomantur, præsertim si Decoctum primarium ad dimidias coquatur & purgantia, quæ à quibusdam insimul coquuntur, omittantur.

Decoctum laxativum ex foliis Senæ & prunis) Usûs optimi est sequens in Acidulis & Thermis ad apertam alvum retinendam: ℞. *Fol. Senæ elect.* ℥j. *Crem. Tartari* ʒij. *sem. anis.* ʒj. Incis. & contus. insuansu sacculo ex syndone albo, cui affund. aq. font. & vini ana ℥iv. Add. *prunor. damascen.* ℔ß Coq. in ollâ vitreatâ lento △e ad tertiæ partis consumptionem. Dein ab △e semotis add. *Sacch.* ℥j. *cinam. contus.* ʒß. Horâ unâ ante prandium cape de hisce prunis num. 4. aut 5. & totidem liquoris cochlearia. Sic in Officinis nonnullis prostant Decocta jam parata, verb. gr. Decoctum pectorale, Infusum item Aquæ laxativæ Managettæ: ℞. *Decoct. pector.* ℥iij. *Elect. lenitiv.* ℥ß. *Lap. prunell.* ℈ß. solv. Colat. add. *Syr. violar. sol. vel rosar.* ʒiij. *Aq. cinam.* ʒij. M. Detur ad Vitr. ℞. *Infus. Laxativ. Manag.* ℥ij. *Syr. fl. acac.* ℥ß. *Aq. cinam.* ʒij. M.

Decoctum *Tamarindorum* } Potus in Febribus ardentibus gratis-
\- - - *Cerasorum* } simus ex hisce decoctione paratur, verb. gr. ℞. *Tamarind.* ℥ij. *Ceras. acidor. exsiccat. M.*j. F. Decoctum in ℔v. aquæ ad remanent. ℔iv. quæ faciunt mensuram Basileensem. Huc verò spectant alia ejusmodi Decocta ægris pro Potu ordinario præscribi solita, ut est præprimis *Decoctum hordei, Ptisana* officinis dicta, dum *hordei* pars una cum *Aquæ fontanæ* partibus 10, 15, aut 20. ad crepaturam usque coquitur, additis ad saporem gratum *semin. anisi, fœnic. radic. liquirit. passulis* & ad colorem rubeum conciliandum etiam *herb. agrimon. rad. acetos.* item *C. C. rasp.* vel *usto* qualia videri possunt apud *Tabernæmont. Cap. de Hordeo*; vel ℞. *Hord. integr. M.* ß. *Passul. min.* ℥ß. *sem. anis. fœnic. ana* ʒij. *Flor.* 4 *cord. ana P.*j. *Aq. font. pur.* ℔iij. *vel iv.* Coq. ad *hord. crepat.* add. in fine *sacchar. cand.* ℥j. Coletur & cum *albumine ovi* clarificetur: aut ℞. *Hord. integr. M. ij.* Coq. in *aq. font.* Mens. 2. ad dimid. Colat. ℞. *Mens.* j. add. *Sacch. albi* ℥iij. *Crem. Tartari* ʒiij. *succi limon. Spir. salis ana q. s.* ad grat. acorem, injiciendo sub finem *Cinam. in pet. lig.* ℥ß. ℞. *Hord. M.*ß. *rad. scorzoner. acetos. ana* ℥j. *C. C. rasp.* ʒvj. *Santal. rubr. sem. anis. ana* ʒij. Coq. ad tert. part. consumpt. Colat. clarific. *album. ovi.* ℞. ℔iiß. add. *Syr. viol.* ℥ij. *rub. idæi* ℥ß. *Spir. sulph. q. s.* ad grat. pro Potu in *Febribus malignis.* Item ℞. *Hord. integr. M. ij.* Coq. in *Aq. font.* mens. 2. hujus decoct. ℞. *mens.* j. add. *Nitr. præpar.* ℥ß. *Sacch. alb.* ℥iv. *Cinamom. in petiâ ligat.* ʒjß.

Magna

Magna varietas ordinis &c.) Videndum hîc quammaximè, ut illa quæ ſtrictioris ſunt texturæ primitus & diutius coquantur, quàm ea, quæ ſunt rara magis & volatiliora, unde radices & herbæ primitus coquendæ quàm ſemina, maximè flores & aromata, ceu hoc obſervatur in *Decocto ſimplici cinamomiſato*, in quo ad Cinamomi gratiam conſervandam aquæ fervefactæ & de igne ſemotæ Cinamomum confractum in fine ſaltem additur, ſaccharoque dulcificatur. In Decocto purgante principaliter hoc notandum, ut alterantia prius decoquantur & in Decocto hoc demum Purgantia incoquantur, ne penitus in auras avolet vis purgandi volatilis. Doſis ingredientium ad utrumque Decoctum vel alterans ſaltem vel purgans inſimul ſufficit ad ℔j. Decocti ſumantur ingredientium ℥iv. ad ſummum v. Radicum nim. & corticum circiter ℥ij. foliorum M. v. vel vj. ſeminum ℥ß. florum P.iv. verb. gr. ℞. *Rad. calam. aromatic. Pœonia ana ʒvj. Cort. Guajaci ℥ß. Herb. betonic. meliſſ. ana M. ij. ſem. aniſ. fœnicul. ana* ʒiß. *flor. ſtœchad. lavendul. ana P. ij. cubeb.* ʒj. Inciſ. & contuſ. coq. in aquæ & vini albi opt. part. æqual. ad remanent. ℔j. In Colaturâ ſolve ſyr. de betonicâ ℥iij. F. Apozema pro 4. doſibus in dolore capitis humore viſcoſo obſeſſi. Huc ſpectat Decoctum lignorum in morbis chronicis & vitiis lymphæ commendatiſſimum: ℞. *Lign. Guajaci* ℔j. *Cort. ejusd. Rad. ſarſaparill. ana* ℥iv. *liquirit.* ℥j. *fol. Sennæ ſ. ſ.* ℥ij. *Agaric. trocbiſc. Rhabarb. opt. ana* ʒiij. *ſem. aniſ.* ʒij. Infund. per noctem in Aq. fontan. ℔xij. in vaſe benè tecto, poſteà coq. in lento igne ad dimidiæ partis conſumptionem. F. Decoctum contra Anaſarcam, quo incurabiles ſunt reſtituti. Uſus ejus eſt quater in die. manè horâ ſextâ ſumatur cyathus, tantundem horâ decimâ, duodecimâ verò comedat aliquid aſſi nihilque bibat, niſi vires deficere inceperint, horâ ſecundâ pomeridianâ ſumatur rurſus cyathus & horâ ſextâ cœna ſumatur: denique horâ octavâ vel paulò poſt iturus cubitum capiat cyathum ultimum, quorum ſinguli contineant ℔iß. Vel hujus loco paretur ad modum ſeq. ℞. *Rad. bryon. rec.* ℥j. *aſar.* ℥ß. (vel loco horum *Lign. Juniperi* ℥iij.) ⊖ ♀ri ʒiij. Infuſ. in Aq. fontan. q. ſ. per noctem in loco cal. manè add. *rad. vincetox.* ʒvj. *comar. abſynth.* M. j. *Fl. bellid.* M. ß. *bacc. Junip.* ʒvj. *ſem. aniſ. fœnic. ana* ʒij. Coq. Colat. ℥xv. add. ⩘ ✱*ci, Tinctur. vel* ⩘ *nephrit. ana* ʒij. *ſyr. de byſſop.* ℥ij. M. Doſ. ℥iij. Apozema alterans & purgans ſimul in Melancholia hypochondriaca: ℞. *Rad. Pimpinell.* ʒiij. *Cort. Tamariſc.* ʒij. *Herb. ceterach. fragar. chamadryos ana M.* j. *Fl.* 4. *cordial. ana P.* j. Coq. in Aq. fontan. q. ſ. De Colaturâ ℔iß. infund. per noct. *fol. ſenæ el.* ℥ij. *rhabarb. el.* ʒij. *Rad. ellebor. nigr. præparat.* ʒj. *Sem. fœnicul. aniſ. ana* ʒij. Manè bulliant parum. In Colat. ſolve *Syrup. fl. Perſicor. roſat. ſolut. ſimpl. ana* ℥iß. F. ſec. art. Apozema, de quo alternis diebus manè ℥ij. vel iij. pro operatione cum regimine Diætæ uſurpentur. Vid. *Ettmyller. Meth. præſcr. Form.* Aliis verò loco purgantium,

 quæ

quæ incoquuntur, præſtat Decocti alterantis Doſi purgans aliquod ſeorſim paratum commiſcere ut intentum obtineatur, prout de Bolis quoque ſupra dictum eſt: ℞. *Syr. roſat. ſol.* (vel *compoſ. Fl. perſicor.*) *Fl. acac. ana* ℥vj. *Aq. cinam.* ʒij. *Crem. tart. ſubtiliſſ. trit.* ℈j. *Reſ. Jalap. ſem. melon. probè ſubact. gran. iv. Tartari* ⊕*lat. gr. iij.* M.

Ex ſero caprino cum fumariâ) Quia hoc remedium in ſcabie, tineâ capitis aliiſque affectibus cutis ſummè proficuum eſt, ſed ob nauſeam quam ciet à plurimis averſatur, optimè dulcificatur ſaccharo & *aq. cinamomi* parùm, vel etiam infunditur *Conſerva roſarum* & colatura expreſſione facta *aq. cinam.* grata magis redditur.

Et ſimilibus Juſcula parantur &c.) Ad hæc devenire cogitur Medicus ſæpius ſolummodò, dum æger quævis alia aſſumere renuit. Juſculum ejusmodi Regium aperiens gratiſſimum ſequens eſt: ℞. *Rad. apii, petroſel. fœnicul. ana* ℥ß. *Paſſular. exacinatar.* ℥j. *croci* ℈j. *macis* ℈ß. Incidantur & ventri gallinæ (abſciſſis alis, collo & pedibus) infarciantur. Coqu. omnia in aqua, donec caro ab oſſibus ſeparata & juſculum ad doſes 6. relictum fuerit, exprimatur caro, & Colatura cum ſale ſervetur ad uſum. Ejusmodi juſcula alterata Gallis, ut dicit Author, uſitata ſequentia ſunt, verb. g. in *Phthiſi*: ℞. *Rad. bugloſſ. ſymphyt. maj. ana* ℥j. *fol. millefol. Tuſſilag. agrimon. ana M j. Fl. cichor. bugloſſ. ana P. j.* Cum *fruſtulo carnis vitulini* F. Juſculum, cui add. *paſſul. min. mund.* ℥ß. In Scorbuto: ℞. *Rad. bugloſſ. gramin. ana* ℥ß. *fol. cichor. ſylv. capill. veneris, ſummit. lupuli, fumar. ana* Mß. Cum *fruſto carnis hœdin.* F. Juſculum, quod capiatur manè addendo *ſucci anagall. depurat.* ℥j. continuando per 15. dies. In Dyſenteriâ: ℞. *Fol. cichor. plantag. millefol. ana M. j. fl. roſar. rubr. P. j.* Cum *fruſto carnis vitulini* F. Juſculum. Cui add. *Rhab. el.* ℈j. Juſculum refrigerans ſeq. eſt: ℞. *Fol. lactuc. bugloſſ. cichor. ana M. j. ſem. 4. frigid. major.* ℥j. Cum *fruſto colli carnis vervecinæ.* F. Juſculum, quod capiatur manè continuando per 9. dies, addendo unicuique Juſculo *Salis prunell.* ʒß.

Ex animali genere eſt Cornu Cervi &c.) Sic Gelatina paratur in *Phthiſi* egregia: ℞. *Raſur. C. C.* ℥iv. indatur vaſi ▽eo vitreato, affund. Aq. font. calidæ ℔xv. bene tecta collocantur in loco calido per horas 12. add. poſtea *rad. conſolid. maj. recent.* ℥ß. *Herb. veronic. Nummular. Naſturt.* ▽*at. recent. ana M. j. Fl. bellid. min. P. iij. Paſſul. major.* ℥j. *conſ. roſ. rub.* ℥ij. Coq. lento △e ad conſumpt. part. dimid. Colatura reponatur in locum frigidum. Doſis cochl. j. vel ij. ante Juſculum non ſalitum ter de die.

Oleorum deſtillatorum hæc proba eſt) Sunt enim Salia volatilia concentrata, unde addito alcali proprio ſeu ſale fixo per longam circulationem ſeu digeſtionem ſub ſalis votalilis formâ ſiſtuntur, verb. gr. Sal Cina-

Cinamomi ex Oleo destillato Cinamomi & sale alcali ejusdem fixo per incinerationem Cinamomi, quale optimè incidit & mucagines in cordis ventriculis & arteriis se affigentes resolvit.

Decoctio cum vino &c.) In aromaticis ejusmodi cum vino decoquendis, non cum aquâ fontanâ simplici, mederi potest avolationi partium volatilium, si vasi apponatur capitellum & juncturæ benè claudantur, fiatq; destillatio & abstractio, quales modi in Syrupis, v.g. Absinthii, ex aromaticis additis insimul parandis videri possunt supra ex *Zwolfero in Animadvers. super Dispensatorium Augustan.* & *Pharmacopœiâ Regiâ*, v. gr. ℞. *Herb. trifol. fibr. cochlear. nasturt. aq. Beccabung. ana M. ij. rad. Raphan. min. rec. in taleol. incis.* ℥ *ij.* Contus. omnia & conquassata in mortario marmoreo coq. in *Aq. cochlear.* ℔ ij. & quidem in cucurb. alemb. cœco munitâ arenæ impositâ, postea alembico rostrato fiat destillatio & abstractio ad medietatem, Colat. clarif. add. *Syr. pom. dulc.* ℥ j. *Essent. antiscorbut. Mollenbrök.* ʒ ij. M.

Hydromel in affectibus pectoris &c.) Taliter hoc *Rulandus* paravit haud ineleganter: ℞. *Hyssop. Salviæ ana M. j.* Coq. in mens. ij. *Aq. font.* Colaturæ add. *mell. despumat.* cochl. iij. F. Hydromel pro potu ordinario in *Orthopnœâ.* Et sicut in his potibus pauca sumuntur ingredientia, ita quoque eleganter ad modum *Sylvii* duo vel tria saltem pro medicandi scopo sumuntur, verb. gr. pro bile è sanguine eluttiandâ: ℞. *Rad. Taraxac. cum foliis M. ij Herb. fumar. M. j.* Coq. in *Aq. pur. q. s.* Colat. ℥ xx, add. *Syr. de cichor. simpl.* ℥ *iij.* ♀ri ⊕lat. *pulv.* ʒ j. M. Vel quod *Tabernæmontanus in Herbar. p. m.* 410. habet, quo fœminam febre petechiali laborantem restituit: ℞. *Herb. galeg. M. ij. tormentill. cum rad. M. j.* Incis. recentia coq. in *Aq. carduibened.* ℥ *vj.* Colat. ℞. ℥ *iij.* add. *Boli Armen.* ʒ j. sumatur pro haustu.

Aqua & vino &c.) Non simul tum aqua tum etiam vinum speciebus decoquendis affundi debet, sed sub finem saltem decoctionis vinum, minus enim sic vappescere potest, quin potius intimius in recessus corporis vim Decocti deducere, præsertim in bibulis.

Rarius conservis &c.) Hujus occasione notamus Quorundam ex conservis ipsis Decocta parandi modum, verb. gr. In Cordiali potione sequenti: ℞. *Conserv. flor. Tunicæ, Rorismarin. Violar. purpur. papav. errat. ana* ʒ j. *Aq. Scabiosæ, papav. errat. Card. bened. Rubi Idæi ana* ℥ *iij.* Mixta ebulliant in diplomate. Colaturæ fortiter expressæ add. *Aq. cinamom. cord.* ℥ j. *Corall. rubr. Ocul.* ♋. *ana* ʒ ß. *Syr. flor. Tunic.* ℥ *iß. aq. Cardiac. off.* ℥ ß. M. sumatur per cochlearia.

In SECT.

In SECT. II. CAP. V.

De Clysteribus.

CLysteres euporisti & minoris apparatus &c. 1. Aqua.) ℞. *Aquæ fontan. tepidæ* ℥x. *Terebint. vitell. ovi sol.* ℥ß. ⊖ ✱*ci* ʒij. F. Clyster. Vid. *Regn. Veget. Cap. XXVI.*

2. Lac.) ℞. *Lactis vaccin.* ℥x. *mell. rosat. facch. Thomæi ana* ℥iß. *vitell. ovi num.* ij. F. Clyster leniens & abstergens, in vermibus quoque proficuus. Alius: ℞. *Lact. vaccin.* ℥viij. *Sacchar. rubr.* ℥ij. *gumm. arab.* ℥j. *Tragacanth.* ʒij. *vitell. ov. num.* j. M. F. Clyster emplasticus & epicerasticus in dysenteriâ probati effectus.

3. Serum lactis.) ℞. *Seri lact.* ℔j. *succi malv.* ℥iß. *facch. Thomæi* ℥ß. M. F. Clyster in alvo obstructâ scorbuticorum.

4. Vinum.) ℞. *Vini albi generosi, ol. Nucum ana* ℔ß. M. F. Clyster in Colica. Alius: ℞. *Vini Malvat. opt.* ℥x. *ol. Rutæ* ℥iij. *Salis communis* ʒj. F. Clyster itidem in Colica utilis.

5. Sanguis.) ℞. *Sanguinis vervecis adhuc calentis* ℥ix. *gumm. Tragacanth.* ʒij. F. Clyster in Dysenteria. Vel loco sanguinis: ℞. *Caput ovinum crudum per medium dissectum, linguâ & cerebro exemptis, bulliat in f. q. aquæ, donec caro ab ossibus omnino secedat, juri colato immitte statim summitat. hyperici & rad. Tormentill. crassè pulverisatarum* ℥ij. *vel iij.* Infund. per horas 3. vel 4. in cinere calido; Colatum ægro aliquot vicibus in die formâ Clysteris injicito. Vid. *Angelus Sala.*

6. Urina.) ℞. *Urinæ hominis sani* ℔j. *Terebinth. vitello ovi solut.* ℥iß. *Salis prunell.* ʒiß. F. Clyster in Hydrope, cujus & liquor absq; Terebinthinâ tepidè ventri applicari potest in tympanitide, hoc enim fotu *Hartmannus* restituit Viduam ab omnibus Medicis derelictam, cujus occasione *Willisius* Clysma dictum invenit & salubre expertum est.

7. Oleum.) Sic namque *Galenus* oleo rutaceo solo tormina & cruciatus lumborum, falsò dolorem Nephriticum esse sibi persuadens, ejectâ pituita vitrea per alvum se restituit. Conveniunt aliàs ejusmodi Clysteres ex solis oleis parati in induratione partium abdominis glandulosarum.

8. Jura Carnium.) ℞. *Juris carnium* ℥x. *mell. mercurial.* ℥ij. *ol. olivar.* ℥j. *salis communis* ʒj. F. Clyster in alvo obstructâ.

Et similia.) ℞. *Brodii hordei* ℥iiiß. *mell. rosat.* ℥ß. F. Clyster pro infante. Quò spectat in *Colicâ* Clyster egregius seq. ℞. *Infus. stercor. equin. cum flor. chamomill. fact.* ℔j. *Mell. mercurial.* ℥ij. M. F. Clyster. Vid. infra & *Select. Remed. pag. 68. & Sect. I. Art. II.*

Quoad

Quoad materiale) Materia medica Clysteres ad diversos scopos modificat, unde præter Clysteres *Emollientes*, sunt & *Purgantes* & *Adstringentes* & *Anodyni* & *Detergentes* & *Discutientes*, & *Consolidantes* & tandem etiam suo modo *Nutrientes*. *Clyster Emolliens* seq. est: ℞. *Rad. alth.* ℥ij. *Herb.* 4. *Emollient. ana M.* j. *flor. chamomill. P.* ij. *sem. lini* ʒvj. *anis.* ʒij. F. Decoctum, in Colaturâ ℥x. solv; *mell. violac. Ol. lil. alb. ana* ℥iß. *Salis* ʒij. M. F. Clyster. NB. Nunquam Clysteres Emollientes sine additis carminativis præscribendi. *Clyster Purgans.* ℞. *Herb. origan. chamædryos. ana M. ij. Summitat. Centaur. minor. M. j. Sem. Carthami, Agaric. opt. ana* ʒij. *pulp. Colocynth. in petia ligat.* ʒiß. F. Decoctum. In Colaturâ ℥ix. solve *Electuar. benedict. laxativ. mell. anthosat. ana* ℥iß. *Salis gemmæ* ʒj. F. Clyster in *Apoplexiâ, Epilepsiâ, Catarrho suffocativo*, aliisq; subitaneis morbis utilis. *Clyster Adstringens:* ℞. *Rad. Tormentill. Symphiti ana* ℥ß. *Herb. plantag. burs. pastor. equiseti, menth. rubr. ana M. j. flor. rosar. rubr. balaustior. ana P. ij. Anthos P. j. Sem. Sumach.* ʒij. Fiat Decoctum. In Colatura ℥ix. solve *Sacch. Thomai* ℥ß. *bals. Peruvian. cum vitello ovi solut.* ʒj. *succi plantag. rec. express.* ℥j. F. Clyster. *Clyster Anodynus:* ℞. *Hordei mund. flor. chamomill. Verbasc. ana M. j. Sem. lini, fœnugræc. ana* ʒvj. F. Decoctum in lacte vaccino. In Colaturæ ℔j. solve *Sacch. rubr.* ℥j. *vitell. ov. num. ij. philonii Rom.* ʒij. *amyli* ʒiij. F. Clyster in *Dysenteriâ* dolores leniens. *Clyster Detergens:* ℞. *Hord. integri, Herb. mercurialis, betæ ana M ij. Semin. anis.* ʒiß. *furfur. M.* j. F. Decoctum in *Aq. fontan.* In Colatura ℔j. solve *Sacch. rubr.* ℥j. *mell. rosac.* ʒvj. *Terebinth. vitello ovi soluti* ʒiij. F. Clyster. *Clyster Discutiens:* ℞. *Herb. origan. Rutæ, Calaminth. Thymi, Majoran. ana M. j. Flor. Chamomill. P. ij. Melilot. malv. arbor. ana P.* j *Semin. Cumini, Anethi ana* ʒiij. F. Decoctum in *Aquæ q. s.* In Colat. ℥x. solve *Electuar. diacatholic.* ℥j. *ol. bacc. lauri* ℥ß. *olei Rutæ* ℥iß. *Salis commun.* ʒj. F. Clyster. *Clyster Consolidans:* ℞. *Rad. consolid. major.* ʒvj. *Herb. pentaphyll. Polygoni, geranii, Pyrolæ ana M j. Flor. balaust. rosar. rubr. ana P. ij.* F. Decoctum in *Aq. chalybeatâ.* In Colat. ℥ix. solve *Elect. Diascord. Fracast.* ℥ß. *Terebinth. vitell. ovi solut.* ʒij. *bals. sulph. gutt. vij.* F. Clyster. *Clyster Nutriens Mynsichti:* ℞. *Juris carnis bubulæ, capon. ana* ℥viij. *Cremor. hordei, lactis vaccini ana* ℥iv. *Vini opt.* ℥iij. *sacch. rosat.* ℥j. *panis tritic. exsiccat. & pulverisat.* ℥ß. *vitell. ovor. num. ij.* M. F. l. a. Enema.

Ex Animalibus &c.) Sic in Colica ex *stercore equino* nunquam satis laudandus fieri potest Clyster, si nimirum ejus Manipuli duo cum ana florum chamomill. in *Aq. font.* infundantur in loco tepido, Colaturæque addatur *mell. mercurial.* ℥j. vel si fortior desideretur, *TRa Castorei cum* ⊖ ✳ *ci parata* ℈j. qui & in affectibus spasmodicis abdominis aliis ut in affectione hysterica utililis expertus est.

Ex Mineralium classe &c.) Talem *Riverius Prax. Lib.* I *Cap* 2. sistit, quem in *colicis doloribus* miranda præstare dixit: ℞. *Decocti Herb. 5 Emollient.*

lient. Fl. chamomill. & Sem. carui ℔j. *diaphœnic.* ℥j. *Aq: benedict. turbid.* ℥iv. Misc. F. Clyster. Verùm cautum esse decet Infuso ejusmodi Croci metallorum, quia observavit *Exc. Wepferus Hist Apopl. p. 386.* additione ejusmodi Infusionis Colicum quendam terribili Epilepsia correptum sibi frustulum linguæ morsu præscidisse, diuque rigidum instar schidii omni sensu ac respiratione privatum jacuisse, ab alio verò ex mero lacte cum pauxillo butyri ad mentem rediisse & sensim convaluisse.

Radices planè omitti &c.) Notandum ex *Sennerto*, Clysteres malè olentes fieri ex varietate nimiâ radicum, fol. sem. fruct. additis oleis, eosque nidore suo fœminis uterum commovere, & in viris etiam caput osque ventriculi tentare & afficere: unde Antiqui solâ mulsâ & oleo, ac Moderni Celebres Practici sæpe ex una planta vel paucis seminibus Clysteres utiliter parant; verb. gr. ℞. *Herb. malv. parietar. veronic. ana M. iij.* Coq. in *Aq. font. q. s.* In Colaturæ ℥x. add. *ol. amygdal. dulc. amar. ana* ℥jß. *sacch.* ℥j. M. F. Clyster. Sic in *Colicâ*: ℞. *Decoct. flor. chamomill. in aq. simpl. vel lact. fact.* ℥iij. *Mell. rutac.* ℥ß. ⊖ ♀ri vel ⦶ *crud. gran. vj. ol. destill. anis. gut. iij. vel iv.* F. Clyster in *Colicâ* pro puero.

Paulò crassiorem consistentiam &c.) Tali apparet Clyster apud *Grülingium obs. Cent. V. pag. 85.* ℞. *Crem. aven.* ℥x. *ficuum contritor. num. iij. Mell. rosat.* ℥ij. M. F. Clyster, quem secreti loco habendum censet (juxta pultem ex ficubus 4. 5. contritis & melle rosaceo) in dolore hæmorrhoidum: Alius ℞. *Fecum Cerevis.* ℥iß. *sapon.* ℥j. *Aqu. pluv.* ℥vj. misc. F. *Clyster*.

Quia verò Clysterum operationibus affinia sunt Suppositoria, hæcque ubi Clysteres minus rectè tardeq; operantur præcipuè conducunt; *Celeberr. Auctor* verò de iis hoc in Tractatu tacet, etiam de iis quædam dicenda erunt: Suppositoria scilicet & Glandes itidem ut Clysteres alvum movent, dum rectum intestinum stimulant & motum sphincteris ani intendunt, circa quod tamen observandum, ne Natura iis nimis assuefacta in torporem potius & segnitiem disponatur, exemplo Ducis Albani Belgarum illius infensissimi hostis, de quo *Heurnius Meth. ad Prax. Med. Lib. III. Cap. 19.* Talia autem Suppositoria figuræ fructûs quercûs parantur vel ex sapone Veneto butyro recenti illito, vel ipso butyro tec. vitell. ovi, Croc. & flor. sambuci, ad modum *Excell. D. D. Screta Scaphus.* vel globulo saccharino moschato, vel ad modum *Ang. Sala* ex alumine vel candelâ cereâ minori butyro illitâ, vel ex fermento, sale comm. fell. ovis & paucâ farinâ, vel ubi acriores expetuntur, ex stercore mur. sale gemmæ &c. verb. gr. ℞. *Mag. scammom.* ℈ß. *Trochisc. alhand.* ℈ij. ⊖ *gemmæ* ℈iij. *sacch. alb.* ℥iv. Cum *mucil. gumm. tragacanth.* F. Globuli. Neque verò saltem ad stimulandum Glandes faciunt, sed & ad alios fines, verb. gr. ad Tenesmum, quem glandes sinistrè usurpati aliàs inducunt, compescendum: ℞. *Opii Thebaic. Croci or. Castor. ana* ℈ß. cum

melle

melle cocto. F. Suppositor. Vid. *Mynsicht. Armament. pag. m.* 424. & *Excell. Auctor in Pharmac. pag. m.* 145. Quia verò *Pessaria* & *Clysteres uterini* maximam affinitatem cum prædictis fovent horum exemplum sistendum, sic namque ubi viscoso phlegmate uterus obsessus est sterilitatemque causatur seq. Pessus utilis: ℞. *Diaphœnic.* ʒj. *pulv. hier. picr.* ʒß. *Terebinth.* ʒiij. cum *bombace q. s.* includatur & vulvæ intrudatur coxæque alligetur ejusque apex zibetho fricetur: item seq. Injectio: ℞. *Rad. aristoloch. utr. ana* ʒij. *gentian. zedoar. ana* ʒj. *Herb. heder. terrestr. cent. min. aristol. rorismar. ana M.j. meliss. artemis. ana* Mß. *Cardam. min.* ʒß. Incis. cont. coqu. ad Clysterem uterinum.

In SECT. II. C. VI.

De Balneis & Pediluviis.

BAlnea Laconica) Balneum Laconicum, Stufa seu Sudatorium hodie non inutiliter sequenti modo paratur: Paratur scil. cathedra seu ergastulum aliquod, ita ut nonnisi caput emineat, cui nudus insidet æger, inferius flamma ex Spir. vini immittitur, lebes enim sub loco perforato, cui insidet æger cum Spir. vini optimo collocatur, qui accenditur schedulis aliquibus, atque ita ergastulum illud calefit. Usus egregius est, tum quòd flamma Spir. vini nervos roboret, sicque minus lædat quàm si intus assumeretur, tum quod calor ille subtilis & aëreus ex subtili flamã ad initium nervorum etiam penetret, aër verò liber per os respiretur. Fertur Regem Daniæ Christianum & Philippum IV. Hassiæ Landgrafium hoc ergastulo usos fuisse, Vid. *Poppius in Thes. Med. Pract.* ut & *Glauberus Phil. Furn. Part. III. p. m.* 53. Sic *Gesnerus Epist. Med. Lib. III. pag. m.* 84. testatur fumum ejusmodi ex Spir. vini ardente sibi in dolore ischiadico, crure in lagenam ubi accendebatur demisso, profuisse: Est & alius spiritus penetrantissimus qui in aream sudatoriam pelli potest versùs patientem, ut sic valetudinem pristinam recuperare possit, nimirum aut ⌒us ⊕li △. aut etiam ille qui è calce viva marcacisitis affusâ sponte absq; △ne habetur, quem denominare sic apertè renuit *Glauber. l. cit.* Videatur elegans *Ettmylleri Diss. de Baln. Med.* Lubeat occasione aliorum Balneorum etiam alius Balnei postea maximos usus nobis conciliantis memores esse, nimirum dicti eleg. Basan in Turba Philosophorum: Ducite fulvum ad Balneum cum uxore sua post matrimonium, & balneum nimis calidum ne faciatis, ne ambo sensibus suis priventur: balneum itaque lene efficite idque tam diu, donec corpus viri & uxoris una res fiat: tunc illi sudorem suum conferte, conspergite illum iterum, & in quietem suam iterum collocate: cavete verò ne nimio æstu illum abigatis. Honorate nunc

Regem, illiusque conjugem, illosque non comburite. Eccur illud? Nescitis, quando illis indigeatis, qui Regem, illiusque conjugem meliores reddant: Coquite illos tam diu, donec nigrescant, dein albescant & rubescant. Si illud intelligitis, ô felices tum vos artifices! Sin minus, illud tum ignorantiæ vestræ imputandum est: quocirca non Philosophiam, sed crassam vestram imperitiam redarguite.

Aceto cum succino infuso &c.) In tumore pedum œdematoso laudatur sequens: ℞. *Aceti sambuci* ℥iij. *Succini crudi pulverisati* ʒij. misc. affunduntur silicibus △itis & vapor linteis decentibus in pedibus excipiatur. Vid. *Medicin. Experimentalis Digbaana*.

In SECT. II. CAP. VII.

De Infusis.

QUæ cum Decoctis maximam habent convenientiam &c.) Differentia tamen est in eo, quod minori dosi ingredientia in Infusis præscribantur: nempe servetur hæc proportio, ut ad mensuram Vini seu ℔iv. ingredientium sumantur ℥vj. seu ad vini ℥xxxviij. sumantur tantæ dein *drachmæ*, id quod sufficit ad *Vina medicata*, inde sic dicta, paranda, v. gr. ℞. *Rad. cichor.* ℥ß *enul. imperat. ana* ʒij. *galang. min. aristol. rot. ana* ʒj. *Herb. meliss. menth. absynth. ceterach. card. ben. ana M.* j. *summit. cent. min. majoran. Fl. rosar. anthos ana P.* j. *Fol. Senn. m.* ℥j. *Rhab. el.* ʒiij. *Agar. rec. troch.* ʒij. *sem. anis. fœnicul. carui ana* ʒj. *Bacc. lauri* ʒiß. *Zingib.* ℈ß. misc contus. affund. *Mens.* j. *Vini alb.* rejectis herbarum stipitibus, vel includantur sacculo ex serico rubro tenui affundaturque prius Aquæ font. ferventis ℔j. eâque refrigeratâ postea Vini alb. ℔iij. per 24. horas, manè ejus sumantur ℥v. vel ℥vj. Cœterùm Vinorum medicatorum nomine & illa sumuntur, quæ tempore autumnali ex *musto* ope fermentationis particulas medicatas exquisitius elicientis, parantur, verb. gr. ℞. *Rad. enul. camp.* ℥v. *Cort. aurant.* ℥ij. *tamaric.* ℥iv. *Lign. sassafr.* ℥iij. *Herb. beton. veronic. hepat. nob. ana M.* vj. *agrimon. scabios. scolopendr. carduiben. summit. cent. min. absynth. ana M.* iv. *Bacc. Juniper.* ℥ß. *lauri* ℥j. Incis. cont. superaff. *must. rec.* dimidium modium pro affectibus catarrhosis, hypochondriacis &c. Sic pro nephriticis dispositionibus: ℞. *Rad. ononid.* ℥iij. *asparag. fœnic. ana* ℥iß. *Herb. beton. saxifr. ana M.* ij. *sem. Dauci cret.* ʒvj. *urtic.* ℥j. *Bacc. alkekeng.* ℥ij. *Juniper.* ℥j. Incis. cont affund. Must. modii pars tertia. ℞. *Herb. absynth. M.* iv. *cent. min. scolopendr. card. ben. epat. nob. ana M.* ij. *Rad. cichor. helen. ana* ℥ij. *caryophyll. calam. arom. Cort. citri ana* ℥j. *aurant. cinamom. ana* ℥ß. Incis. cont. affund. *Musti rec.* mens. xvj. Elegans & sequens *Ettmylleri*: ℞. *Ras. lign. sassafras*

ſafras ℥iij.*rad.acori ver.* ℥ij.*Herb. caryophyll cum rad.* ℥j. *Card.ben. M. iiij. roriſmarin. M. ij. fumar. M.* j. *Cort. citri, aurant. ana* ℥j. F. Nodul. cui amphora muſti ſuperaffundatur. Talium plures formulæ hinc inde apud Practicos & Botanicos reperiuntur. His verò non adeò infrequens Mineralia ut Cinnabar. Antimonii ex ♀ ♄ & Mercurio vivo factam ad ℥ij. præſertim verò Limaturam ♂ in petia ligatam ſimul addere ut Vinum chalybeatum obtineatur; verb. gr. ℞. *Limat.* ♂ ℥*iv.* ♀*ri opt.* ℥*iß. Cinam.* ℥ſ. M. vel per ſe affund. Vini alb. vet. ℔iv. Infund. in vitreo vaſe benè clauſo ad ☉lem & calidum locum quotidie agitando. Dentur ℥vj. pro doſi horis 4. ante prandium, ſubſequente corporis motu. Inſuper etiam hoc modo Infuſa chalybeata compoſita efficaciſſima parantur, verb. gr. ſeq. ubi metus ne Icterus niger in hydropem abeat præſente difficili reſpiratione: ℞. *Raſ.* ♂ ℥ß. *rad. bryon. helen. irid. noſtr. ana* ʒiiiß. *Herb. hyſſop. chelid. cum flor. & rad. marrub. alb. ana M.* j. *Sal. abſynth.* ʒj. *Cinamom. opt. Caryoph. ana* ʒ*iij. macis* ʒiß. *Croci or.* ʒj. *Granor. Junip. cont. M*ß. *ſacchar. alb.* ℥iiß. Coq. in vaſe vitreo cum tribus quartar. Vini alb. Doſis manè & horâ 2. cochl. 3. 4. ad ℥*iij.* Sic in affectibus uterinis Virginum & mulierum ex obſtructione menſium & concomitante paſſione hyſterica, utiliſſimum & experiiſſimum ſeq. Infuſum: ℞. *Rad. filic. borrag. ana* ʒ*iij. Cort. cappar. tamaric. ana* ʒ*ij. Fol. ſenn. Herb. fumar. epithym. ling. cervin. thym. cochlear. ana P.* j. *Flor.* 4. *cord ana P.*ß. *ſem. aniſ. fœnic. ana* ℈*ij. Raſur. ebor. C. C. uſt. Ocul.* ♋ *ana* ℥ß. *Cinam.* ℈*iv. macis* ʒß. *Croci gran. xv. ſpec. latif. Gal. Diarrhod. Abbat. Dianth. ana* ℈j. *Limat.* ♂ ℥*iij.* Conciſ. affund. *Vini malvat.* ℔*ij. ſucc. citri rec. expr.* ℥*iv.* ⌒ ⊕*li* ʒj. ſtent infuſa in loco calido & arenâ per 10. dies quotidie bis movendo, filtretur per chartam & detur ad uſum; Doſis cochl. 2. in juſculo carnis. De reliquo notat *Ettmyllerus* Vinum iſtis Infuſis minimè ſuperinfundendum eſſe quæ ♂ limatura ingreditur, eò quod acidum vini rodat ♂ & in eo coagulatur ſicque vis hoc ipſo hebetatur & dum acor concentratur minus infuſum ipſum adgreditur. Idem quoque meritò laudat infuſionem præcedaneam extemporaneam ad parandos *Julepos* in *febribus ardentibus*, verb. gr. ℞. *Fl. papav. rh. M* j. *violar. M.*ß. Inf. *in aq. fl. papav. rh.* ℔iß. add. *ſyr. papav. rh. berber. ana* ℥*ij.* M. F. *Julep.*

Ex ſpeciebus aromaticis &c. fiunt Clareta) Nimirum vel alterantia ſola vel cum purgantibus & corrigentibus permixta ſacculo incluſa, poſtquam iis Vinum ſuperfuſum eſt, ſaccharo impr̃egnantur, idque ad vinum ſubquadruplo pondere, verb. gr. Si Vini medicati purgantis vel alterantis ſaltem ℔j. fuerit, additur *Sacchari* ℥iij. & *Cinam. opt.* ʒ*ij.* trajiciuntur ſæpius per manicam *Hippocratis*, ut aliàs *Clareta* dicta parantur, vel etiam abſque ſaccharo ſi Vinum dulce ſumatur, ut Malvaticum, ſic namque haud ingratum tale *Claretum uterinum* in pertinaci obſtructione menſium ita

parari potest: ℞. *Rad. ſcorzoner.* ℥ß. *Rubia Tinctor. Aſari ana* ʒij. *Herb. meliſſ. M.* j. *Veronic. Puleg. ana* Mß. *fol. ſena diligenter mund.* ℥j. *chalyb. praparat. in nodul. lig.* ℥ß. *Cinamom. tenuis* ʒiij. *Caryoph.* ʒij. *Galang. min. Cardom. ana* ʒj. *Cremor.* ♀*ri*, ⊖ *artemiſ. ana* ʒß. Conciſ. groſſ. mod. affund. *Vini malv.* ℔ij. Diger. in M. B. per diem, pòſt colentur per manic. *Hippocrat.* Clarificetur pro Clareto pro 4. doſibus. Sic pro ſenibus catarrhoſis: ℞. *Bacc. Junip.* ʒvj. *rad. acor. ver. fol. ſenn. ſ. ſ. ana* ℥ß. *rad. helleb. nigr.* ʒij. *Cinamom. Galang. Zingib. ana* ʒj. *Crem.* ♀*ri* ʒij. *Vini opt.* ℔iiß. ſtent per triduum in loco calido ad *ſolut.* ♀*ri*, poſt coletur per manicam *Hippocr.* & edulcoretur ſaccharo. Vid. *Zwölf. Pharmacop. Reg.*

Icтericum) Aliud expertum ad binas ſaltem doſes nonniſi ex flavis Vegetabilibus paratum ita fit: ℞. *Rad. rhabarb.* ℥ß. *Curcum.* ℈iv. *flor. Calendul. chelidon. maj. ana* Pij. *Croci orient.* ℈j. *Colocynth. gr. iv.* Infund. per noctem in loco calido in *Vini albi veteris part. ij. Aq. chelid. maj. part. iij.* Manè Colatura ℥*viiß.* detur ad vitrum. Id tandem notandum quòd Infuſa etiam pro uſu externo parentur, verb. gr. ℞. *Spir. vini opt.* ℔j. *rad. pœon.* ℥*ij. Caſtor.* ℥j. Infund. & poſtea colentur. Uſus in motibus convulſionis puerorum exterius corpori aſtrictum. Vid. *Ludov. enucl.*

In SECT. II. CAP. VIII.

De Pilulis.

2. A Trochiſcis &c.) Quia pilulas commendat parvitas, pilulas verò grandiores emergere neceſſum eſt ex natura ingredientium, optimum tum ex maſsâ Trochiſcos formare ad exemplum *Trochiſcorum Hermeticorum D. D. Screta Scaphuſienſis*, quorum deſcriptio in *Ludovico enucleato* extat: Neque verò ſaltem pro purgandi ſcopo ſed & alterandi præſcribuntur, dum non ſaltem Extracta purgantia ſed & alterantia roborantia in Officinis extant; ſic in Febribus intermittentibus: ℞. *Extr. gentian. vel centaur. min. q. ſ.* ☿ *dulc. opt.* ℈j. *vita correct. gran.* ij. F. Pilul. num. vij. pro una doſi: Sic pro eorum rigore compeſcendo: ℞. *Extr. imperator. abſynth. ana* ℈ß. *ol. deſtill. caryophyll. q. ſ.* F. Pilul. ante paroxyſmum capiendæ. In tuſſi ferinâ nocturnâ: ℞. *Lact.* ♀ ℈j. *Myrrh. opt. gran. v. Extr. croci gran.* iij. *beton. gran. vj. Laudan. opiat. gran.* ij. Cum *ſyr. papav. rhœad. q. ſ.* F. Pilulæ pro 2. doſibus veſperi ſumendæ.

Uſitatiores Aloëticæ &c.) Tales ſunt Pilulæ Francofurtenſes per Europam notiſſimæ, pro quarum deſcriptione ſeq. præter illam ſupra datam, fertur Ducem illum famigeratiſſimum *Tillium* Pharmacopœo Francofurtenſi ſolviſſe 300. thaleros, quasque *Schröderus* dicit eſſe Extractum propriè

priè dictum cum Extracto impropriè dicto commixtum, nimirum hocce: ℞. *Aloës Soccoterin.* ℔j. Infus. *simpl. succ. Viol. Martiar.* ℔iij. dissolve & cola diligenter, idque exsiccatâ aloë & affuso succo aliquoties repete & inspissetur ad M. P. consistentiam, in fine adde *diagrydii subtiliter pulverisat.* ʒix. Fiat Massa. Dos. à ℈ß. ad ℈j. Affinis huic massæ illa, quæ Conventibus Benedictinis nonnullis per Germaniam valde usualis est: ℞. *Aloës socc. opt.* ℔j. *Rhabarb. el.* ℥j. *Santal. citrin.* ʒij. *succ. rosar.* ℔iij. *fumar. cichor. lupul. borrag. buglоss. aa.* ℥iij. Infund. *Rhabarb.* per aliquot dies in succo Rosarum, *Santalum citrinum* in reliquis, Coletur, postmodum Mf. addendo paulatim Aloën pulverisatam, ita ut succi transverso digito supernatent, rursusque per aliquot horas stent, quotidie massam usque ad perfectam pilularum consistentiam movendo. Huc spectant Pilulæ Glassianæ; (ex *extr. Card. bened. Gumm.* ✶*ci ana* ʒij. *Succin. alb. mastich. ana* ʒj. *Aloës* ℥iß.) Tilemannianæ (ex *Aloës* ℥j. *Gumm.* ✶*ci sol.* ʒj. ♀ ⊕*lat.* ʒiij. *Tinctur.* ♀*ri q. s.*) Ludovicianæ in *Ludov. enucl.* descriptæ.

De Fumariâ) Videndum in Compositione harum ceu in sanguine mundificando proficuarum, quò Myrabalanorum species recentes recipiantur: ℞. *M. P. de fumar.* ℈j. ♀*rear. Bont. Extr. panchymag. Croll. ana* ℈ß. Cum ♎*tu cochl.* F. Pil. xv.

Tartareæ) Videatur *Frid. Hoffmannus in Clavi Schröder. & Select. Remed. è triplici Regno.*

De Succino Cratonis) Elegans harum compositio in catarrhis summè proficua videatur *Sect. IV. Regn. Mineralis de Succino:* ℞. *M. P. de succino Crat. Extr. cathol. cochiar. maj. ana* ℈ß. ⊖ *volat. succin. gran.* v. cum ♎*u cerasf. nigr.* F. Pilul. num. xxv. Si verò non scopus sit purgandi, sed saltem lympham acrem attemperandi: ℞. *Succin. prapar.* ℈ß. ⊖ △. *succin. Myrrh. ana gran.* v. *Extr. Croci gr.* ij. *syr. papav. alb. q. s.* F. Pil. num. v.

In gravidis &c. & aloën recipiant &c.) Ob partes resinosas inter gummeas dispersas, fibras roborantes (ceu extus Hæmorrhagias inde sistit) tutò gravidis Aloëtica concedi possunt, quamvis & ipsa Aloës experimento *Authoris in Tomo IV. Dec. II. Misc. Cur.* fœtum pellentibus admixta felicissimo cum eventu exhibita fuerit, idque ad normam fellis anguillæ summè pariter amaricantis; amara autem fellea vel Pictorum exemplo summè fluxiles humores reddunt.

De reliquo ad Pilulas spectant quoque alia, quæ globorum formam præ se ferunt, ut sunt *Pilæ regiæ* è pulvere è chelis cancrorum composito, qui in Pharmacop. Londinensi describitur & in affectione hypochondriacâ absorbens est egregium, paratæ, item pilulæ majores, pastilli mansiles pro apophlegmatismo usurpandi, *verb. gr.* seq. quæ caput expurgant & destillationes

tiones catarrhales præcavent: ℞. *Terebinth. Cypr. in aq. salv. ad consist. coct.* ℥iij. *pulv. mastich. el. Tabac. Cubeb. rad. Ireos Flor. ana* ℨß. Misc. F. Pil. magnit. pisi in scatulâ probè *pulv. liquir. anisi* vel *cinamomi* conspergendæ. Vid. *Verzasch. Tr. de Apoplex.* Imò non saltem ut ore teneantur, parantur, sed & ut deglutiantur pro alterandi vel corroborandi scopo, verb gr. ℞. *Mastich. el.* ℨj. *Troch. de gall. mosch. pulverif.* misc. *cum succi betonic. inspiss. q. s.* F. Pilul. num. xxxv. consp. *pulv. cinam.* & sub introitum lecti aliquot eorum deglutiantur, pro capite humido & catarrhoso. Vid. *Hoffmann. Clav. Schrod. p. 586.*

In SECT. II. CAP. IX.

De Potionibus.

1. EX Decoctionibus &c.) Potio pro phlegmate viscoso incidendo & expurgando: ℞. *Rad. fœnicul. Enul. Campan. ana* ℨij. *fol. sennæ s. s.* ℨiij. *agaric. rec. trochisc.* ℨj. *Herb. betonic.* P. j. *sem. anis. fœnicul. ana* ℨß. *summit. anth.* P. ß. F. Decoctum in Aquæ & Vini part. æqual. q. s. In Colaturâ ℥iv. solve *Syr. rosat. compos. cum Rhabarb. agaric. & Sennâ* ℥ß. *Elect. diacartham.* ℨj. *Aqua cinamom.* ℨij. M. F. Potio. Loco Potionum ejusmodi per decoctionem parandorum frequentioris usus hodie sunt illæ, quæ præcedaneâ infusione per subsequentem demum levem coctionem parantur: vel etiam ut in Decocto jam parato Infusio instituatur & potio paretur. Exempla utriusque; ℞. *Fol. sennæ s. s.* ℨij. *Rhabarb. el.* ℨj. *agaric. rec. trochisc.* ℨß. *sem. anis. Coriandri praparat. ana* ℈ij. *Cremor.* ♀ri ℨj. Infund. per noctem in aq. Cichorii & betonicæ (vel aliâ convenienti) ana q. s. Manè in Colaturâ sine ebullitione & expressione ℥iv. solve *syr. rosat. solutiv. simpl.* ℨvj. M. F. Potio. ℞. *Tamarind.* ℥ß. Coq. in *q. s. Aqua fontan.* In Decocto adhuc calente infund. per noctem *fol. sennæ dilig. mundat.* ℥ß. *Rhabarb. elect.* ℨiß. *Cort. aurant. exter. flav.* ℈j. *sem. anis. Crem.* ♀ri *ana* ℨß. Manè factâ levi ebullitione in Colaturâ citra expressionem ℥iiß. solv. *Syr. viol. purp.* ℥ß. F. Haustus sumendus manè. Vel pro Mulieribus Syrupus omittatur & juxta Carminativa insimul macis ℈ß. infundatur. Huc spectat Nectar laxativum sequens, Aquæ laxativæ Mannagetæ, de quâ supra, simile: ℞. *Fol. Senn. m.* ℥vj. *Crem.* ♀ri ℨij. *Passul. min. Confect. coriandr. prapar. ana* ℨiij. F. Infus. in *Aq. font.* ℔ij. add. *Mann. el.* ℥iv. clarificetur per pannum. Hujus recipiantur ℥iij. vel *iv.* cum solutione succini vel per se vel cum *syr. rosat. sol. simpl. vel fl. persic. ana* ℥iß. & ⊖lu ♀ri ℈j. *succini solut. gt. iv.* & erit optimum in expurgandis humoribus amaris & salsis purgans.

2. Aquæ destillatæ &c.) ℞. *Syr. rosat. sol. simpl.* ℥ij. *vel comp.* ℥iß. *Elect. de succ. ros.* ℨj. *vel* ℨiß. *Aq. borrag.* ℥j. *Cinamom.* ℨj. M. F. Potio. Interdum

dum aqua destillata omittitur, verb. gr. ℞. *Resin. Jalap. gran. ix.* ⊖ ♀*ri gr. v. syr. rosat. sol. s.* ℥ß. Misc. vel ℞. *Resin. scammon.* ℈ß. *sacchar. cand.* ʒj. affund. *succi citri* ℥j. F. Potio grata.

Adduntur &c. quæ vel solvi vel misceri possunt &c.) Principale potionum genus hodie usitatum sunt *Misturæ* per cochlearia assumendæ ab accuratissimo *Sylvio* ad Humores corporis à debitâ crasi & temperie declinantes paulatim corrigendos in usum adhibitæ. In iis proportio hæc attendenda, ut ad ℥j. *aquæ* sumatur *pulverum* ℈j. ⏜ *∧tilis* ⊡*osi guttæ* vj. ℈ß. *Essentiæ & Tincturæ* ʒß. *ol. destillati guttæ* j. ij. *syrupi* ʒij. ʒiij. In totum verò ejusmodi Mistura ad ℥iv. paratur. Exemplum esto: ℞. *Aq. Card. bened. scabios. ana* ℥j. *ocul. cancr. præparat. Antimonii diaphoret. ana* ℈j. ⏜ ⊖ ✱*ci* ℈ß. *Julep. violat.* ʒvj. M. sumatur per cochlearia in *Pleuritide.* Talia in *Sylvii Praxi* multa exstant, illaque imitatus ad Alkalicum in corpore peccans vel Acidum etiam respiciendo accuratissimus *Ettmüllerus* tum in *Praxi* tum in *Ideâ formularum.* Sic in *febribus malignis* utilis seq. ℞. *Aq. scabios. carduibened. scord. ana* ℥iß. *cordial. temper. vel card. offic.* ℥j. *acet. bezoard. vel aquæ prophyl. Amstelod.* ℥ß. *syr. de rub. idæo* ʒvj. *Elect. diascord. Frac. vel Sylv.* ʒß. *Bezoard. miner. C. C. philos. præpar. Unicorn. fossil. ana* ℈j. ⦶*tri perl. gran. vj.* Mſ. Sic pro Convulsionibus Infantum: ℞. *Aq. fl. trinit. tiliæ lil. convall. epilept. Baub. vel Lang. vel Verzasch.* ʒiij. *Syr. fl. pæon. vel fl. tunic.* ℥ß. *Liq. C. C. succin.* ℈ß. *Pulv. marchion. cum Cinnabari nat. vel* ♁*ii corr.* ℈j. M. Sic in Apoplexiâ: ℞. *Aq. lilior. convall. ceras. nigr. meliss. ana* ℥j. *antapoplect. cujusv.* ʒvj. *cinam.* ʒiij. ⊖ ∧. *aromat. in Regn. Veget.* alibiq; descr. ℈iv. *Elix. vit. Matth. opt.* ʒiß. *Syr. fl. tunic. vel de beton.* ʒvj. Misc. Sic in hystericâ passione: ℞. *Aq. puleg. meliss. fl. chamomill. ana* ℥iß. *Tinctur. castor. cum* ⏜*u* ✱*ci fact.* ʒß. *Spir. meliss.* ℈j. *syr. de menth. vel cort. aurant.* ℥ß. *ol. destill. succin. gut. iij.* M. Sic ubi in Febribus malignis adest compressio in regione cordis ob concretionem sanguinis: ℞. *Aq. borrag. card. ben. syr. agrest. ana* ℥iß. *acet. destill.* ℥ß. *Ocul. cancr. crud. Terr. sigill. ana* ℈j. Misc. sum. per cochl. ℞. *Aq borrag. card. ben. ana* ℥j. *Syr. agrest.* ʒvj. *acet. destill.* ℥ß. ⏜ ✱*ci* ⊡*os. gut. xv. Ocul. cancr.* ℈j. *Mandib. luc. pisc.* ℈ß. *Croc. gr.* vj. Mſ. in eodem affectu.

Julepus &c.) Ad Julepos alterantes ritè parandos sumitur aquarum duplum ratione *syrupi, v. gr.* ℥ij. *aquæ cichorii & syr. violar.* ℥j. quibus ad gratam acidit. ⏜us acidus additur, quamvis exactè hoc non adeò attendatur: His verò affine seq. *Decoctum hordei*, ubi ingens æstus pectus occupat, ad expectorationem & laxandas primas vias haud spernendum: ℞. *Hord. integr, M. ij.* Coq. in *Aq. font. mens. ij.* ad mediet. Colat. *mens* j. add. *Sacchar. opt.* ℥iij. *Crem.* ♀*ri* ʒiij. *succi citri* ⏜*us* ♀*ris ana q. s.* ad *lenem acidit.* Vel ℞. *Aq font.* ℔j. *Syr. rub. id. ribium ana* ℥ij. *Tinctur. fl. bellid.* ʒij. *Spir. Nitri q. s. ad grat.* F. Julep. in æstu paroxysmi febril. Verùm notandum illud *Ett-*

 mylleri

mylleri quòd nil magis augeat febres quam si in paroxysmo nimium bibatur.

Julepi Cordiales &c.) Omninò aliàs cum Medico Lugdunensi Gallo *Falconet* ex verâ medendi methodo inferendum, nullum adeò dari propriè dictum cordiale universale, sed prout sunt diversæ animi deliquiorum & cordis languorum causæ, etiam necessariò quærenda sint Cordialia particularia & appropriata; ceu *Gallois Conversf. Acad. pag.* 227. Venæsectionem, Vomitorium verè cordialia appellari posse judicat. Quare probè attendendum quales *Julepi* & *Liquores cordiales* præscribantur, an ex particulis sulphureo salinis spirituosis volatilibus, aromaticis calorem & motum sanguinis intendant (ceu quibus & aliquando debilis flammula vitalis penitus extinguitur) vel ex portionibus aqueis diluentibus, præcipitantibus, subacidis quietem & frigiditatem aliqualem inducant, vel etiam de utrisque participent. Interea negari nequit spiritus iis optimè sæpius refocillari, dissipatosque nonnihil rursus colligi, velut inde *Potiones analepticæ* post sudores locum habent, verb. gr. ℞. *Aq. borrag. bugloss. rub. idæi ana* ℥j. *cinamom. ten.* ʒiij. *succi citri rec.* ʒvj. *Conf. alkerm.* ʒj. *Syr. de rub. id.* ℥ß. M.

In SECT. II. CAP. X.

De Pulveribus.

TRagemata.) Proportio in hisce est, ut ad ʒj. specierum & aromaticorum sumatur sacchari ut excipientis ℥j. verb. gr. in Trageâ Cephalicâ pro sene: ℞. *Spec. tabul. de nuce moschat.* ʒj. *Cinamom. el. pulverisat.* ʒij. *Ambræ grys. gran.* ij. *Sacch. rosat. tabulat.* ℥iij. F. omnium pulvis tenuiss. pro Trageâ, quæ tingi potest *Santal. rubri* ℈j.

Pulveres Peptici &c.) Pulveres peptici (quorum loco tamen ingeniosè adsciscit *Ettmyllerus* spiritus volatiles urinosos aromatisatos, ut spiritum ⊖ ✱ ci anisatum, vel si aromata & carminativa cum ⊖ ✱ ci & Calc. viv. mista & aquâ humectata per retortam destillentur) proportione duplâ sacchari parantur, verb. gr. ℞. *Semin. coriandr. preparat. anis. ana* ʒiß. *fœnicul. Cort. aurant. siccat. ana* ʒj. *Cinamom. Nuc. mosch. ana* ʒß. ⊖ ✱ *ci* ℈j. *Sacch. ros. tabul.* duplum ad pond. omnium. M. F. Pulv. post pastum. Dos. ʒiij.

Ex his verò & formulis ab Auctore allatis patet Pulveres variâ intentione præscribi, pro scopo nimirum purgandi, vomendi, corroborandi, sudores & urinas movendi, præsertim ubi acidum iis præcipitandum & absorbendum, id quod hodie frequentissimum, etsi sæpius à quibusdam ægris fastidiantur, quo in casu consultum esset ad modum *Dornæi in Append. Tinctur. Philos. p. m.* 193. pulveres gratos super frustum panis aspersos edere

jejuno

jejuno ſtomacho. Gratus aliàs Pulvis vel Tragea juxta *Ettmyll.* condimenti loco cibis inſpergendus ſeq. eſt: ℞. *Cinam. p.* iij. *Cardam. p.* ij. *caryophyll. p. j. ſacchar. q. pl.* Miſc. Neque etiam Pulveres ſaltem interius in uſum medicum cedunt, ſed & exterius, ut ad Intertriginem & ulcera ex C.C. *uſt. Cret. Lact. Lun. Flor.* ♀, *ceruſſ. Croc.* ♂. *Myrrh. Aloë* &c. de quibus Practici & nos de iis & aliis ſupra in *Ludov. enucleato.*

In SECT. II. CAP. XI.
De Looch.

SYrupus compoſitus & ſpiſſior &c.) Gradualis nimirum eſt differentia inter hæcce quoad conſiſtentiam, Syrupus, Eclegma, Electuarium, Conditum, Bolus: Sic Eclegma fit ex *pulv. Herb. Heder. terreſtr.* ʒj. *cum oxymel. ſcyllit.* ℥j. in incidendâ pituitâ & per anacatharſin expurgandâ. Sic in Tuſſi ab acrimoniâ lymphæ: ℞. *Looch de farfar.* ℥iß. *ſuccin. alb. præparat.* ʒß. *Flor.* ♀*ris* ℈j. *ſperm. ceti rec.* ℈ß. *ſpec. diaireos ſimpl.* ʒj. Cum *ſyrupo de liquirit. q. ſ.* F. Eclegma. Neque verò ſaltem pro becchico uſu ſolo conſiſtentia Eclegmatum, ſed etiam ubi in aliis partibus acre demulcendum utilis: ℞. *Chocolatæ* ℥iß. *Syr. cydonior. caryophyll. hort. Rob rub. idæi ana* ℥j. *Confect. alkerm.* ʒj. Miſc. qualiter etiam mitigare licet illud, quod *Exc. Auctor* dicit, Eclegmata ventriculo haud prodeſſe. Quod verò is in ſequentibus ait illa optimè lenire & demulcere, id quoque agnovit *Dan. Ludovicus Diſſertat. I.* ſed is illa paranda docet Extractorum, Eſſentiarum, Tincturarum inter ſe & cum ſacchari ſyrupiſati mixturâ ſine vel cum pulveribus. *Ettmyllerus* quoque eorum loco ſaltem ſyrupum quendam gratiorem ſubſtituendum monet, v. g. pro ſcopo demulcendi & incraſſandi *Diacod. Mont. Syr. ſcabioſ.* vel miſtos vel cum *rob paſſularum* ſubactos cum baculo liquirit. pro ſcopo verò attenuandi & reſolvendi *ſyr. de praſſ. nicotian. emet. Sal.* cum *ſpiritûs* ♀*ris* paucis guttis, vel in Pleuritide *Oxymel. ſimpl.* vel *ſcillit.*

In SECT. II. CAP. XII.
De Morſulis & Rotulis.

SPecies aromaticæ & quæcunque cum ſaccharo miſceri poſſunt) Sicuti ex cerâ varia fingi & refingi poſſunt, ita quoque ope ſacchari varii concinnari remediorum modi, quia commodè huic involvi poſſunt quævis in medicamentum cedentia, ſic & ad Rotulas parandas varia in ſe ſuſcipit, pulveres, electuaria, olea, balſamos, ſpiritus &c. verb. gr.

℞. Spec. diambr. diamosch. dulc. dicacubeb. Cryst all. prapar. ana ℈ij. C. C. *phil. præpar.* ℈j. *Cinnab. nat.* ℈ß. *Conf. alkerm.* ʒj. *Ambr. gris.* -○-*u rosar. fol. gr. iij. Bals. apoplect. gran.* v. *facchar, in aq. ceras. nigr. sol.* ℥iijß. F. Cont. in *Rotul. cephalic.* Verùm quia in multis aliis casibus sacchari quantitas suspecta est, his substituuntur Tincturæ, Essentiæ aliaque spirituosa salina volatilia, & in affectibus catarrhalibus *Pilula de Styrac. cum opio.*

Nonnunquam Emulsio unà præscribenda) Taliter fiunt Rotulæ papaverinæ contra Tussim ferinam, verb. gr. *℞. Sem. papav. alb.* ʒij. *amygd. dulc.* ʒj. *aq. scabios.* ℥iij. F. Emulsio, adde *ocul. cancr. præpar.* ʒj. *facch. penidii q. s.* F. Rotulæ. Vel *℞. Sem. papav. alb.* ʒiß. *Aq. rosar.* ℥iß. F. Emuls. add. *spec. diatragac. frig. s. campb.* ℈j. *diair. simpl.* ℈ß. *facchar. q. s.* F. s.a. *Rotul.*

In his verò & aliis proportio specierum est ut ad ʒj. præterpropter sumatur *facchari* ℥j. nisi in Morsulis parandis Conservæ & extracta liquida etiam adhibeantur, tum enim minor sacchari quantitas requiritur, ubique tamen ex *Fabrit. Hild. Oper. Chir. pag. m.* 648. notandum, quòd species pretiosæ si cum saccharo calido misceantur vires suas deperdant, quare is taliter ordinare solitus erat: *℞. Spec. aromat. rosat.* ℈ij. *de gemm. latif. Gal. Confect. alkerm. ana* ʒß. *facch. opt.* ℥iij. Misc. in mortar. add. *Aq. cinam. q. s.* F. Pasta ex quâ formentur parvi Morselli qui paulatim in umbra siccentur.

Rotulis aliàs affines sunt *Trochisci* dum pulveres cum liquore decenti, syrupo quodam, succo, mucilagine, theriacâ aliisque in magma seu pastam massæ pilularum similem rediguntur & in formas orbiculares sigillo vel asterisco notatas aptantur. Tales sunt Trochisci alexipharmaci noti fumales aliique, ut in Febribus intermittentibus pro digestivo seq. *℞. Ocul. cancr. præpar.* ʒj. ℈ß. ♀ri ⊕lat. ℈j. *facchar. perlat. q. s.* cum *mucil. Trag.* F. Trochisci sæpius in die sumendi.

In SECT. III. CAP. I.

De Cataplasmatibus.

PRout verò ipsa commiscenda &c.) Proportio addendorum pulverum ad magma herbaceum est, ut in aliis, ut ad ℥j. magmatis, pulveris addatur ʒj. v. g. In Cataplasmate stomachico sequenti: *℞. Pulp. Cydonior.* ℥iij. Coq. in *vin. rubr.* trajectæ per Setaceum adde *pulv. menth. mastich. ana* ʒiß. F. Cataplasma. Aliàs etiam ex solis pulveribus cum aquâ destill. subactis paratur, verb. gr. *℞. Pulv. flor. & fol. chamomill. sambuc. aneth. ana* ℥ß. *Far. fænograc. orobi, lupul. ana* ʒiij.

Cum

Cum *aq. fl. sambuc.* F. Catapl. anodynum & digerens. Sic & ex crustâ & micâ Panis Cataplasmata anodyna & roborantia nata sunt: ℞. *Mica panis similag. in lacte fervid.* macerat. & express. ℔ß. *vitell. ovi crud.* conquass. *n.iij. Far. hord.* ℥j. *Ol. rosac. violac. ana* ℥iß. Conquass. Mf. in Cataplasma ad *dolores & inflammationes quasvis,* præsertim *testium* & *mammarum* sanandas. ℞. *Crust. pan. in vino malvat.* macerat. ℥j. vel *q. s. pulv. nuc. mosch. caryophyll. ar. Mastich. ana* ℈ij. *Ol. destill. absynth. macis ana gut. iij.* Misc. F. Cataplasma stomach. Nimirum quæcunque commodè in pultis consistentiam redigi possunt huc quadrare possunt, velut & ex placentis mellitis Norimbergensium habentur, verb. gr. in affectibus hystericis: ℞. *Placent. Norimberg.* ℥j. *Balsam. Embryon.* ℥ß. *Ol. destill. cumin.* ℈ij. *Bals. nuc. mosch.* ℈j. *ol. cheirin. q. s.* F. Pulticula corio superillinenda & magnitudine orbiculi umbilico applicanda. Vel etiam sola Theriaca cum balsamo embryonum diluta ita applicari potest.

Cataplasmata ex pomis &c.) Sumitur nimirum pomum decorticatum & à seminibus expurgatum, coquiturque in aquâ rosaceâ, additurq; pauxillum Croci vel etiam camphoræ,& sacchari albissimi circiter ʒij. Imò & Cataplasma ex pomis Borsdorffianis putridis cum croco regioni umbilicali & loco hernioso applicatum fœminam à passione hystericâ cum alvo obstructâ curavit. De quo *Ettmyllerus* in Casibus Medicinalibus.

Sic & ex alumine & albumine ovi &c.) Verb. gr. ℞. *Alumin. crudi* ʒj. *albuminis ovi num. ij.* agitentur probè, contra ardorem oculorum. Vel ℞. *Aq. plantag. euphras. ana* ℥j. *album. ovi unius,* ○ *grań. vij.* Misc. probè agitando. Verùm hæc ad Collyria spectant, de quibus infra.

Cataplasmata ex fermento) Ex hoc forte illud Emplastrum paratur, de quo *Excell. Hannemannus Meth. cogn. Veget. pag.* 137. refert quod regioni ventriculi applicatum tantum appetitum faciat, ut vix cibo quis satiari possit, ℞. *Fermenti panificii* ℥ij. *pulv. menth. crisp. bacc. junip. ana* ʒiß. *Nuc. mosch. Caryophyll. ana* ʒß. *acet. acerr.* vel *Vini* parùm Misc. F. Placenta scorbiculo cordis adplicanda.

In SECT. III. CAP. II.

De Epithematibus.

Exterius convenientibus locis pro alterando & roborando) Natura nimirum non saltem intus assumptis variè alteratur & afficitur, sed & exterius corpori applicatis, quæ si spirituosa sunt & odorata non minus spiritus in papillis nerveis cutis suaviter afficere & roborare possunt, quam aliàs solent in naribus eos amicabili odore afficere, ut sic roborati

& in majorem convenientioremque motum dispositi eò felicius noxium quidvis iis accrescens vel à motu decenti inhibens edomare & dispellere possint, id quod præprimis patet ex secundinarum ad maculas fœtuum delendas affrictu ut & manuum hominum demortuorum ad verrucas, strumas &c. abigendas. Quare non immeritò *Ol. Borrich. in Epist. ad Barthol. de Itin. Anglico* in fine, cum *Dan. Ludovico* judicat, quòd ut Emplastra aliaque Topica officinalia litu competenti spirituosisque liquoribus nullatenus sint conferenda. Unde nec mirum si liquores certi vel ad spirituum motum effrœnem compescendum vel quietem & torporem abigendum seligantur, ut ii poros cutis intrent, glandularum cutis lymphaticum humorem certo modo imbuant & afficiant, quo sic & reliquum corporis aliter alteretur, id quod patet amplius ex infectione manuum à talpâ compressâ, quibus postea, *Foresto* docente, inflammationes mammarum facilè abiguntur: Hinc non spernenda *Epithemata hepatica* &c. ubi spiritus modo prædicto aliter aut aliter juxta remedia interna alteranda sunt, verb. gr. ℞. *Aq. meliss. cum vino* ℥iij. *Cinamom. fl. aurant. rosar. ana* ℥j. *acet. flor. tunic.* ℥vj. *Confect. alkerm. compl.* ʒj. *spec. cordial. temp.* ℈ij. Misc. F. Epith. liquidum; solidum verò si desideretur, ad exemplum ferè Anacollematis habetur, verb. gr. ℞. *Cort. limon. rec. extr.* ℥j. *Rosar. rec.* ⊖*le condit.* ℥ij. *Majoran. rec.* ℥ß. *Macis* ʒij. *Mic. pan. trit.* ℥j. *Croci Austr.* ʒj. Cont. opt. in mort. ad pult. consist. cum ana q. s. *acet. rub. idæi* & adplicetur cum panno scarlatino. In inflammatione hepatis; ℞. *Aqua plantag.* ℥iij. *sperm. ranar.* ℥iß. *Spir. vini camphor.* ʒiß. *Troch. de camph.* ʒj. *sacchar.* ♄ ℈j. Misc. quod & utile erit testibus applicatum in hæmorrhagiâ narium. ℞. *Spir. vini camphor.* ℥iv. *Camphor.* ʒß. Misc. eo calefacta & madefacta lintea ventriculo adplicentur in peste. Epithema polychrestum seq. est: ℞. *Succ. sempervir. maj.* ℔ß. *acet. opt.* ℥iß. ⏀ ʒj. *Camph.* ʒß. F. Epith. Huc verò & spectat *Oxyrrhodinum*, mixtura scilicet ex *oleo* & *aceto* rosaceis fronti in dolore capitis ex æstu sanguinis tepidè applicandum cavendo ne refrigescat, aliaque Epithemata Frontalia, Errhina liquida pro naribus, Liquores dentifricii pro dentibus & gingivis, ut & illi qui testibus applicantur ex dicto *succ. semperviv.* ℥j. ✢ *opt.* ℥ß. ⏀ *depur.* ʒij. in æstu corporis. Sic *Mann. opt.* ℥ß. *in aq m joran.* ℥iß. soluta Errhinum præstans præbet: Sic pro gingivis scorbuticis extat Tinctura laccæ: ℞. *Aq. nasturt.* ℥iv. *Gumm. lacc.* ʒij. ◯ ʒj. Inf. per dies in ciner. item si dentibus affricetur *aq. plant.* in qua parum ✱ci solutum optimè dentes mundificantur. Nec negligendum *Epithema polychrestum ad ulcera ex aquâ calcis vivæ* ad exulcerationes externas imò ipsam gangrænam si ei vel solus ☿ *dulc.* admisceatur, vel incoquantur herbæ vulnerariæ, vel combinetur *Spir. vini theriac. camphor. sacchar.* ♄, vel etiam *aqua è pomis putridis.*

In SECT.

In SECT. III. CAP. III.

De Unguentis & Linimentis.

IN specie Linimenta nervina &c.) Tale est ipsius *Authoris*; ℞. *Aq. magnanimit.* ℥ij. ⌒ *Lumbricor. volatil.* ℥ß. C.C. *vel* ⊖ ✱ *ci* ʒij. Misc. *Usus* in *Podagrâ, Arthritide vagâ scorbuticâ, Tensionibus* & debilitatibus Nervorum dolorificis probatæ virtutis. Quando verò juxta Authorem huic *olei Saponis* guttæ aliquot conquassatione adduntur, dolores articulorum potentius solantur, ceu & per se *Ol. Saponis* arcanum ab ipso venditatur in fissuris mammillarum. Sic verò *Ludovico* teste, tales spiritus & Olea longè excellunt Unguenta vulgaria discutientia, dum malum, quod internis generosioribus & vesicatoriis, fonticulis, ptyalismo facilius cedit, sæpius exasperant & contracturas, flacciditates, exulcerationes &c. concitant: Quare & Unguenta talia oleis destillatis probè si præscribantur, imbuenda.

Uti Unguentum vulgò Samaritanum.) Ad consumptionem vini coquitur item balsamus ille vulnerarius præstantissimus & expertus *Fabr. ab Aquapend. Part. I. Lib. II. Cap.* 7. de quo *Ludov. enucl.* Sic ℞. *Succ. plantag. solan veronic. ana* ℥j. *Ol. rosac.* ℥ij. Coq. lento igne ad succor. consumpt. Colato oleo add. *Plumb. usti lot. Tutb. prepar. ana* ʒiß. Subigantur in mortario in formam *Linim.* Dum verò cum Cerâ Linimenta parantur proportio erit talis nimirum *Oleosorum* ℥j. *Ceræ* ʒj. *pulv.* ʒß. dupla verò in *Unguentis*, verb. gr. *Ol. anethin. laurin. ana* ℥ß. *Nuc. mosch.* expr. *Balf. Peruv. ana* ℈iv. *pulv. sem. carui, anis. ana* ʒß. *Ceræ opt.* ʒij. M. F. Ung. De reliquo loco tot Unguentorum officinalium merito exoptat *Ludovicus* unicum quoddam polychrestum, ut refrigerans & siccans minerale, quod additamentorum debitorum quasi basis sit. Si verò *pinguedines, butyrum, medulla, mucilagines* ingredi debeant, sumantur horum *pars una, Oleosorum* partes tres, *Olei* ℥j. *pulv.* ʒß. Vel etiam Linimentum fit per simplicem incorporationem pulverum cum succis aut liquoribus absque oleis verb. gr. in scabie: ℞. *Pulv. rad oxylapath.* ℥ß. *helen. Flor.* ♀. *ana* ʒiß. *facchar.* ♄ ℈ij. *Ol. tart. per deliq. gut. iv.* Cum *cremor. lact.* F. Liniment. Plerunque autem Linimenta, non minus ac Unguenta ex officinalibus jam paratis, admixtis convenientibus aliis, conficiuntur. Sine igne autem & cerâ parari possunt, dum pulveres cum liquore aliquo excepti incorporantur, verb. gr. in *vacillatione & cruentatione gingivarum scorbuticâ*: ℞. *Pulv. rad. Ireos Fl.* ʒij. *mastich. sang. dracon. ana* ʒj. *Ambr. gris. gran. ij.* Cum *Syrup. de symphyt.* fiat quasi Linim. durius. Huc refer Linimenta, quæ ex spirituosorum simplici cum oleis expressis commixtione habentur, verb. gr. seq. ℞. *Ol. amygd. dulc.* ℥iij. *destill. juniper.*

Juniper. ℥iß. ⁓ *juniper. Mens.*ß. M. Usus ejus in torminibus, vomitu debilitate ventriculi, lacte coagulato in ventriculo Infantum, in doloribus & affectibus uterinis, calculo, passione iliacâ, illinendo umbilicum & regionem abdominis. De talibus quoque supra diximus in *Select. Remed.* quò & referimus seq. Barbette in apoplexia & paralysi. ℞. *Ol. succin. spic. castor. ana* ℈ij. *Ol. hyper. succi rutæ ana* ʒiij. Misc. Neque tandem id reticendum, quod intus Oleosa ejusmodi usurpentur, sic enim notum quod *Ung. rubrum potabile* & *aliud* huic affine apud *Celeberr. Wepfer. Tract. de Apoplexia* descriptum intus assumatur in jusculo solutum, velut & seq. Balsamus vulnerarius internus; ℞. *Ol. hyperic. rec.* ℥ß. *Balf. Peruv.* ʒij. Misc. Dos. gut. xx. in jusculo, sicut in Phthisi Opobalsamum verum.

In SECT. III. CAP. IV.

De Emplastris.

CEra Catholica Burrhi &c.) Hæc ut Emplastrorum primarium sine oleo destillato ita rectè paratur: ℞. *Cer. Virgin.* ℥vj. *Terebinth. Venet.* ℥ij. *gumm. bdell. sagapen. Opoponac. ammoniac. Arabic. Sandarach. animæ, myrrh. mastich. ana* ʒij. F. s. a. Emplastrum, quo spectat Emplastrum mirabile *Excell. D. D. Ammiani Med. Scaphus.* certâ proportione paratum ex iisdem gummatibus balsamicis resolventibus *myrrh. lithargyr. pulv. rad. symph. maj. flor. rosar. rubr.* &c. quale *fungos* miro modo tollit & partes roborat. Quia verò Emplastra gummata & tenaciores resinas præter alia recipiunt, constat facilè cur Unguentis sint crassiora & duriora, quare ex Unguentis officinalibus, adjectâ *Cerâ* & *Terebinthinâ* facilè parantur; Aliàs verò proportio eorum talis est, *Olei nim.* ℥j. *pulverum* ℥ß. *vel* ʒvj. *Ceræ* ℥j. *vel* ℥iß. admixtis si durissimum expetatur loco Ceræ & Terebinth. *Pice* & *Colophoniâ ana ad* ℥iß. Hinc & è contrario si mollius Emplastrum expetatur *Ceratum* scilicet, habebitur admixtione vel malaxatione cum oleo quodam cocto, vel etiam *Sparadrapum* sive *Tela emplastica* pro fonticulis & pedibus œdematosis hydropicorum, si scilicet tela vetusta *sevo, ceræ* vel *emplastro liquato* immergatur, ut utraque superficies obducatur.

In SECT. III. CAP. V.

De Cucuphâ.

HInc ad catarrhos dissipandos &c.) ℞. *Flor. rorismarin. stæchad. Arabic. primul. ver. Calendul. ana* ℈j. *majoran. betonic. salviæ ana* ʒß. *rosar. rubr.* ʒij. *rad. ireos Florent.* ʒiij. *sem. nigell. coriandr. ana* ʒß. *cort. citri, cinamom.*

cinamom. macis ana ℈j. *caryophyll.* ʒß. *cardamom. cubeb. ana* ℈j. *Benzoës, Styrac. calamit. ana* ʒv. *mastiches* ℈j. *Mosch. gran. ij.* Misc. F. Pulvis grossus. Sign. Species pro Cucuphâ. Ex ejusmodi suaveolentibus pulveres Montispesfuli parantur, quos vocant *Poudre de Violettes*: ℞. *Rosar. rubr. vel pallid. ireos florent. ana* ℔ß. *Santal. citrin.* ℥j. *ligni aspalati* ℥ß. *Rhodii* ℥ij. *Benzoës* ℥iv. *Styrac. calam.* ℥ij. *liquid. gran. v. Ladan.* ʒij. *Caryophyll.* ʒß. *Cinamom.* ʒj. *Cyperi long.* ʒiij. *Coriandr.* ℈j. *fl. lavendul. gran. xv. majoran.* ℈ß. *calam. aromat. gran. vj. Cort. citr.* ʒiij. Misc. F. pulvis subtilis, add. *Zibeth. gran. j. mosch. gran. iij. ambr. gran. ij. Alexius Pedemontanus* de *Ornatu Mulier.* loco horum sumit saltem stercus vaccinum Majale (quo tempore herbas odoratas devorant) probè siccatum & parùm Moschi, Ambræ, Camphoræ infectum. Sicuti autem Cucuphæ seu sacculi cephalici usum suum ob particulas aromaticas penetrantes, spiritus exuscitantes & lympham odore suavi inficientes præbent, ita non minus insigniter prosunt alii sacculi ex panno lineo raro variis plantarum partibus impleti & nunc interpassati nunc absque interpunctione parati & vel sicci vel vino aut aquis spirituosis convenientibus adspersi, adplicati, qualiter ingens adjuvamentum obtinetur, verb. gr. in Colicâ flatulentâ à sequenti: ℞. *Herb. menth. absynth. Fl. cham. melilot. ana M. j. Sem. carui, fœnicul. ana* ʒij. *Bacc. juniper.* ℥ß. Incis. cont. includ. saccul. tepidè ventri applicando.

In SECT. III. CAP. VI.

De Collyrio.

Nimis acria omittenda) Extraordinarium quid est quod *Auctor de Medicam. Facult. pag. 86.* refert, de spiritu ⊕li, quod is incautè oculis instillatus (qualiter & aliquando suffusionem extinxit) momentaneum saltem dolorem intulerit, ut & *Platerus*, ☿☐tum loco sacchari Canariensis inspersum nil damni attulisse, quòd si enim vel minimâ labe & excoriatione oculus infestatus esset, mox actior lympha intensiùs alliceretur non minimâ cum oculorum ulteriori læsione, humorumque & spirituum visivorum perturbatione. Verùm nihilominus si debita proportione, nimirum gran. ij. ad ℥j. aquarum oculis instilletur unguis & pannus oculi eo abigi potest, quia sic ob vim adstringentem oculum firmat, teste *Ettmyllero.* Sic namque ejus ʒij. in *aq. plantag.* ℔ ij. coct. contra varos, scabiem & serpigines præsentaneo est auxilio.

Formâ epithematis.) Loco linteaminum epithemate imbutorum Sacculi subtiles parari possunt tepide adplicandi, quales etiam felicius operantur, quàm fumus seu exhalatio ex decocto per infundibu-

lum, oculis apertis exceptus, quamvis & hic non ſpernendus ſit, notus enim Typographus qui maſticatione matutinâ granorum Juniperi & halitûs inde in oculos directione viſum ſibi acutiſſimum, ſine ullo perſpicilli uſu, in ultimum ſenium conſervavit. Huc ſpectat quòd folium vegetabilis verb. gr. ſalviæ adplicatum ſæpius optimum ſit pro topico oculari, verùm illud prius madefaciendum in liquore ophthalmico, v. g. ℞. *Album. ovorum. j. aq. roſar.* ℥ *ij. Camphor.* ℈j. M.

Pinguia, ut viperarum pinguedo) De hac diximus ſupra in *Ludov. enucleat.* Huc ſpectat illud *Camerarii in Matthiol. Germ. pag.* 271. ex *adipis falcon.* ʒj. *ſem. fœnicul.* ʒß. Miſc. & oculis ſingulis manè indatur ad eorum obſcuritatem.

In SECT. III. CAP. VII.

De Gargariſmatibus.

GArgariſma ſimplex fit ex ℔j. Aquæ ſimpl. & Nitri ♁ti ℥ß.) Si verò ex pluribus fiat, recipitur ad Decocti ℔ß. ad ℔j. ℔iß. ſyrupi vel rob vel mellis ab ℥j. ad ℥iij. adjiciendo poſtea aceti, ſucci expreſſi ab ℥ß. ad ℥j. aliaque, pro decoctione verò radicum ℥j. vel ℥ij. herbæ M. ij, iij, iv. florum p. ij, iij, iv. M. j, ij. ſemin. ʒij, ℥ß. &c. verb. gr. ℞. *Decoct. hord. ſimpl.* ℔*j. Mell. roſac.* ℥*j. ſyr. violac.* ʒ*vj.* Miſc. pro uſu deterſorio & tumore oris, qui in ſalivatione mercuriali contingit, leniendo. Sic pro *Anginâ*: ℞. *Aq. prunell. roſar. fl. ſamb. ana* ℥iij. *plantag. ſolan. ana* ℥iß. *Rob diamor.* ʒ*vj. ſambuc.* ʒ*iij. ſucci taraxac.* ℥ß. ○ *præparat.* ʒj. Miſc. pro Gargariſmate tepidè & ſine magnâ commotione uſurpando. Sic in amiſſione loquelæ: ℞. *Rad. calam. arom.* ℥ß. *pyrethr.* ʒ*ij. Herb. ſalv. majoran. roriſmar. ana M. j. ſem. eruc. ſinap. ana* ʒj. *caryophyll.* ʒj. Coq. in *aq. font. q. ſ. ad* ℔j. add. *ſpir. ceraſ. nigr.* ℥iß. *Lilior. conv.* ℥j. -∿- ✱*ci fortiſſ.* ʒij. *Mell. anthoſ.* ℥ß. M.

Huc verò meritò referuntur Injectiones in varias corporis partes, concavitates nimirum & ductus, v. g. in penem, uterum, veſicam, aures &c. quarum exempla hinc inde in *tribus Regnis*, quorum notitiam, quantum poſſibile erat, hactenus dedimus, ut ſperare liceat, quòd ſi Lector benevolus attentè ad ea quæ ingenuè communicavimus, velit attendere, non exiguum in Praxi ſit experturus commodum. Memores Nos illius dicti *Platonis in epiſt. ad Archig.* Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.

FINIS COMPOS. REMED. ARTIFIC. EXTEMP.

INDEX
SELECTUS REMEDIORUM
è TRIPLICI REGNO,
Ut &
COMPOSITIONIS MEDICAMENTORUM
EXTEMPORANEÆ.

Sectio I.
DE PURGANTIBUS.

ARTIC. I.

De Purgantibus Vegetabilibus.

1. I*Alapium. 2. Aloë Soccoterina. 3. Senna. 4. Scammonium. 5. Helleborus niger. 6. Colocynthis. 7. Mechoacanna alba. 10. Agaricus. 11. Rhabarbarum. 13. Gutta gambodia ejusq́; occasione succus Ireos nostr. syrup. de spinâ cervinâ eliguntur. 14. Euphorbium pro usu magis chirurgico. 20. Missis exoletis tandem devenitur ad selectas Formulas Purgantium Pulverum. 21. Pilularum. 22. Morsellorum. 23. Bolorum. 24. Potionum. 25. Emulsionum. 26. Infusorum & tandem 27. quoad Doses cautio sistitur.*

ART. II.

De Laxantibus.

1. P*ilulæ aloëticæ laxativæ. 2. Liquidum laxativum uti & 3. Infusum sennatum. 4. Cassia. 5. Tamarindi. 6. Manna sistuntur.*

ARTIC. III.

De Diaphoreticis Mineralibus.

1. *Terra sigillata, Lac Lunæ laudantur. 2. Terra Catechu ejusq; Tinctura & Confectio. 3. Unicornu fossile. 5. Gemmæ vi præcipitantæ agunt. 6. Ex Antimonio laudatur diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Joviale, Martiale, Tinctura metallorum sanguinea & Oleum rubino rubicundius, Cinnabaris item hujusque sulphur per se cum specifico cephalico Michaëlis correcto. 7. Aurum, ex eo ☉ diaphoret. Poter. ☉ potabile Langellotti & Lapis philosophorum Thurneiseri. 8. Ex Lunâ laudatur Magisterium, Tinctura cum quodam particulari alchymistico. 9. E sulphure crudum, Flores, Lac, Balsamum externum & internum, Emplastrum pro usu interno & externo commendantur ut & Balsamus è 🜍re Antimonii ad Cancrum Basil. Valentin. 10. Sal armoniacum depuratum per se ejusq; flores & ex iis parata Essentia martialis antiscorbutica &c. laudantur.*

Sectio III.

DE DIURETICIS, LITHONTRIPTICIS aliisque APERIENTIBUS ac DETERGENTIBUS.

ARTIC. I.

De iis, quæ ex Regno Vegetabili depromuntur.

1. *Tartari ortus sistitur ex eoq; præparatus Tartarus martiatus, sal fixum, Tartarus ⊕latus, Tartarus tartarisatus, Sal essentiale Tartari, Sal Tartari volatile modusq; præparandi varius cum Mixturâ antiscorbuticâ Excell. Wedelii, tandem Oleum Tartari nigrum & quod per deliquium fit. 2. Terebinthina in emulsionibus, mixturis, pulvere, pilulis, Aquâ laudatur contra nephritidem & gonorrhœam, non neglecto Oleo & exinde Pilulis universalibus, ut & spiritu terebinth. 3. Ex Alkekengi baccis Extractum & Pilula nephritica Excell. Wepferi. 4. Hederæ terrestris usus sistitur. 5. Aqua fragorum usus. 6. Aqua nephritica Wepferi & Wedelii. 7. Sal diureticum, Pilulæ, Spiritus, Tragea nephritica. 8. Olea nephritica.*

ARTIC.

ARTIC. II.

De iis quæ ex Regno Animali.

1. *Cancrorum præparata & lapilli sistuntur, pulvis ad morsum canis rabidi, Pilulæ & spiritus arthriticus, Gargarisma in Angina & Fotus ad vulnera sclopetorum. Pulvis nephriticus ex testaceis aliis. 2. Tinctura vermium Majalium in Gonorrhæâ. 3. Ol. scorpionum. 4. Millepedes in calculo vesicæ, earumq; Tinctura in hydrope. 5. Cantharides pro Essentiâ aphrodisiacâ, Emplastro vesicatorio & ad clavos pedum. 6. Lumbrici pro arthritide vagâ, earumq; Oleum & præparata alia. 7. Bufonum incineratorum usus in Cancro.*

ARTIC. III.

De iis quæ ex Regno Minerali desumuntur.

1. *Ex Nitro laudatur Nitrum fixum, Arcanum duplicatum, spiritus. 2. E Sale communi spiritus. 6. Lapis Lyncis laudatur. 7. Calx viva exhibet spiritum, Lixivium pro gangranâ & ambustionibus, Cremorem, Cauterium. Tandem monita circa usum Diureticorum & Curam Nephritidis proponuntur.*

Sectio IV.

DE APERIENTIBUS, DETERGENTIBUS, SPLENETICIS, UTERINIS, PECTORALIBUS.

ARTIC. I.

De Aperientibus Vegetabilibus.

CAP. I.

De Antiscorbuticis & Hypochondriacis.

1. *Cochlearia primas tenet, unde fit Spiritus, Essentia & ⊖lata antiscorbutica, antihypochondriaca, Elixir antiquartium. 2. Nasturtium & Trifolium fibrinum. Monita circa Curam Scorbuti & affectionis Hypochondriacæ. Extractum antihypochondriacum Langelotti.*

CAP. II.

De Hepaticis & Spleneticis.

CAP. III.

De Stomachicis.

CAP. IV.

De Uterinis.

CAP. V.

De Pectoralibus.

ARTIC. II.

De Aperientibus &c. particul. Animalibus.

Cor

Cor lupi. 5. Pellicula stomachi Gallinacei. 6. Fel catulorum, perdicis, Tauri, Anguillæ aliaq; partum promoventia laudantur.

Artic. III.

De Aperientibus è Regno Minerali.

1. *Martialia remedia sistuntur in Pulvere cachectico Plateri, Quercetani, Tinctura aperitivâ Auctoris & Zwelferi, Oleo, præter ea in Regno Minerali proposita. 2. E Venereis Spiritus ⊕, Aqua viridis Plateri, Terra Vitrioli dulcis, Tuthia, Nihilum album, aliaq; pro usibus Chirurgicis. 3. Vitriolum destillatur sistiturq; ejus Ros, Spiritus, Unicornu, Mixtura Vitrioli tartarisata, Spiritus coagulatus, Colcothar, Essentia anodyna. 4. Borax cum Uterinis pellentibus.*

Sectio V.

DE RESOLVENTIBUS & ROBORANTIBUS CALIDIS, CORDIALIBUS, NERVINIS.

Artic. I.

De Resolventibus & Roborantibus Vegetabilibus.

1. *Cinamomum & exinde Tragea stomachalis, cephalica, dein ejus Aqua simplex & buglossata, Elixir cordiale Sal volatile aromaticum, Tinctura Hippocratica, Oleum destillatum & Linimentum cordiale. 2. Nux moschata ejusq; Oleum, Balsamus, Confectio; Nux nostras seu juglans & Aqua cordialis, stomachica. 4. Galanga. 5. Cubeba. 6. Lignum aloës & Extractum. 7. Pulvis stomachalis, cephalicus: in talium usu cautela. 8. Electuaria ad pectus & cerebrum. 9. Elæosaccharum, hystericum. 10. Aqua composita cardiaco cephalica, Apoplectica, Spiritus aromaticus, Sal volatile oleosum Sylvii. 11. 12. Infusa nervina pro usibus externis & internis. 13. Aqua embryonum. 14. Mentha crispa ejusq; aqua & oleum. 15. Acorum odorum & inodorum, rad. Nymphææ luteæ, priorisq; aqua spirituosa & Extractum. 16. Carum, ejusq; Oleum. 17. Fœniculum & ex eo Liquor ophthalmicus,*

ARTIC. II.

De Resolventibus Nervinis Animalibus.

ARTIC.

ARTIC. III.

De Roborantibus Temperatis &c. Mineralibus.

1. *Corallia rubra in Pulvere, Magisterio, Tincturâ sistuntur. 2. Crystallus pro pulvere cephalico, hypochondriaco, lac augente. Ejus occasione sistitur Liquor Silicum Glauberi. 3. Saturnina in Magisterio, Essentiâ, Tincturâ antiphthisicâ, Saccharo, Decocto juxta Oleum mercuriale laudatur. 4. Itidem in Unguento saturnino. 5. In Emplastris, 6. In Emplastro liquido. 7. Magisterium Marcasita cosmeticum est.*

Sectio VIII.

DE VULNERARIIS, ADSTRINGENTIBUS, DETERGENTIBUS RESIDUISQUE TOPICIS.

ARTIC. I.

De iis quæ ex Regno Vegetabili depromuntur.

1. *Plantaginis Extractum, Mixtura & Pilula vulneraria, succus. 2. Tussilaginis Decoctum & Electuarium antiphthisicum Theodori Zuingeri. 3. Hyperici extractum, Oleum, Balsamus vulnerarius & ruber Theophrasti. 4. Pyrola, Sanicula, Alchimilla Extractum. Pulvis contra herniam Infantum. 5. Sanguis Draconis in Mixturâ antidysentericâ; Electuario dentifricio. Semen sanguinis Draconis. Succus acacia nostratis. Conserva florum Punicorum. 6. E quercu parata, præsertim Decoctum è Gemmis, pulvis ex uvâ quercinâ. 7. Indicata Dysenteria. 8. Pulveres antidysenterici Wedelii, Wepferi & Topica. Unguentum ad abortum. 9. Adstringentia pro usu Chirurgico. 10. Emplastrum & Unguentum saturninum contra Ambusta. 11. Emplastrum stipticum, rubeum D. Scretæ. 12. Emplastrum defensivum & Decoctum detersivum. 13. Hæmorrhoidum doloris & fistularum ani remedia. 14. Apophlegmatizantia, Ptarmica, Dentifricia, Odontalgica. 15. Anthelminthica. 16. Contra scrophulas externas & internas. 17. Remedia ulceraria è Tabaco, contra scirrhos, mictionem involuntariam. Injectio in Ulcera sinuosa.*

ARTIC. II.

De iis quæ ex Regno Animali & Minerali depromuntur.

1. *OCulorum Cancrorum, C.C. Sanguinis hirci &c. usus vulnerarius, adstringens sistitur. Unguentum pro detergendi scopo Theophrasti.* 2. *Spongia pro strumis laudantur in Infuso & Pulvere. Olei lacertarum usus alibi traditus.* 3. *Crocus Martis adstringens è ferri batiturâ.* 4. *Tinctura Martis adstringens, cum succo cydoniorum, pomorum.* 5. *Alumen rupeum, ejus Spiritus, Alumen ustum, Magisterium.* 6. *Hæmatitis flores & Tinctura.* 7. *Lapis calaminaris.* 8. *Lapis medicamentosus.* 9. *Unguentum mercuriale. Cancros Penis curandi modus. Topicum metallicum Basil. Valentini. Calcinatum majus Poterii. Pulveres ulcerarii. Liquor chirurgicus ex Regulo Antimonii martiali.*

Sectio IX.

COROLLARII LOCO
DE REMEDIIS UNIVERSALIBUS.

DE Lapide Philosophorum, Lapide Ignis Basil. Valentin. Certitudine artis transmutatoriæ, Auro Potabili, Lapide Buttleri, arcanis Theophrasti, modo Perlas & Carbunculos parandi aliisq; secretioribus Alchymicis disquiritur.

CISTA MEDICA
D. DANIELIS LUDOVICI MED. GOTHANI.

1. Essentia Succini simplex.
2. Tinctura Bezoardica.
3. Tinctura Martis apertiva.
4. Elixir Proprietatis.
5. Spiritus Salis volatilis.
6. Essentia Castorei.
7. Essentia Absynthii composita.
8. Aqua Apoplectica simplex & composita.
9. Aqua Hysterica.
10. Aqua Cinamomi.
11. Tinctura Corallorum.
12. Spiritus Salis Armoniaci urinosus.
13. Laudanum Opiatum.
14. Spiritus Nitri dulcis.
15. Tartarus Emeticus.
16. Pulvis Anodynus.
17. Pulvis Bezoardicus.
18. Bezoardicum minerale simplex.
19. Diaphoreticum martiale.
20. Pilulæ Aloëticæ laxativæ.
21. Pilulæ Purgantes ut Extractum cathol. panchymagog.
22. Magisterium Cornu Cervi.
23. Sal antifebrile compositum aut Arcanum duplicatum.

His addatur Pulvis laxativus pro Infant. Resina Jalapæ. Oxysaccharum emeticum. Mercurius dulcis. Tinctura anodyna. Mixtura simplex. Spiritus Tartari. Antihecticum Poterii. Essentia Camphoræ. Arcanum Tartari. Limatura Martis pulverisata. Nitrum vitriolatum Minsichti. Oleum carui. Oculi cancri. Conchæ. Corallia rubra. Hæmatites præparatus. Essentia Tormentillæ. Tinctura Martis adstringens. Pulvis specificus pleuriticus, pectoralis sulphuratus. Essentia pectoralis saccharata. Cinnabaris nativa. Sief ophthalmicum cum Vitriolo albo. Pinguedo viperina. Aqua menth. rosar. fl. acac.

Vivitur parvo bene.

INDEX.

INDEX POSTREMUS

Super

APPENDICEM ANNOTATORUM

In Viri Celeberr. DN. D. GEORG. WOLFGANG. WEDELII Libr.

DE

COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM EXTEMPORANEA.

In SECT. I.

In SECT. II.

In SECT. III.

F I N I S.